Les Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

Extrait de la convention établie avec les établisseıents partenaires :

- ces établisseıents autorisent la nuıérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de ıanipulation des docuıents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les iıages résultant de la nuıérisation seront dûıent référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré coııne une « oeuvre » (nuıérisation, traiteıent des iıages, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et adıinistrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est souınise à autorisation.
- toute utilisation coıınerciale restera souınise à autorisation particulière deıandée par l'éditeur aux établisseıents détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques coıpétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Huıanistes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Repertorium. Joan. Alexandri Philosophi super tres libros de Anima ~~Anima~~

Magnini — — v2

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

241 **ARISTOTE. — JOANNIS GRAMMATICI** Philoponi Alexandrei commentaria in Libros de generat one, et corruptione Aristotel s : ex colloquiis Ammonii Hermeae. Propriis que hius considerationibus. Hieronymo Bagolino Veronensi interprete. Venetiis, Hier. Scotus, 1549, in-folio (2) + 48 ff. à 2 col., rel. anc., velin, dos restaure (440) 180 NF

Belle impression en caract. ronds, avec les importants commentaires de Johannes Grammaticus, célèbre commentateur d'Aristote. Belle marque gravée sur bois au titre. — Garrison-Morton, 462, consacre une note longue et intéressante à cet ouvrage.

A la suite du même auteur : De anima Aristotelis brebes annotationes, ex dissertationibus Ammonii Hermei, cum quibusdam propris meditationibus. Venetiis, Hier. Scotus, 1554, 98 ff. Belle marque aux titres

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

I c°

F F

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

22 112 00
AE 1 A

IOANNIS ALEXANDREI
Philoſophi in Tres Libros
DE ANIMA ARISTOTELIS

BREVES ANNOTATIONES, EX DISSERTATIONIBVS
AMMONII HERMEI, CVM QVIBVSDAM
PROPRIIS MEDITATIONIBVS.

Nuper è Græco in linguam Latinam conuerſæ.

BIBLIOTHÈQUE
S M
RUE JEAN FERRAND PARIS



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
M D LIIII

LIBR
S. FRAN
CISCI
STRON
COM

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IOANNIS ALEXANDREI PHILOPONI PROOEMIVM IN LIBROS DE ANIMA ARISTOTELIS.

CVM nos de anima ſermones audituri ſimus, de potentiis ipſius animę primum dicendum eſt, quot ſcilicet in partes diſtribuantur, & quale vnaquæque nomen conſecuta ſit, deinde quot antiquorum de illis opiniones fuerint, & inter hæc veram de illis opinionem ex diuiſione ſeligere. Primum igitur animales potẽtię in duas partes diuiſionem ſuſcipiunt. ipſarum nãq; aliæ ſunt rationales, aliæ vero rationis expertes, atque harum vtraq; rurſum dupliciter diuiditur. earum enim, quæ ratione vtuntur, partim ſunt vitales, & appetentes, partim vero cognoſcentes. eodem quoque modo diuiduntur eę, quę ratione carent. Rurſus autem quæ rationis, & cognitionis ſunt animales potentiæ trifariam diuiduntur, alia.n. quædam eſt opinio, alia cogitatio, & alia intellectus. opinio igitur ipſa verſatur omnino circa vniuerſale, quod in ſenſibilibus eſt, ipſum nãq; cognoſcit, illud enim ſcit, ꝙ omne album eſt diſgregatiuum viſus, quodq; eſt omnis homo bipes. Veruntamen cogitabilium quoq; concluſiones abſque ratione cognoſcit, illud enim ſcit quod anima eſt immortalis, quare autem ſit immortalis anima, ipſa neſcit opinio, nãque illud cogitationis eſt opus, opinionis vero hoc ſolum ſcire, quod eſt. Quapropter opinio ea eſt, quæ & vniuerſale in ſenſibilibus, & cogitabilium concluſiones cognoſcit. Vnde & Eleates Zeno in eo dialogo, qui Sophiſta inſcribitur, opinionẽ ipſam bene diffinit, cum eã ipſius cogitationis eſſe extremum dicat, nam cogitatione rãtiocinante quod anima ſit immortalis, ipſa opinio concluſione accepta hoc ſolum nouit, ꝙ immortalis eſt. At cogitatio eſt veluti via quędam trãſiens a propoſitionibus ad concluſiones, ex quo etiã nomen ipſum τῆς διανοίας. i. cogitationis traxit, id videlicet cogitatio quærit, vnde eſt ꝙ anima ſit immortalis: deinde ex his, quæ magis aperta ſunt, incipiens ad illud, quod exquiritur, tranſit, ita dicens, anima ipſa ſponte mouetur, quod per ſe mouetur, & ſemper mouetur, hoc immortale eſt, anima igitur ipſa eſt immortalis, & hoc quidem cogitationis eſt opus. Intellectus vero munus eſt applicationibus ſimplicibus, atque ita melius, q̃ per demonſtrationem, in rerum cognitionem venire. Quemadmodum enim ſenſus occurrens fortaſſe albo, vel huic figuræ melius habet eius cognitionem, quam per demonſtrationem, (non enim ad hæc indiget ſyllogiſmo, qui hoc album eſſe demonſtret, ſed ſimplici applicatione hoc ipſum cognoſcit) eodem quoque modo intellectus ipſe intelligibilia ſimplici applicatione melius, quam per demõſtrationem cognoſcit. Intellectus autem operatio in hiſce ſolum verſatur, quibus in ſummitatem purgationis, & ſcientiæ perueniendi facultas data eſt, quæque per purgatiuas virtutes abſque imaginatione, & ſine ſenſu operari conſueuerunt, quia.ſ eſt intellectus habitus animę perfectiſsimus. Vnde Plotinus de eodem dicens inquit. Quicunque operatus eſt, hic ipſe, ꝙ ego dico, cognoſcit, quaſi ſtatus hic neq; verbo poſſit interpretari. Verſatur igitur intellectus circa intelligibilia, quę Timæus diffiniens dicebat eſſe intelligentiæ cum ratione comprehenſibilia. Cogitatio autem circa cogitabilia verſatur, opinio verõ circa opinabilia, quæ quoque opinabilia Timæus explicans aſſerit opinioni cum ſenſu irrationali opinabilia eſſe. harum vero potẽtiarum ordinem primum tenet intellectus, vltimum opinio, medium cogitatio, quæ noſtræ animæ familiariter coniuncta eſt, quoniam quoque in vniuerſo medium ordinem tenet, & per hanc ipſam (dico autem cogitationem) noſtra anima, in intelligibilium contemplationem reducitur, quæ quidem noſtræ animæ perfectio eſt. Quia vero ſimul cum ſenſibilibus nata eſt, & connutrita anima noſtra, ob eam, quam habet cum ſenſibus conſuetudinem, non poteſt in contemplationem intelligibilium, atq; immaterialium ſeipſam reducere. Verum ſibi id perſuadet illaq; eſſe corpora, & habere magnitudines, & quæcunque ſunt in ſenſibilibus, ibi etiam ea imaginatur. Quare Plato in Phædone dicit hoc eſſe omnium, quæ ſunt in nobis, difficillimum, ꝙ cum pauliſper a corpore tractiotium nacti fuerimus, contemplationiq; diuinorum vacare voluerimus, imaginatio ipſa intercidens nobis perturbationem mouet, & facit nos ſuſpicari Deum ipſum corpus eſſe, magnitudinemq; & figuram habere, neque nos de Deo abſq; corpore, & ſine figura intelligere permittit. Quare oportet animam ad ſui perfectionem tendentem, primum per cogitationem operari, quæ quodammodo rerum media habet, talia autem ſunt cogitabilia, qualis eſt anima noſtra, & contẽplatio de illa, nec non mathematica, quæ immaterialem habent eſſentiam, quãuis ſubſtantiam nequaquam, vt ipſa poſtquam conſueuerit in iis agere ſine materia hac via progreſſa ad ea, quæ perfectæ ſunt a materia ſeparata (diuina dico) feceđat. Vnde etiam Plotinus, Ducantur, inquit iuuenes per mathematica ad conſuetudinem naturæ incorporeæ. At vero ſi quandoque cogitatio de intelligibilibus ratiocinatur, non tamen per ſe, ſed intellectui complicata id facit, quemadmodum quoque de ſenſilibus imaginationi coniuncta ratiocinatur. huius igitur intellectus, etſi non multi ſumus participes, veſtigia tamen quædam huius, atque ſimulachra ſunt in nobis trãſpoſita, eæ autem ſunt communes animi notiones, quas multo melius abſque demonſtratione, q̃ cum ea plerisq; omnes cognoſcimus, vt hæc, ꝙ eidem rei æqualia ſibi inuicem æqualia ſunt: ꝙ, ſi ab æqualibus ęqualia auferantur, reliqua ſunt ęqualia: ꝙ, in omnibus aut eſt affirmatio, aut negatio: quod, omnia bonum cupiunt, & alia, quæcunque ſunt iis ſimilia. non enim ad horum faciendam fidem præparationis indigemus, at hęc ipſa p applicatione primũ factam melius, q̃ per demonſtrationem cognoſcimus. hæ igitur cõmunes animi notiones (quemadmodum diximus) per omnia procedẽtes ipſius ſtellectus manifeſte ſimulachra ſunt. Quemadmodum intellectum ipſum ſcientiæ principium vocant, quo intelligibilia cognoſcimus, de quo Ariſto. in demonſtratiuis contra eos, qui non eſſe ſcientiam putabant, exponebat ita, non ſolum eſſe ſcientiam dicimus, verum etiam principium ſciẽtiæ, quo terminos ipſos cognoſcimus. appellat videlicet terminos ipſas cõmunes animi conceptiones, & terminos, qui ſunt in ſyllogiſmis. oportet enim ꝙ omnis ſyllogiſmus a communibus animi conceptionibus principiũ habeat, quæ quidem (veluti dictum eſt) ab intellectu veniunt ad nos, nãque ſcimus abſq; demonſtratione, ꝙ hoc quid eſt homo, aut anima, aut aliquid iſtiuſmodi, vel intelligibilia ipſa terminos dicit, vt fines eorum, quæcunque ſunt, terminus nãque eſt (vt inquit geometra) qui alicuius finis eſt. principium igitur ſcientiæ eſſe intellectum dicit, quia per ipſum communes cogitationes habemus, vnde cogita-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rio velut a principiis scientificas demonstrationes facit, terminos videlicet intelligibilia dicit, quia sunt eorum, quæ sunt, extrema. dicimus igitur, inquit, esse intellectum, quem scientiæ principium vocauit, quo quidem intelligibilia cognoscimus, hæc enim sunt termini vt fines. At quærere dignum est, quoniam dicebamus opinionem ipsam ipsum quidem, quod, scire, ipsum vero, cur, ignorare: dicebamus quoque vniuersale ipsum in sensibilibus, necnon cogitabilium conclusiones nō ignorare, dignum est, inquam, quærere vnde sit opinioni cognitio hæc vniuersalis in sensibilibus. quo enim demonstrante quod omnis homo sit bipes, hanc ipsam conclusionem accipiens totam sibi illa habet? quemadmodum etiam in cogitabilibus ipsa cogitatione demonstrante ꝙ anima est immortalis, conclusionem ipsam accipiens opinio retinet, neque enim huiusce rei cogitatio demonstrationem fecit, huiusce, inquam, quod est omnis homo bipes, quodque Hinnitus est omnis equi proprium, vel istiusmodi quæcunque alia. neque enim fieri id potest, vt ex particularibus vniuersale credatur, id enim dici nō potest, quod Xantus, & Balias, & alij equi, qui sunt aut hoc, aut illo in loco, quadrupedes sunt, ideo esse omnes, neque quod hic, aut ille Æthiops niger est, ob eam rem scilicet omnem esse Æthiopa nigrum. Manifestum est igitur ipsam cogitationem nequaquam sensibile demonstrare, multoq; magis etiam patet neque imaginationem, neq; sensum illud haud quaquam facere, quod, quando hisce de rebus dicemus, perspicuum erit, nāque harum vnaquæque particulare aliquid cognoscit. Vnde igitur opinio sensibilium cognoscit vniuersale? dicimus id vt plurimum posse fieri, vt cogitatio in sensibilibus vniuersaliter ratiocinetur, quemadmodum fecit in astris Aristo. qui cum vellet ea esse sphærica demonstrare, vna re, luna scilicet id credibile fecit, dicit enim quod ea, quæ eiusdem substantiæ sunt, vt in vno se habent, ita in omnibus vt sint necesse est, astra autem omnia eiusdem substantiæ sunt, lunam vero sphæricam esse demonstratum est, ideo id patet, quod alia quoque astra sphærica erunt, possunt etiam, qui fumum vident, argumentari quod ibi sit ignis, vbi fumus est, hoc modo, fumus est in hoc loco, fumus omnis est ex igne, igitur ignis est in hoc loco. fortasse igitur (vt ego dicebam) fieri potest vt ipsa cogitatio ratiocinetur vniuersaliter de quibusdam particularibus & si non in omnibus. Dico tamen, quod anima ipsa rationis particeps in se rerum rationes consubstantiales habet. Verum quia demersæ sunt in materia, fere sunt obrutæ, velut in cinere scintilla latet. quemadmodum igitur, cum quispiam cinerem aliquantulum fodicauerit, scintilla statim resplendet, neque is, qui cinerem demouit, scintillam fecit, sed ea solum, quæ erant impedimento abstulit, eodem modo quoque opinio ab sensu prouocata rationes existentium rerum proponit. similiter etiam magistros inquiunt non nobis in animum inducere cognitionem, sed quæ in nobis veluti latens est, eam ipsam manifestam facere, nam si rationes rerum non essent in nobis, quomodo, cum quispiam præter naturam rerum dissereret, intelligeremus? vt fit, cum duos de anima disputantes audimus, hunc quidem contra iudicamus, atque arguimus naturæ rerum minime consonare, cum illo vero conuenimus, & magis vera proferre fatemur. cur igitur iudicantes eorum dicta hunc quidem vera, illum autem falsa dicere affirmaremus, nisi ipsa rerum ratio nobis inesset? nonne perspicuum illud est, quod ipsi nos per eas quæ sunt in nobis reconditæ de anima communes notiones disputantium verbis excitatas iudicantes dicimus hunc ipsum vera, illum autem falsa dicere? pari igitur modo & ipsam opinionem fatemur, cum scilicet sensus didicerit hunc, atque hunc esse bipedem, prouocatam, inquam sensu recordari, quod est omnis homo bipes; at commodius eæ dicantur communes animi conceptiones, & intellectus adumbrationes, omnia enim quæcunque melius, quam per demonstrationem scimus ea, per communem animi conceptionem scimus, quę vero demonstrationis indigent, vt a nobis cognoscantur, eorum conclusiones absque demonstratione cognoscere opinionis est opus, etenim sine ratione scit ipsa, quod anima est immortalis, quare horum cognitio cum demonstratione est, neque melius quam per demonstrationem. quemadmodum sine demonstratione id scimus, quod omnis hominis risus est proprium. Potentiæ vero animæ, quæ ratione carent, aliæ sunt cognitiones, & aliæ appetitus, & vitæ, ad ipsam cognitionem sensus, & imaginatio pertinent. Sensus autem ab imaginatione differt ideo, quia imaginatio intrinsecus habet cognitionem, sensus vero ad ea, quæ sunt extra, producitur. Sensus enim, quod adest solum, quodq; extrinsecus assumit id cognoscit, at imaginatio sensibilium formas ab sensu captas, ipsa secum confingit. Vnde eam vocat Aristoteles intellectum passiuum, intellectum videlicet, quia intus habet cognobile, & id simplici applicatione, quemadmodum non per præparationem consequitur intellectus. Passiuum vero vocat, quia cum impressionibus ipsius, neque sine figura cognoscit. ea autem imaginatio dicitur græce phantasia quasi quædam sit phantasia, imaginatio enim statio est imagnum, nāque stant in ea quæ visa sunt extrinsecus, vterque vero scilicet sensus & imaginatio circa particulare extenditur. etenim licet hoc album, non tamen omne album videt. hoc autem differunt inuicem, ꝙ alter extrinsecus, altera vero intrinsecus cognoscit, & ipsa quidem imaginatio quinque sensuum impressiones amplectitur. Vnus autem quisque sensus, ꝙ est proprium sibi sensibile, illud cognoscit. Quæ vero sunt appetitus, & vitæ, alia est ira, & alia cupiditas. At quispiam quærere posset, quid ita dicamus inter iram, atque cupiditatem distinctionem fieri. Quid enim? nonne cupit ira eum mœrore contra afficere, qui nos in mœrorem compulerit? Quid etiam, nonne ratio ipsa disciplinasq;, & contemplationes cupit? ad hoc igitur dico, ꝙ cupiditas ipsa magis communiter, magisq; etiam proprie dicitur. quemadmodum enim dispositio & communiter, & in habitu dicitur, & adhuc proprie distincta ad habitum, sicipsa quoque cupiditas, & communiter in omnibus animæ potentiis at vero magis proprie ad irā separata dicitur. Etenim ex quo nos huc prouidentia misit, vt eo, quæ sunt hic, ornemus nobis hanc hæreditatem, quam conseruare nos vult, ipsa credidit, & vt hoc ipsum faciamus quoniam multa sunt, quæ hanc hæreditatem lædunt (est enim fluxa, atque corruptibilis natura) nobis iram, atque cupiditatem dedit, vt illa a nobis lædentia repelleremus hac vero ꝙ est fluxum, suffulciremus, eæ igitur sunt, quæ ratione vtuntur, quæque illa carent, animales potentiæ. Quæ igitur sunt rationis, & ad cognitionem pertinent, eæ diuisæ sunt potentie Actiuæ vero sunt voluntas, & electio, & ipsa quidem voluntas attinet ad solum bonum, sed electio ad vtrunque refertur. Voluntas rursus ipsius per se animæ rationalis, electio vero irrationali complicata est. Quando enim extra generationem ipsa anima est, secundum voluntatem solam operatur, proptrea quod est in solo bono, cum vero in generatione est, quia sibi complicatas irrationales potentias habet, ob causas, quas dicemus, tunc implicata parti, quæ rationi repugnat, electionem tenet. Quare modo pro ratione, modo contra rationem stat, atque alterum pro altero diligit. eæ igitur sunt animæ rationis compotes potentiæ, præter has vero sunt, quas plantales vocant virtutes, eæq; sunt tres, nutricatio, augmentatio, & generatio, dicunturque ideo plantales, quia in plantis solæ videntur, etenim stercorationibus, atque irrigationibus nutriuntur, & augentur, suiq; consimilia procreant. vitis enim de vite, & olea ex olea procreatur. vt igitur summatim dictum sit, & homines, & animalia, & vegeta sumus, & ex quo sumus homines, quas enumerauimus virtutes rationales, habemus, ex quo autem animalia, eas, quæ extra partem, ex quo vero vegeta, plantales, vegetas. n. dicimus ipsas plātas, vegetorum nā que est augeri, nutririque, & sui consimilia producere. Quare ipsa etiam dicuntur & viuere & mori, vita autem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem, atque mors animæ præsentia, & absentia fit. quæcunque igitur vitas meliores habent, necesse est, vt ea etiam deteriores habeant, verum e diuerso non fit, non enim fieri id potest, vt ij potentias rationales habeant, quibus non prius deteriores datæ sint. atqui neque in sensibus melioris potest esse particeps is, qui non sit compos deterioris, quæ igitur sunt consortia visus, hæc eadem sunt & auditus, & reliquorum, item quæcunque habent auditum, illa eadem tenent & odoratum, & gustum, & tactum, non autem omnino visum, veluti talpa. at profecto quædam sunt omnibus carentia sensibus, præter quam tactu, vt spongiæ. Quamobrem nullo modo potest is esse melioris compos, qui non sit deterioris particeps, hoc autem non ideo, quia meliores prioribus indigeant, vt inde sustineantur, sed econuerso corpus meliorum non potest esse consors, nisi prius deteriores acceperit. non enim corpus vim rationis expertem participare potest, quod plantalis prius partem non assumpserit, neque habere rationalem potest, nisi harum vtriusque particeps fuerit, etenim, quia oportebat vt nulla species corrumperetur, neue propterea mundus imperfectus esset (est enim mundus ipsarum specierum plenitudo) neque id fieri poterat, vt quæ generarentur, & corrumperentur, hic eadem numero manerent, ideo & ipsæ, quam potuerunt, æternitatem cepere. Deinde quod omnia immortalitatem cupiunt ipsis primi, veluti id sit proprium cuiusque principium, cuncta, quam pro sua vnumquodque mensura capere potest, immortalitatem participant, ob eam rem, quæ sunt hic, cum numero non possint esse æterna, eorum vnumquodque sui simile procreando consors eius æternitatis efficitur, & hoc est opus naturæ maxime consideratum, quod scilicet in naturalibus vnumquodq; sui consimile alterum producat. igitur quoniam generationis indigemus, ipsaque generandi virtus est in magnitudine definita, propterea augmentatione nobis opus est, at quia augmentatio per nutrimentum fit, ideo vis nutricandi nobis est necessaria. quas ob res & nos, & bruta naturalium potentiarum participes sumus. Quare cum quid agimus, per has ipsas virtutes, quemadmodum plantæ faciunt, operamur cum vero per iram, aut per cupiditatem, similiter atque animalis rationis expertia facimus, at cum ratione vtimur, tunc hominis munere solum fungimur. hac de causa Plotinus diuinissime dixit, qui furore quodam perciti secundum nutriendi vires agunt, eos cum periculo tentare, vt in arbores mutentur. Enimuero dignum est, vt consideremus, quænam differentia sit cupiditatis aduersus naturales virtutes nutriendiq;, & generandi, nõ enim videmus agere cupiditatem circa aliud quodpiam, præterquam nutrimenta, & generandi vires, vnde id experitur cupiditas, vt cum potentiis plantalibus eadem sit. Quid igitur dicimus? non est idem, quia cupiditas agit cum sensu, plantales vero virtutes sine sensu agunt. hinc est quod animalia etiam rationis expertia cum fœminas viderint, in appetitum mouentur. quapropter cum cognitione quadam cupiditas est, non autem sic operationes plantales, atqui dormientes etiam sæpenumero nullo neque sensu, neque imaginatione adducti semẽ emittimus, pari modo videlicet operantes, ac plantales ipsæ virtutes faciunt. Quemadmodum enim cum rationalis potentia est in seruitutem mancipata eius, quæ ratione abutitur, omne consilium mouet in cibi, venereorumq; expletionem, neque propterea cum plantalibus potentiis esse eandem rationem dicimus, simili quoq; modo fatemur in cupiditate. Verum virtutum plantalium illud est proprium, quod simpliciter nutrimentum, genituramq; sine sensu concupiscũt, cupiditatis vero, quod escam talem, talemq; coitionem, & simpliciter suauitatem desiderat. Quid igitur? duarum potentiarum scilicet cupiditatis, & plantalis vnus, & idẽ effectus est? non est vnus inquam, verum simplici modo eius virtutis, quæ pertinet ad plantas, nutrimentum est, aut genitura. cupiditatis vero finis est ipsa voluptas, est autem in ipsius cupiditatis finis, vt (quemadmodum dixi) eo ipso desiderio & sortem nostrã, & generis successionem conseruemus. at rationis, cum ea cupiditati deseruit, quenquam esse talis operationis finem nequaquam dico, nãque præter naturam rationi talis est finis, quæ autem præter naturam sunt, ad aliquam finem minime respiciunt. etenim ratio, cum seruit, non suum, sed cupiditatis finem voluptatem præparat. At ne quispiam in illam vulgarem dubitationem veniat. Quid? igitur tres animas habemus? & tribus gubernamur? Dico.n. quod velut anima huic coniuncta corpori videtur quidem vnum quoddam facere, vere tamen non est vnum quid. eodem quoque modo rationis experti potentiæ copulata, & plantali singularem quandam continuationem facit propter propinquitatem, ea enim quæ ratione vacat pars continenter illi, quæ ratione vtitur, exaptata est, plantalis vero huic, quæ rationis haud est particeps, atque ideo propter eum, in quo simul sunt, affectum, consensum esse vnum dicimus, tum etiam quia rationalis potentiis reliquis, velut instrumentis vtitur. Harum autem virtutum, plantalium scilicet & brutalium, aliæ quidem magis, aliæ vero minus rationali animæ proximæ sunt. hæ propiores sunt, quæ rationem non habent, natura enim ita comparatæ sunt, vt exaudiant ipsam rationem, quare nos cupiditates cũ increpamus, mitiores ipsas facimus.

Increpuit verbo perculso pectore corda.

& rursus.

Cor perfer, nãque & peius quandoque tulisti.

Consuescere ipsum moderari ab ira, a voluptate, a tristitia, & quæcunque consimilia sunt. at quid ego dico hęc in nobis? nonne quoque ferarum multę ratione ipsa mansuetiores redduntur? Plantales vero, vtpote quæ rationem non exaudiant, ab anima rationali spatio longiore distare? non enim nutritiuæ virtuti ad imponendum est, quãtum nutrire debeat, aut augmentatiuæ quãtum augere, sed neque generatiuæ, quare & inuiti sæpenumero semen in somnis emittimus. Quod si ipsam generãdi vim modestiorem facimus, illud est manifestum, quod non ipsam potentiam simpliciter, verum cupiditatem ipsam reprimimus, etenim potentia ipsa nihilominus manet, & si nihil operetur, & hæ quidem sunt animæ virtutes quæque ratione vtuntur, quæque illa carent, & demum, quę in plantis vegetant. Vniuerse vero animam alij dicunt esse incorpoream, alij autem corpus, qui corpus eam dicunt, alij simplex esse, alij vero compositum, & qui compositum fatentur, alij quidem ex coniunctis corporibus, alij vero ex disiunctis. At eorũ, qui simplex esse corpus aiam dixerunt, alij exposuerunt eam esse corpus æthereum, quod idem est, ac si dicere mus cœleste, quemadmodum ipse Ponticus Heraclides, alij autem illam esse ignem disseruerunt, vt Heraclitus, qui quoniam omnium, quæcunq; sunt, ignem esse principium dicebat, ideo quoque animam, propter facilem motum igneam esse asseuerabat. Alij vero aeream, velut Anaximenes, & e Stoicis quidam, alij autem ex aqua eam constare volebant, vt Thales, & Hippon, is, qui vocatus est Atheos, quod enim viderunt humanum semen ex humiditate constare, propterea principium omnium, quæcunque sunt aquam ipsam nominauerunt. Verum terream eam esse nullus ausus est dicere, cum grauitatem, atque immobilitatem terræ cognoscerent. igitur, qui simplex corpus esse dixerunt animam, quoniam & quinque sola corpora simplicia sunt, illi possunt, & soli quidem inter eos, qui corpus illam esse dixerunt, immortalem fateri, qui vero compositum corpus esse eam crediderunt, partim voluerunt esse ex elementis haud adiunctis, vt Democritus, & Leucippus. & simpliciter, qui atomos, hoc est indiuidua corpora introduxerunt, ij enim principia rerum esse dicebant indiuidua corpuscula & vacuum, atque ob eam rem animam ipsam propter facilem motũ sphæricis ex atomis constare dicebant, partim vero de coniunctis factam disputabãt, vt Critias, qui ex triginta fuit vnus. is nãque animam esse sanguinem dicebat, etenim (inquit ille) sanguis homi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nibus est intelligendi cordata vis, ex his autem, qui animam esse incorpoream opinati sunt, aliqui illam esse a corporibus separabilem dixerunt, aliqui vero separari non posse, & horum qui non esse eam separabilem volebant, alij esse eam rationem temperamenti dicebant, vt cum duplus ignis aquæ admistus sit, vel sesquialter, vel aliquid tale animam facit, ratio enim dupla vel sesquialtera, quæcunque accidit, ea est anima. Alij autem ipsum temperamentum, alij vero entelechiam esse volebant, est autem entelechia perfectio, & species ipsius subiecti. a temperamento autem ipsa ratio differt, nāque ratio in ipsa quantitate consideratur in sesquialtero, vel in duplo, vel in alio quodam, & simpliciter habitus alterius ad alterum pro quantitate determinatus, ipsa temperatorum ratio est, temperamentum vero qualitas est ex admistis qualitatibus perfecta. veluti cum de calido, & frigido tepidum temperamentum quoddam factum est, vel ex albo, & nigro fuscum. At ipsa entelechia est ipsa rei subiectæ perfectio, de tali videlicet elementorum compositione materiæ species adueniens, veluti cœno testæ cum species aduenit. ij vero, qui separabilem dixerunt, animam quidem totam, & rationis participem, & rationis expertem, & eam, quam vegetatiuam dicunt, ab corpore separabilem esse dixerunt, vt ipse Numenius, qui errauit in verbis Platonis in Phędro dicentis, omnem esse animam immortalem, cum Plato eo in loco manifeste de rationali nominum anima sermonem faciat. Quod enim brutorum animam mori Plato intellexerit, id eius verba in medium adducentes aperte satis demonstraturi sumus. Qui vero esse eam inseparabilem dixerunt, eam esse mortalem propterea voluerunt, quod esset inseparabilis, de quorum numero est Alexander Aphrodisieus, qui & Aristotelem in opinionem suam conuellere tentat. Alij autem separabilem quidem esse rationalem, & vegetatricem vero, & quæ ratione caret, haud vllo modo separari. Sed horum aliqui dixerunt vtrasque ab huiusce corporis crasitudine separabiles, aliqui vero ab hac vegetatricem solam non esse separabilem, quæ autem rationis est expers, ab hoc quidem separari, ab alio vero quodam corpore spirabili scilicet nequaquam. quæ opinio, quemadmodum demonstrabimus, vera est, & eam Plato, & Aristoteles in primis habuerunt. Quod enim talis Aristotelis fuerit opinio, & aliam quidem separabilem, aliam vero non separabilem intellexerit, de pluribus locis manifeste demonstrari potest. In fine igitur tractatus de partibus animalium, qui ante hoc opus continenter est, vbi dixisset vnamquamque animalium partem secundum quādam vitalem operationem formari, veluti cor, & hepar, & cerebrum, & reliqua, vtrum (inquit) hanc operationem animam vocare oporteat, an animæ partem. an non sine anima, quærendum est. quare multam quidem, latitudinem, immo profunditatem animarum vidit. Præterea vtrum (inquit) de omni anima naturalis Philosophi differre interest? an non de omni? verum de ea, quæ non sit absque materia? hinc ergo a materia separabilem esse animam cognouit. Si enim (inquit) de omni anima naturalis disputabit, id patet, quod etiam de intellectu. Quod si de intellectu, necesse est, quod etiam de intelligibilibus loquatur, intellectus nāque intelligibilium est intellectus, quemadmodum quoque sensus est sensilium sensus, hæc enim sunt ad aliquid dicta, de intelligibilibus autem disputare ipsius primi Philosophi interest. Accidet igitur quod ipse naturalis de omnibus tractabit, quęcunque sunt, quod quidem absurdum est, deque sensilibus propter sensum, deque his, quæ intelliguntur intellectus causa. Atque etiam in tractatu de generatione animalium dicit. Videtur enim extrinsecus ingredi intellectus, & esse diuinus, nāque cum alio nullo eius operatio communicat, corporis enim operatio est. Rursus etiam hoc eodem in libro cum de affectibus animæ dixisset ira, cupiditate, atque aliis, quod scilicet a corpore separari non possunt. Propterea (inquit) speculari naturalis interest, vel de omni anima, vel de ea, quæ non sit absque materia. cognouit igitur aliquam esse animam, quæ a materia separaretur. In secunda etiam disputatione postquam de potentiis aliis animæ quæsiuit, vtrum sit vnaquæque anima, an pars animæ, de intellectu autem inquit, deque potentia contemplatiua nondum patet. Sed aliud esse animæ genus, & hoc solum posse separari videtur, quemadmodum ab corruptibili æternum. item in tertia disputatione, siquidem est (inquit) intelligere, vt sentire, aut pati aliquid, vtique erit ab intelligibili, aut alterum quidpiam tale, impatibile igitur esse oportet, & paulopost hoc solum separatur quod est, & hoc solum immortale, atque æternum. Verum quod hoc sit impatibile, non memoramus, intellectus autem, qui patitur, corruptibilis est. Manifeste igitur per hæc, & impatibilem, & immortalem, & æternum esse intellectū dixit, atque etiam secundum se separabilem. imaginationem vero voluit esse corruptibilem. eamque ipsam patibilem intellectum vocauit, intellectum quidē, quod apud seipsum cognobile habeat, patibilem vero, quia cum impressionibus. in eodem sermone rursus ita prosequitur, is ergo, quem animæ intellectum vocaui (eum autem intellectum voco, quo anima ipsa cogitat, & deprehendit) nihil est operatione eorum, quæ sunt, antequam intelligat, quare neq; ipsum commistum esse corpori consentaneum est. item paulo infra secernentes ab intellectu sensum. dicit ipsum sensum, cum ex his, quæ sentiri possunt, maiora perceperit, ea, quæ minus sentiantur, percipere non posse. Sed intellectum, quanto ex his, quæ in ipsum veniunt, apprehendat maiora, eo facilius minora comprehendit. huius autem rei esse causam dicit, quod ipsum sensitiuum non sine corpore est, intellectus vero separabilis est ab eo. Rursus etiam sic, atque is intellectus separabilis, & impermistus, & impatibilis substantia. item quoque ante hæc in primo sermone hoc modo scripsit. intellectus autem videtur innasci substantia quædam existens, neque corrumpi, maxime enim ab ea, quæ fit in senio languens debilitas, corrumperetur. item, qualem enim particulam, aut quomodo intellectus continebit, difficile est fingere. item de intellectu autem, & speculatiua potentia nondum patet, sed animæ genus aliud esse videtur, & hoc ipsum solum separari posse velut a corruptibili æternū. Quare esse ipsum ab corpore separabilem, neque agere cum corpore, atque insuper esse eum æternum vult. At hæc de multis, quibus demonstrare possemus Aristotelem voluisse rationalem esse animam immortalem, & ab corpore separabilem, dicta sufficiant. Enimuero superfluum putamus esse dicere Platonem cognouisse animam rationis compotem immortalem esse. quod autem rationis expertem morti esse obnoxiam intellexerit, in Timæo satis idonea dicta sunt. Postquam enim (inquit) opifex omnem diuinam naturam creauit, tum quæ aperta, tum quæ occulta est, ad ipsos ait, adhuc genera tria mortalia ad ornamē tum mundi deficiunt, terreum videlicet, aereū, & aqueū, quæ nisi fiant, hic erit mundus imperfectus, hæc autem per me facta, & vitam participantia diis adæquata sint, vt igitur mortalia quoque sint, & hic mundus vere sit omne, vertite vos secundum naturā in animalium mortalium creationem transferentes exemplum de potentia mea circa generationem vestem, atque eius quod in ipsis tale futurum est, vt cum immortalibus appellatione conueniat, diuinumque vocetur, principatumque teneat, ego vobis feminaque, & initium tradam, vos exequi cætera par est, vt immortali naturæ mortalem attexentes faciatis, generetisque animalia. Quare rationis expertem animam rationi adnexam mortalem esse manifeste dicit. Quodcunque autem rationale mortalibus ineſt animalibus, illud principale, diuinum, atque immortale est, atque ideo principem penitus esse rationem profert. Quod igitur & Platoni & Aristoteli videatur anima neque omnis a corpore separabilis, neque omnis non separabilis, at rationalis quidem separari, reliqua vero nequaquam, id manifestum est, etenim non oportet in enunciationibus antiquorum acquiescere, verum

omnium

omnium rerum demonſtrationes colligere, nanque ex omni parte dogmata hæc ad vitam noſtram pertinent, maxime autem quod nobis nihil eſt magis proprium, quam vt nos ipſos cognoſcamus. igitur ſingulatim quæcunque dicta ſunt, oſtendemus, quod ſcilicet omnis eſt anima incorporea, ꝙ ab omni corpore rationalis vna ſeparatur, atque ob eam rem immortalis eſt. quod item ea, quæ ratione caret, ab hac ipſa craſsitudine ſeparabilis eſt, quæ tamen a ſpiritu non ſeparatur, etiam ſi ſit omnino hoc ipſum ſpiritale corpus. item quod in tempus aliquod poſt huiuſce corporis exitum perſeuerat, quodꝙ hoc in craſſo corpore anima ipſa plantalis eſſe habet, atque cum eo corrumpitur. Quod igitur omnes, qui opinantur, & dicunt eſſe corpus animam ſiue ſimplex, ſiue compoſitum, ij falſo dicant, atque opinentur, ne vna ſola ratione redarguamus. commune ad omnes contra ad duximus argumẽtum. Nullum ergo poſſe eſſe animam corpus declaretur hoc modo. corpus omne ſuapte natura diſſolubile eſt, atque in infinita parti poteſt. quare ſuſtentationis eget auxilio. Quoniam autem anima, vel alia quædam potentia, ipſa eſt, quæ ſuſtinet, vtrum corpus eſt anima, an incorporeum? nam ſi ea corpus eſt alia rurſus indiget ſuſtentante, & ſic deinceps illud idem interrogabimus, vtrum corpus, an incorporeum? & hoc, in infinitum, neceſſe eſt igitur vt quæ corpora ſuſtentat potentia, ea ſit incorporea, at anima eſt animatorum corporum ſuſtentatio, omnis igitur anima eſt incorporea. In hoc autem libro Ariſtoteles, poſtquam multipliciter, & varie has ipſas opiniones redarguit, hoc etiam addit. quid (inquit) ego in aliis dico? potentiarum animæ, quæ pertinent ad cognitionem, ſenſus eſt vltimus, qui & ipſe incorporeus linealibus neceſsitatibus demonſtratur. igitur ſi vltima potentia eſt incorporea, tanto magis non eſſe corpus potentiores credimus. Quomodo ergo illud oſtendit? nullum (inquit) corpus eodem tempore in eadem parte contraria ſuſcipit, nõ enim tempore eodem digitus totus & albus, & niger eſſe poteſt, neque ſimul eodem momento & calere, & frigeſcere: ſenſus autem vno, & eodem tempore pariter contraria comprehendit, in legendo enim ſimul albumꝙ, & nigrum ſuſcipit. quare ſcit hoc eſſe primum, hoc autem ſecundum in ſecernendo ab albo nigrum. Quonam modo igitur eodem tempore contraria viſus apprehendit? vtrum ne in parte eadem? an in altera quidem nigrum, in altera autem album? Siquidem igitur in eadem parte, videlicet indiuidue eadem percipit, etiam eſt incorporeus. Sin autem in vna, & altera parte. Simile eſt (inquit) quemadmodum ſi hoc ego, tu vero illud ſentires. Veluti ſi dicas (inquit) quod ego vidi, id aliud eſt ab eo, ꝙ vidiſti tu, nãque vnum, & idem iudicans eſſe oportet, & in eodem diſcreta percipere, corpus autem in eodem tempore circa eandem partem contrariis, vel ſimpliciter diuerſis occurrere nõ poteſt. At ſenſus eodem temporis interuallo & albo, & nigro obiicitur, indiuidue igitur occurrit, eſt ergo propterea incorporeus & enim ſi in altera, atque altera parte nigrum atque album percipiret, non quidem ab nigro album diiudicare poſſet, nemo enim ꝙ ab ſe videtur, diſcernit ab eo, ꝙ ab altero videtur. quod autem & imaginatio ſit incorporea, atque ſine partibus, inde patet quod nulla cauſa eſt, vnde formæ ſuccedentes deleant eas, quæ in ea prius impreſſæ fuerant. Quod, ſiquidem corpus eſſet, accideret quemadmodum fieri in cera videmus, vbi quæ prius erant ſigna, ea delentur ab iis, quæ ſuccedunt. at etiam plantalis anima, quæ ſenſu inferior eſt. & ipſæ etiam plantales rationes aperte partiri non poſſe demonſtrantur neꝙ propterea corpus eſſe, nãque in vnaquaꝙ ſeminis particula rationes plantales eo modo ſunt, vt partiri non poſsint, quomodo etiam in omni ſemine & nutriendi, & augumentandi, & formandi rationes ſunt. vt enim ſi concepe rit vterus iniectum ſemen totum animal abſolutum perficit: ſic, licet, non totum, ſed partem ſeminis acceperit, nihilominus ipſum faciet. igitur ſi plantales rationes animalis corpus eſſent, non & quæ capitis, & quæ pedum, & quæ omnium partium ſunt rationes in eadem parte ſimul eſſe poſſent, nunc autem ſunt in hac ipſa parte, ſunt ergo incorporeæ. eſt enim idem indiuiduum quod incorporeum, velut etiam in tota arbore ſic in ramo, ſic in palmite, ſic in ipſo grano & nutricandi, & augendi, et generandi virtus eſt. At fortaſſe quiſpiam dubitauerit, quęrens, vnde igitur monſtra? nonne ea aut defectu, aut ſuperabundantia ſeminis fiunt? item cur ſi abſcindatur frumenti particula, reliquum non germinat? item quid ita cortex pullulat, non frondes? vel tale aliquid, atqui hæ ipſæ ſunt arboris partes. De monſtris igitur dico. quod materia eſt ipſorum cauſa, quoniam pro q̃titate, & qualitate ipſam materiam congruere oportet, animalis autem materia ſunt ipſa menſtrua, quæ quidem materia ſi ſuperet, aut deficiat, aut præter naturam qualitatem habeat ipſa eſt monſtrorum cauſa. & vniuerſe quidem dico eas ipſas potẽtias eſſe incorporeas, verum ſine ſubiecto corpore non eſſe, atque moderati ſubiecti indigere & quantitate, & qualitate, vt ſint. Veluti circulus, & ſimpliciter figura demonſtratur. ipſa enim figura per ſe ſine quantitate, & magnitudine, & ſimpliciter incorporea non conſiſteret, niſi indefinita magnitudine, & qualitate ſubiecta perciperetur in corpore videlicet paruo, & breui non quidem circulus contineretur, neque inſi quido, aut præterfluenti conſtare poſſet. igitur eodem modo & in hac re dico quod, & ſi eæ rationes per ſe ſint indiuiduæ, tamen ex quo in ſubiecto corpore id habẽt, vt ſint, non generaliter omne corpus, vel quodcunque acciderit, eas rationes ſuſcipere poteſt. Quare ſubiecti conuenientia neceſſaria eſt. quod ſi peritus in tota arbore, & in partibus potentiæ omnes perfectæ inueniuntur, ideſt videlicet nullam aliam ob cauſam, niſi quod ipſæ per ſe ſunt indiuiduæ nãque ſi eſſent corpora, non quidem in abſciſſo ramo totæ eſſent, ipſaꝙ eſſet arbor mutila. Si vero quiſpiam dicat ſe poſſe dicere hæc eſſe corpora homœomeria, per quæ totum veniunt, eſt enim corpus homœomerium, quod eiſdem ſpeciei eſt in parte, atque in toto, velut in carne (pars enim carnis vero eſt) ad hoc ita dicamus, quod ea, ſi quidem corpora eſſent homœometria, non quidem tota per tota ſubiecta procederent, non enim fieri illud poteſt vt corpus per corpus procedat. igitur ſi deteriores animæ potentiæ ſunt incorporeæ, tanto magis ipſa rationalis, cum ſit aliis multo melior, eſt incorporea, quemadmodum per communes rationes demonſtratum eſt. nunc autem, quæ in ea ſunt propria, dicamus ita. Nullum ex corporibus ſeipſum noſcit, nec ad ſe conuertitur, non enim ſeipſa nouit manus, aut aliud ex corporibus quicquam: at ne quidem potentiæ rationis expertes, quanquam ſunt incorporeæ nouerunt ipſæ ſe, non enim aut viſus, aut auditus, aut ſimpliciter ſenſus ſeipſum noſcit, neque cuius naturæ ſit, ipſe quærit, verum ipſa eſt ratio quæ de ſenſibus inquirit anima verõ rationalis cognoſcit ipſa ſe quare ipſa eſt quærens, ipſa quæſita, ipſa inueniens, ipſa inuenta, ipſa cognoſcens & cognita: manifeſte ergo eam eſſe incorpoream patet. Potentiæ autem, quæ ſunt in ſubiecto corpore cum corpore ipſo vigent, & abſoleſcunt, tales igitur ſunt ſenſus, ira, cupiditas: anima vero rationalis econtrario, flacceſcente enim corpore ipſa viget, non eſt igitur in ſubiecto corpore. Præterea nihil eſt quod ſubiectum ſuum corrumpi curet, etenim quæcunque ſunt, omnia ea eſſe cupiunt. At anima rationalis corpus ipſum paruipendit, atque laboribus per virtutem domat, ipſumꝙ ſæpe numero penitus derelinquit igitur in ſubiecto corpore non habet eſſe. quod ergo nulla animalis potentia ſit corpus, id demonſtratum eſt. Adhuc autem demõſtrare oportet animam rationis participem ab omni corpore ſubſtantiam ſelectam tenere, reliquas vero eam ipſam in corpore habere, quæ ratione caret in ſpiritu, quæ vegetat, in hac videlicet craſsitudine. quo igitur hæc ipſa oſtendamus, illud breuiter anticipiemus. Regulam quandam nobis in procœmio propoſiti libri tradidit Ariſto. quæ quidem communiter omnibus philoſophis placuit, & iis, qui immortalem, & iis, qui morta-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lem animam crediderunt. ea autem regula talis est. Oportet (inquit ille) ex operationibus iudicare substantias, vna enim quæque substantia coordinatam habet operationem, nulla igitur (inquit) separabilis est a corpore substantia, quæ nullam a corpore actionem separabilem tenet. Si nãque ea, quæ substantia est separabilis, nullam sine corpore operationem habet, postquam separata est a corpore, nihil quidem, circa quod agat, habebit, atque ideo frustra erit. at nihil neque Deus, neque natura frustra quicquam faciunt: non igitur fieri id potest, vt substantia separabilis nullam sine corpore operationem habeat. item alia regula est hæc, quæcunque habet a corpore separabilem operationẽ substantia, necessario quoque ipsa erit a corpore separabilis. Quod si minus erit separabilis, illud acciderit, quod scilicet a causa productum sua causa dignius erit, quodque indignius digniore magis dignum, quod quidem absurdum est. Semper enim causam effectu meliorem esse oportet, quodque est natura prius, inferiore dignius, quod enim natura prius est, ideſt melius. nonne igitur ita est hoc? nos quidem scimus operationem de potentia esse omnẽ, decp substantia potentiam omnem procedere, atqui tertia est a substantia in ordine operatio. Quod si a corpore inseparabilis substãtia est, operatio vero separabilis, & si dignius est inseparabile eo, quod separatur, ideo quam substantia melior operatio ferenda est, atque idem dicendum, quod est esse sua causa dignius, quodque natura secundum, immo tertium sit, id esse primo superius, quod quidem absurdum est. non igitur fieri id potest, vt actio separabilis a corpore, non e substantia, atque eadem separabili, descendat. Hæ igitur Aristotelis regulæ nobis prosunt. Secunda quidem ad rationem de anima rationali: prima vero ad eam, quæ pertinet ad reliquas.

Quare de rationali hactenus diximus, an nulla a corpore inseparabilis substantia habeat actionem separabilem. Demonstrabimus autem in anima separabilem a corpore operationem, penitus esse & ipsam separabilem, quãobrem cum de intelligibilibus anima consideret, & sibi Dei notiones proponit, ideſt apertum, quod istiusmodi operationem ab toto corpore separabilem tenet, pari quoque modo cum seipsa quærit, nusquam enim neque cooperante in hisce vtitur, neque ipsa circa corpus operatur. Qualis talis omnis actio a corpore, atque imaginatione separata est. Quod si separabilis est operatio, necessario & ipsa separabilis erit substantia, at substantia separabilis necessario omnino erit æterna, communiter enim hoc omnes fatentur, videlicet quod omnis a corporibus substantia separabilis est æterna. Cõsidera enim si separabilis non est æterna, verum genita, & corruptibilis, aut ea prius quam generaretur, generari potuit, aut non potuit, quod si non potuit, non quidem facta est, non enim fieri id potest, vt quod generari non datur, id generetur. Quod si potuit, omnino quidem materialis erat. Hoc enim quod scilicet aliquid possit aliquando esse, vel non esse, ad ipsam materiam pertinet. Sin autem immaterialia sunt a materia separabilia, de potentia ad actum non venient, sed semper actu erunt.

Item aliter. quicquid corrumpitur, id duobus modis corrumpitur, vel enim more corporum facta resolutione in elementa, vel incorporeum cum species extinguitur discrepantia subiecti, in quo datur illi esse. Veluti etiam harmonia remissis chordis corrumpitur. neutro ergo horum modorum animam rationalem corrũpi licet, nam neque vt corpora, est enim incorporea: neque vt ea, quæ & si sunt incorporea, in corpore tamen subiecto illis est esse datum. Demonstratum nãque ideſt eam esse a corpore separabilem, quod si notum est, illud etiam simul patuit, quod ea est æterna, atque hæc quidem de rationali anima dicta sint. Præterea autẽ de reliquis quoque dicamus, decp ea, quæ ratione caret, decp ea, quæ vegetandi vis est, quod enim ipsæ sint inseparabiles, ex prædicta regula id patet. Quod si demonstrabimus nullam eas a corpore separabilem operationem habere, necesse erit omnino eas ipsas non esse separabiles in corpore igitur, & circa corpus earum sunt omnes operationes, nãque & nutritiua, & augmentatiua, & generatiua sunt in corpore, & per corpus operantur, & circa corpora. atqui ira etiam atque cupiditas, ira enim sanguinem circa cor mouet, hepar autem quomodocunque cupiditas afficit, in corpore igitur, & per corpus, atcp etiam circa corpora valent. vel enim cibariorum, vel nitoris, vel vniuerse rerum, quæ ad corpus pertinent, appetitus est ipsa cupiditas, ira autem nititur eum contra ad tristitiam torquere, qui tali in re quicquam nocuerit. Quare si non sunt harum sine corpore actiones, ex necessitate substantiæ quoque sunt ita. quorsum enim separatæ a corporibus operabuntur? quid nutrient? aut quid augebunt? aut quid tandem generabunt? quem iterum tristitia contra complectentur? at neque ipsa cupiditas quicquam suauis habebit, vnde ad appetitum moueatur. Quare frustra erunt. Quod si non id fieri potest, vt scilicet aliquid frustra sit, illud certe credendum est quod illa non est a corporibus separata substantia, de qua tales procedunt operationes. Enim vero vegetandi vis non est ab hac crasitudine separabilis, cum qua etiam corrumpitur, & id patet ex quibus ipse potentiæ sunt, & in plantis, in quibus spiritale corpus non videtur. demonstrantur autem post animæ ipsius exitum permanentes adhuc in corpore breue quoddam tempus, alioquin vt de illa putrida, & quæ facile dissolui potest auctio? In mortuis enim & vngues & pili augentur. Si autem auctiuæ facultatis etiam post mortem est in corpore aliqd vestigium, nutritiuæ quoque facultatis aliquod esse vestigium necesse est. Propter auctionem enim alimentum est. Hinc ergo manifestum est, quod in hoc corpore esse suum habent hæ facultates. Quod si habent, & generatiuam quoque habere necesse est. In eadem enim est serie, & coordinatione. Quare vbi illæ sunt, & ipsa quoq necessario videtur inesse. Huius autem & in mortuo corpore dixerit aliquis vestigium esse aliquod propter ea, quæ ex mortuis corporibus generantur, animalia, vespas, & apes, & vermes & eiusmodi. Irrationalis autem in hoc amplius esse suum non habet. Remanet enim etiam post animæ ex corpore exitum vehiculum & subiectum habens corpus spiritale, quod & ipsum est ex quatuor. Dicitur autem ex abundante aere, quemadmodum & hoc terrenum ex eo, quod est amplius. Et vnde manifestum est si in eo esse suum habet vita irrationalis? immo prius vnde omnino est corpus spiritale? Hoc enim prius oportet quærere, an est omnino: Deinde demonstrare, quod in eo est irrationalis vita. vnde igitur sciemus, quod est spiritus? Animam quidem nostram post discessum ex corpore in confesso est, vel potius demonstratur ad inferos venire, & eorum, quæ in vita male gesit, illic pœnas luere. Non enim vt simus solum curam gerit prouidentia, sed etiam vt bene simus. Quamobrem anima, quæ ad id, quod est præter naturam, delapsa fuerit, non negligitur, sed qua par est ei diligentia & solicitudine prouidetur. Et quoniam ei vsu venit, vt per delicias & voluptatem peccaret, necessario vt per dolorem quoque purgetur eueniet. Nam & hic quoque contrariis contraria medicamenta adhibentur. Quo fit vt in iis, quæ sub terra sunt, ad iudicium exercendum paratis locis punitæ dolore afficiantur. Sed si incorporea est anima, fieri non potest vt patiatur. Quomodo igitur punitur? Necesse est ergo omnino aliquod ei esse adiunctum corpus, quod, cum nimio æstu, aut algore vel immodice dissoluitur, aut supra modum concrescit, dolore animam afficit per consensum. Quemadmodum & hic quoque corpore dolorem patiente, propter naturale vinculum, & qui ex eo procedit, consensum sentit anima dolorem. Ipsum enim per se incorporeum a nullo patiatur. Cuiusmodi ergo est ei corpus adiũctum? Non hoc quidem. In ea enim ex quibus compositum fuit resolutum est: sed id quod spiritale dicimus. In eo ergo propterea sunt omnino tanquam in subiecto animus, & cupiditas, & ab eo separari nequeunt. Nisi enim essent, sed statim post exitũ ab hoc corpore ab his affectibus esset

liberata

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

liberata a generatione quoq; esset omnino pura. Quod si a generatione & perturbationibus esset liberata, tustol leretur, neq; in subterraneis iudicii locis esset. Sicut.n. diximus, cū ea in generationem descenderet, dati sunt ei illi affectus, propter eas, quas diximus causas. fieri autem non potest vt a generatione liberetur, quæ non seipsam purgauerit. Quoniā enim ipsa per se est mobilis. & sua sponte a bono excidit, oportet eam rursus, vt sustollatur, seipsam purgare. Subterranea enim illa iudicij loca eam sustollere non possunt, sed ipsam tantum ad seipsam conuertunt. Quo fit, vt cum resipuerit eamq; errorum suorum pœnituerit, proprio suo impetu purgetur, et corporeum illum, cui sua sponte alligata erat, affectuum consensum sua sponte abiiciat. Quare ait illam post subterranea iudicii loca hic rursus tandiu consistere, donec a se ipsa purgata, & a generatione liberata, sublata fuerit. Tūc itaq;, & iram, & cupiditatem vna cum illo vehiculo. i. spiritu, deponit. Esse autē ei postea aliquod aliud perpetuo adiunctum corpus cœleste. i. æternum, quod radiorum vel astrorum formam & similitudinem habere inquiūt. Cum enim ipsa ex mundanis rebus sit, eā necesse est omnino munus aliquod habere, quod gerat, quod mundi quoq; pars sit. Et si est semper mobilis, & eā semper operari oportet, oportet eā perpetuo aliquid corpus adiunctū habere, quod semper viuificabit. Propterea splēdidū & luminosum corpus eā habere inquiunt, quod sit æternū. Propter hæc itaq;, quæ dicta sunt, spiritale corpus eē necesse est, & animū, & cupiditatē ab eo separari nō posse. Manifestum est aūt, quemadmodum vitales & appetitiuæ irrationalis facultates in spiritu, ita & cognitiuæ. Si .n. deteriores ab hoc crasso corpore sunt separabiles multo magis meliores. meliores autem cognitiuæ: dico autē imaginationē & sensum. Sed etsi in illo esse suum habeāt irrationales facultates, veniunt tamen etiā ab illo vestigia quædā ad hoc crassum corpus. Quēadmodū & a mente mentis conceptus ad oēs venire dicimus. Quod enim etiā ad hoc vsq; corpus irrationalis animæ illuminationes veniāt, manifestum est. Ira enim mouet sanguinem, qui est circa cor, & eius ebullitionem quandam facit. Cupiditas aūt iecur sic vel sic ad suos motus afficit. Et sensus oēs cerebrum illuminant. ex eo.n ad sensoria per neruos suppeditatur sensoria facultas, eoq; male affecto, sensus fiunt actionis expertes: vt demonstrant Medici. Cum.n. id quod menyngæ custos appellat, menyngæ, q̄ membrana est cerebrum tegens, superposita fuerit, & sensu, & motu carens animal efficitur. Et cum dorsalis pars male affecta fuerit, ægroti quidem pars superior sensu fruitur, inferiora aūt sensu carent, eo quod non amplius suppeditetur a cerebro sensitiua facultas, cū instrumentum, neruus spassum sit. Et si alligatus fuerit neruus, sensu rursus vacua sit pars inferior: superior aūt manet sensu prædita. Ex dictis igitur manifestū est quod & spiritale corpus est, & ab eo separari nequeant animus, & cupiditas. Multo autem magis apertum euadit, vel ex ipsa rerum operatiōe. Vnde enim in sepulchris vmbrarum formā præ se ferentia spectra apparent? Neque enim figuram vllam habet anima, vel omnino videri potest. Sed non purgatas aiunt animas, postquam ex hoc corpore excesserint, cum spiritu aliquandiu errare, idq; circa sepulchra apparere. Quare adhibenda est diligentia, vt recte viuamus. Ab hoc enim ex improba viuendi ratione conden sato spiritu circa affectus aiunt animam attrahi. Habere enim & ipsum aiunt aliquid naturalis vitæ: Nutriri.n. Non sic autem nutriri, vt hoc corpus, sed per vapores. non per partes, sed sic. v.g. vt spongię vapores recipiūt. Et propterea studiosi, subtilioris, & siccioris vitæ rationis curam gerūt, ne crassescat spiritus, sed subtilis fiat. Ad hæc autem & purgationes aiunt ipsum suscipere. Hoc.n. corpus aqua colluitur, illud vero purgationibus, quæ per exhalationes fiūt. per quosdam.n. vapores nutritur, per alios autem purgatur. Ipsum autem non per varia esse instrumenta diuisum, sed totum per totum secundū sensus agere, & sensilia apprehendere. Quare & Aristo. in metaphysicis inquit. Quod sensus proprie vnus est, & sensorium proprie vnum, sensorium appellās ipsum spiritum, in quo sensitiua facultas tota per totū varia sensibilia apprehēdit. Quomodo igitur apparet in sepulchris membris & instrumentis præditum, & aliquādo quidē hominis figuram, aliquando vero etiam alicuius alterius animalis formam habens? Ad hoc dicunt. Primum quidem illud, q̄ sæpe contingit ipsum hominis habere figuram a flagitiosa viuendi ratione incrassatum, & simul a cōtinenti corpore impressum. Quod etiam in glacie vsu venit, vt cum iis, in quibus concrescit vasis, simul imprimatur. Quomodo igitur diuersas habens figuras appareat? fortasis, inquiunt, quādo anima ipsum vult demonstrare, mouens imaginationem ipsum simul imprimit: vel etiam diuina forte cooperatione adiuuante, & apparere, & rursus euanescere, densatum & rarefactum. Cum enim sit aereum, quando coactum condensatum fuerit, fit visibile, & rursus euanescit dispersione, & rarefactione. Ad hæc autem omnia dicet aliquis dubitans, an humanæ sint animæ, quæ per proprios spiritus in sepulchris apparēt, & non impostores aliqui dæmones, qui suapte natura facile possunt se in omnia mutare. propter eis annexum spiritale corpus, quod in quasuis figuras nullo negocio se potest transformare, quod quidem assi due videntur facere. Quomodo autem vel ad aliquod tempus hic errauerit anima? vtrum sua sponte & electione, an non? Si enim electione, hinc nunquam migrauerit anima. Ad subterranea enim iudicii loca fit migratio. Si autem citra electionem a prouidentia cogitur manere, quomodo eius augetur ad improbitatē facultas, & maiora, quam hic, potest? Sinautem, tāquam depositō hoc crassi corporis onere: oportebat potius veluti pondere liberatam, & quæ prope sunt, iudicii, & pœnarum loca veluti præsentiscentem, modestiorem fieri. Nunc autē ea mala facit, quæ ne hic quidem facere poterat. Differit autem in primo quidem libro de ijs, qui ante se de anima opinati sunt: eorū enim opiniones exponet, & quæ eis recte visa sunt admittet: si quid autem de anima non recte existimarunt, redarguet. In secūdo autem libro propriam de anima opinionē exponet, & de ea differet. Primum quidem communius & crassius. Deinde seorsum de vnaquaque animali facultate, & in secundo quidem postquam de anima communiter differuerit, differet seorsum, & de plantali seu vegetatiua aut naturali. In tertio autem de rationali. Meminit autem & in secundo de rationali, & in tertio de irrationali. Quemadmodum autē solet in omnibus tractatibus naturalibus facere circa tractatuum finem, vt se attollat ad eas, quæ a rebus naturalibus separatæ sunt, causas, ita & hic fallit. In physica enim ad finem cū de motu differeret, & principii causam quæreret, seipsum ad primam causam, & motus principium eleuauit. Ait enim oportere primum mouens esse immobile. Si enim & illud moueretur, ne ea quidem, quæ mouentur in motu manerēt. Quare si sunt, quæ semper mouentur, necesse est id, quod ea mouet, esse immobile. Deinde cum præconiis & laudibus id extulisset, q̄ est incorporeum, & æternum, & omnipotens, a tali, inquit, principio dependet cœlum, & mundus. Oportet enim perfectum physiologum, postquam naturales causas tradiderit, etiam ad separatas ascendere, & non in eis manere. Sic autem fecit in libro de generatione & corruptione.

FINIS PROOEMII.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

IOANNIS ALEXANDREI
PHILOPONI
IN LIBRVM PRIMVM DE ANIMA ARISTOTELIS BREVES ANNOTATIONES EX DISSERTATIONIBVS AMMONII HERMEI CVM QVIBVSDAM PROPRIIS MEDITATIONIBVS,

Matthæo a Boue Veronenſi Interprete.

Cum cognitionem rem bonam, atque honorificam eſſe exiſtimemus.



CONTEMPLATIO nis, quæ ſit circa animam, laudes & exhortationem in huiuſce rei cognitionē proœmium continet: immo exhortationē ad ea, quę bona, et ſtudio digna ſunt in huiuſcemodi contemplatione, diſſuaſionē vero earū, quæ hiſce contraria ſunt. etenim duobus propoſitis proœmijs, per vnum videtur hortari, per alterum vero diſſuadere. Cum enim dixerit bonā eſſe, atque precioſam cognitionem, & honorificentiſſimam, & maxima diligentia dignam de anima contemplationē, videtur ad hanc ipſam omnes homines exhortari: rurſus autem cum dicat vſquequaque difficillimum eſſe de ipſa aliquam ſuſcipere fidem, diſſuadere videtur, quaſi per hæc duo demonſtret ſe ſtudioſos hortari ſolos ad orationes de contemplatione animæ, poſt autem laudem, atque cohortationem cauſam profert: quare ſcilicet contemplatio de anima ſit adeo difficilis. Deinde quædā problemata in ſermone de aīa quærenda exponit. Alexander igitur (vt ait Plutarchus) cum ſuas vellet exponere ſententias, atque Ariſtotelis in vtilitatem ſuam decreta contrahere, tractatum hunc ipſum commentari finxit. ex proœmiis igitur ſuam ipſius ſententiam contortam demonſtrans, ipſum proœmium peruerſo ordine narrauit, inquit enim dictum eſſe imperfecte, nam ſic cum cognitionem rem bonam & honorificā eſſe exiſtimemus, quid ita exiſtimemus? dicit id ſcilicet ſubaudiendum eſſe eam eſſe bonam, atque honorificam. Sic Alexander quidem. Attici autem interpretes quod naturæ per ſe magis conſentaneum eſt, illud expoſuerunt, nāque dicit cognitionem bonam, atq; honorificam exiſtimamus: hæc autem conſuetudo eſt Ariſtotelis, vt laudibus ipſam cognitionem extollat. Quare & in metaphyſicis hoc modo exordium cepit, omnes homines naturaliter cognoſcere deſiderant. Signum vero eſt ipſa ſenſuum dilectio. Sed eſt ſoperæprecium quærere, quid ita cognitionem bonam, atq; honorificam dicat. vtrum cognitio omnis, atque etiam malorum ſit bona? ſic quidem dico, ꝙ etiā malorum cognitio eſt bona & vere cognitio. Quemadmodum enim dicitur a Platone (et quidem bene dicitur) ipſius mali cognitio nos a malo profugere facit: ignorantia vero boni cauſa eſt, vt in malum incidamus. Quapropter & econuerſo, ignorantia quidem mali incidere nos facit in malum, cognitio vero boni ad amplexum ſui ipſius hominem præparat. Tribus autem modis cognitio dicitur vel ſcientia dicitur cognitio, vt ait Plato in Phædone, namq; ſcire idem eſt, quod acceptam ſcientiam tenere, & non amiſiſſe. & in Gorgia, vel rurſus vniuerſalē, & craſsiorem notionem, velut ipſe ait in phyſicis Quoniam cognoſcere, & ſcire circa omnes ſcientias. per illud enim (ꝙ ait) cognoſcere vniuerſalem notionem ſignificat, per hoc vero quod ſcire dicit: exquiſitam, vel communiter in omni notione dictam, quam quoq; & hic, & in metaphyſicis accepit.

At alteram altera magis, uel q uerior ſit, uel melior, & admirabilior, hiſce utriuſque probabiliter in primis animæ hiſtoriam ponimus.

Tota autem proœmii ſententia ſic ſe habet. omnem (inquit) cognitionem bonam, atq; honore dignam eſſe exiſtimamus: at eſſe aliam alia digniorem, & honeſtiorē duabus de cauſis, vel quia ſubiectum, circa quod ipſa cognitio verſatur, ſit melius: vel quod ipſa ſit magis certa cognitio, velut aſtronomia ipſa eſt exquiſitior, quā medicina, nāq; habet ipſum ſubiectum magis dignum, hæc enim circa cœleſtia, illa vero circa corpora humana verſatur. at etiam cognitione eſt exactior aſtronomia quam medicina. Quare ipſa aſtronomia certior eſt quam medicina per hæc vtraque, ſubiectum ſcilicet, & genus cognitionis. item geometria per hæc ambo quam mechanica exquiſitior eſt, ideo, ꝙ ipſa geometria circa illud immaterialia eſt ſubiectum habet, ipſæ enim per ſe figuræ incorporeæ ſunt, & ſine magnitudine. namq; ſi circulus haberet magnitudinem, penitus quidem definitus eſſet, vt cubitalis, quod ſiquidem eſſet, non eſſet circulus bicubitalis, aut tricubitalis, neque alius quis præter magnitudinē cubitalem. Quod ſi quoddam eſſet corpus, definitū quidem penitus eſſet, veluti ſi eſſet ex ære, non quidem ferreus, aut ligneus eſſet circulus neque omnino quodpiam corpus aliud, præterquam æreum. quare penitus immateriale ſubiectum eſt in geometria, ſed mechanicæ corpora & magnitudines ſubiectæ ſunt. eſt igitur geometria exactior, quam mechanica. exactior inquam cognitione etiam. non enim peccatur in geometria. nam ſemper omnis trianguli tres anguli duobus rectis ſunt æquales, non quidem craſsiores verum cū omni perfectione, nec tantula quidem breuitate differens, nanq; ſemper lateri diameter eſt inæqualis. Mechanica vero non habet exactas rationes, vt illa quæ circa corpora, & magnitudines verſatur, quomō & arithmetica, & muſica ſe habent. Arithmetica enim ſiquidem circa rationes numerorum verſatur, ſubiectum, vt immateriale, habet præſtantius, quam muſica, quæ chordas, & ſonorum magnitudines circa corpus habet. quapropter arithmeticæ cognitio exquiſitior eſt. Quoniam igitur ipſa ſcientiarum optima eſt, quę circa alterum aliquod horum excellit, itaque ipſa anima hæc vtraque contemplamur, ideo vtrorunque cauſa ait animæ contemplationem eſſe bonam, atque honorabilem, honorabilis igitur eſt animæ contemplatio, quia ſe habet circa animam ipſam, ſubiectum quidem venerandum, quod eſt eorum, quæ ſunt hic, optimum. præterea vt exactior contemplatio de anima, eſt honorificentior, at quomodo illa ſit exactior ſic didicimus. in demonſtratiua ſcientia nobis duas regulas Ariſtoteles tradit, quas

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mus id quod exactius est, iudicare oporteat, inquit enim si duæ sint scientiæ, velisq; cognoscere vtra eorũ sit exactior, duabus de partibus illud nosces. quãdo enim altera alterius principia demõstrat, ea quæ principia demonstrat exactior est, vt inquisitio rerum naturalium certior est, quam medicina, ea enim principia medicinæ demonstrat item geometria est magis exacta quam mechanica. mechanicæ enim principia geometria declarat. arithmetica item plenior est harmonica, principia nanque harmonices ostenduntur in arithmetica. Vniuersaliter autem prima philosophia, nam principia omnium ipsa demonstrat. Rursus ait eam esse certiorem scientiam, quæ circa immaterialia subiectum habet, veluti Geometria, Arithmetica, Theologia. Quare ait in metaphysicis cognobilium contemplationem facilem esse, atque difficilem: facilem quidem, quod sit e rebus existentibus, quæ semper eodem modo se habẽt. clarissima nãq; diuina sunt, vt immutabilia prorsus substantia, potentia, & actione. ob eas igitur res facilis est. difficilis autem propter nostram imbecillitatem, non enim cum simus in corpore perturbationibus ob noxii in illorum lumen intueri possumus, quod etiam vespertiliones patiuntur, sole enim maxime lucescente propter oculorum infirmitatem radios ipsius perspicere nequeunt. vnde illis lumen astrorum splendidius esse videretur, quod ipsis magis commensuratum esset. hoc igitur modo in nobis quoq; intelligibiliũ contemplatio conueniret. quoniam igitur quæ circa immateriale subiectum versatur scientia, vel quæ aliarum principia demonstrat, ea est exquisitior, vtrum ne de anima contemplatio est exactior, videlicet quod immateriale subiectum habeat. non enim demonstrat aliarum principia. quod si penitus materia caret, atque est immortalis anima. quare hunc ipsum locum Alexãder corrumpit. extrinsecus enim eam per additionem innasci asserit, at alia magis quam alia, vel quia certior, vel quod ex melioribus, & admirabilioribus sit, vt non hunc interpretando locum sit coactus exquisitionẽ dicere de anima contemplationem, veluti subiectum immateriale habentem ipsam animam iuxta ipsius Aristotelis regulas. nam si id concesserit animam esse a materia remotam, illud quoq; vt concedat necesse est, animam scilicet esse immortalem, ex melioribus autem, & admirabilioribus, illud. n. quod scilicet sit ex melioribus, est ex rei natura, hoc vero, ex nostro iudicio est, quod est admirabilius. His vtrisq; probabiliter in primis animæ historiam ponimus. His vtrisque Alexander ait, quia bona, & honorabilis est, vtpote locum sanum corrumpẽs. Dicit autem hisce vtrisque, tum propter contemplationis certitudinem, tum propter subiecti nobilitatem historiam vero pro notione posuit, historicos enim scientes dicimus. in primis ponimus. non dixit in maxime primis, at in primis, maxime. n. prima est intelligibilium contemplatio, quæ penitus tum substantia, tum potentia, tum actione immutabilia sunt. de anima autem contemplatio secũda est, quoniam licet immutabilem substantiam teneat, actionem tamen non ita habet. Quare immortalibus ipsam æquiuocam Plato dixit. vnde illud est proprie immortale, quod per omnia est immutabile, ipsa autem quia pro actione mutatur, propterea æquiuoca est immortalibus, quomodo etiam cœlestia cum immortalibus æquiuoca dicerẽs, ipsa enim si non substantia, at loco mutantur. in primis igitur scilicet eorum, quæ post eam sunt namque post intelligibilia ordinem primum tenet.

Videtur autem & ad ueritatem omnem cognitio ipsius magna conferre.

Et ipsa quidem (inquit) per se animæ cognitio admirabilis quædam est, atque honorifica. Deinde ait & hoc ad omnem veritatem conferre, videlicet ad omnem philosophiam, nanque idem dicimus veritatem, & philosophiam. Quoniam & vere sapientia Veritas est, in ipsa enim nihil est mendax. Quare si cõfert ad omnem philosophiam, illud etiam patet eam conferre ad moralem, ad Theologicam, & ad naturalẽ. ad moralem igitur confert, id enim nullo modo fieri potest, vt nos humanis moribus adornemur, nisi prius animæ potentias considerauerimus, disputat autem moralis quoque de anima, propterea & ipse in moralibus inquit, Si quidem enim virtus est animæ ornamentum, ornamentum vero modestia est animæ potentiarum. has ipsas ordinare non potest, is, qui non ipsarum naturam considerauerit. at etiam confert ad Theologiam. Quoniam quærimus de intellectu separabili, qui in nobis est, quod & ipse est immortalis, nãq; intellectus intelligibilium est intellectus, eorum vero, quæ sunt ad aliquid aliam speciem, & reliquam intelliget, id scilicet apertum est quod nostri contemplatio intellectus magna quoque ad Theologiam confert, vnde & ipse in tractatu de partibus animaliũ dicebat, haud esse naturali Philosopho de omni anima disputandum, nãque si de omni, de intellectu quoque disputet necesse est, quod si de intellectu, de intelligibilibus, quoque disputabit, intellectus enim est intelligibilium intellectus, hoc autem ad ipsam Theologiam, primamque philosophiã pertinet. iuuat etiam nos animæ cognitio ad ipsam naturalem philosophiam, siquidem naturalis est opus de corporibus disputare, deque speciebus ipsorum, atque potẽtiis, anima vero inter species corporum est optima.

Maxime uero ad naturam.

Hoc maxime vero ad naturam appositum, nãque collatum aliud est ab eo, cui confertur, in morali igitur tractatu, atque in Theologia nõ confert, at inde propositi contemplatio de anima contemplatio est: de Deo enim disserens ad *intelligentias*, atq; diuina conuertitur, quicq; sunt ibi, inquirit ordines, conuersa autem ad intelligibilia, ad seipsam quoque conuertitur, decq; substantia sua atq; ordine disputat, intelligibilium enim atque diuinorum anima est vltima. Præterea de moribus verba faciens, ordinesq; virtutum contemplans, de suis ipsa disputabit potentiis, quarum sunt ipsæ virtutes. in tractatu autem naturali confert, alia namq; natura est, & alia anima. quomodo igitur confert, subintulit.

Est enim uelut animalium principium.

Principium vt & efficiens, & vt formale, & vt finale, proprie enim sunt ipsa principia, est ipsa igitur velut efficiens principium, sola nãq; volũtate mouet ipsa animal, neque alicuius indiget motu, formale vero quia ipsa informat animal, & simpliciter animata, dicũtur enim animatæ formæ illud ipsum esse secundum animam, quod enim in vnoquoque naturalium melius est (vt ipse dicit Aristote.) vniuscuiusq; est forma, quod aũt in animatis melius est, ipsa est anima finale vero quoniam eius causa est corpus, alicuius enim gratia est corpus, ipsa autem sui gratia est. vnde & apparatus animalium varius est pro vniuscuiusq; animæ proprietate. aliter hominum, aliter volatilium, aliter terrestrium, & aliter aquatiliũ se habet apparatus, & in vnoquoque horum multa profunditas instructæ rei ad potentiam, quæ animam continet. aliter sunt ea, quæ pro ira designantur, aliter quæ pro cupiditate, de quibus dicere non est presentis temporis. apposuit autem, velut, quia principium continuum animalium, natura est, non anima.

Inquirimus autem contemplari, & cognoscere naturamq; ipsius, atque substantiam.

Contemplari quidem significat vniuersalius aggredi sermones de anima, cognõscere autem, scrutari diligenter. dicimur autem contemplari aliquid, cum simpliciter illi incũbimus: cognoscere vero ipsum, quando ea, quæcunque insunt illi didicimus, naturam autem atque substantiam, ex vtraque, videlicet idem est sentiendum, vt primi vocabuli sit expositiuum secundum naturam dico pro substantia: vel naturam posuit pro genere ipsius, substãtiam vero pro definitione, veluti sub quale genus reducitur, vtrum ne ad substantiam, an quantitatem, an ad qualitatem. Dicerẽt autem in qualitatem reduci eam, qui esse illam temperamentum dicunt: qui vero proportionem, ad quantitatem. Deinde cognito genere differentiæ ipsius constitutiuæ, disci possunt, atque eo modo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

definitio dari: definitio enim substantias ipsarum rerum significat.

Deinde quæcunque circa ipsam acciderunt.

Non dicit oportere quærere, quę sunt in ipsa secundũ accidens, velut in corpore album: sed quæ secũdum substantiam consequentia sunt. hoc igitur modo, quod accidit audiemus, quemadmodum, & in definitione syllogismi conclusio est. Syllogismis enim, inquit, est oratio, in qua positis quibusdam aliud quippiam positorum necessario contingit. velut hic igitur non ait per accidens inesse propositionibus conclusionem. verum dictio ipsa significat, quod ex se necessario sequitur, quomodo quo que nunc accipiendum est.

Quorum alii quidem ipsius animæ proprii affectus esse uidentur, alii uero communes, & animalibus per ipsam inesse.

Eorum, quæ ex necessitate sequuntur animam, alia quidem solam sequuntur animam, alia autem totum animal, videlicet quod ex anima, & corpore constat & affectus quidem animæ intellectio, hoc enim ipsius in seipsa rationalis est animæ proprium: alii vero affectus, scilicet sentire, imaginari, irasci, concupiscere. & si quid est aliud tale, sunt vtriusque communes. oẽm nãq; anima velut vnam capit, & ait huius eos eẽ affectus proprios, non omnis simpliciter, verum eius, quæ planius dicitur, qui videlicet affectus sunt animę rationalis, in anima enim simpliciter est etiam rationalis, aliarum, nãque animarum nulla est affectio propria. Quoniam neque ipsarum substantia separabilis. affectus autem nomen dicitur. Quia dupliciter affectus dicitur, vel enim affectus in corruptionem, vel in perfectionem ducit. nam dicimus ex igne lignum affici, verum vt id, quod in corruptionẽ ducatur, dicimus quoq; sensus e sensilibus affici, at enim id manifestum est in perfectionẽ, & ex potentia in actionem reduci. sic igitur in Sophista Plato ait de toto, q; totum non est vnum, sed vnum affectum est, scilicet affectionem perfectiuam innuens, totum. n. non idem quod vnum, quoniam totum partium totum est, partes autẽ multæ sunt, & non vnum, quare non est vnum totum, licet id habeat vt in multis sit, verum affectũ habet vnum affectum autem vnum habuit. postquam propriam perfectionem accepit. ex hoc autem loco refellimus Andronicum Rhodium, qui librum de interpretatione adulterinum fecit. dicente enim ibi Aristotele, q; intellectiones affectus animæ sunt, quẽadmodum dictum est in libro de anima: dicit Andronicus q; hoc nullo modo dictum fuit in libro de anima. Quare necesse est aut librũ de anima adulterinum esse, aut eum, quem de interpretatione scripsit. at Aristote. esse fatetur librum de anima, non ergo de interpretatione adulterinus est. dicamus igitur, q; hic nullos alios affectus animæ, præterquam intellectiones esse dixit. itaq; hoc erat, quod in libro de interpretatione dicebat.

Penitus autem usquequaque difficillimum est aliquam de ipsa fidem accipere.

Nos diximus Aristotelem in proœmio laudare contemplationem de anima, & ad ipsam studiosiores exhortari, segniores vero dissuadere hic igitur vt hoc faciat, eẽ contemplationem de anima difficilem. vult ostendere. at quomodo difficilem? superius dixit, quod ipsius naturã, atque substantiam contemplari quærimus. inuenire scilicet volumus, quæ sit ipsius animæ definitio. ipsa igitur (ait) inquisitio de diffinitione difficillima est, & communiter in omnibus, quę sunt, & propria in anima. oportet enim, inquit, communiter in diffinitionibus quærere. Primum quidem vtrum ne sit, methodus, per quam omniũ quæcunque sunt, diffinitiones reddi possunt, an multæ? Quod si vna est methodus, quæ nam sit illa. Sin autem multæ, id rursus quærẽdum: quot, & quæ sint numero, & quales. & quando inuenerimus eas tot esse, videlicet duas, quales ipse sint, subscriptio, & definitio. alia præterhas tertia rursus nobis erit inquisitio, qualibus scilicet methodis in rebus talibus sit vtendum. Verum quoq; hoc intento rursus quærere oportet (diffinitio nãq; ex generibus, & differentijs constat) quid propositæ rei genus, qualesque sint differentiæ, quibus genus ipsum diuiditur, vt quales propositæ rei differentiæ constituiue sint, agnoscamus, quo ipsas genere complexi ipsius diffinitionem reddamus. communiter igitur hisce de causis difficile est animæ diffinitionem capere nãq; hæc quoque omnem diffinitionem subsequuntur, proprie autem in anima id etiam accidit, vt sermo de ipsa sit obscurior, velut ipse inferius exponit.

Etenim cum sit hæc quæstio multis quoque aliis cõmunis.

In multis inquit rebus cõmunis de diffinitione est quæstio. multis autem dixit, quoniam non fieri illud potest, vt omnium diffinitiones reddantur: neque enim generalissima diffiniuntur. neque indiuidua, verum per descriptionem hæc ipsa significamus: Vniuersalissima quidẽ per ea, quæ per se propria sunt, indiuidua vero per ea, quę priuatim acciderunt.

Dico autẽ de eo, quod est circa substantiam, & de eo, quod quid est.

Quoniam substantiæ nomen multa significat, namq; & genus & materiam & diffinitionem, & aliquãdo omnem existẽtiam significat, propterea postquam dixit de eo, quod est circa substantiam, hoc addidit dicens, & de eo quod quid est, vt diffinitionem significet.

Videbitur autem fortasse cuipiam quædam esse una methodus in omnibus, de quibus uolumus substantiam cognoscere: quemadmodum quoque in propriis secundum accidens demonstratio est. Quare hæc ipsa quærenda est.

Aliud est accidens, & aliud secundum accidens: accidens quidem est ex oppositio diuisum ad substantiam, quod per se non substitit, neque secundum substantiam existit in rebus, at ipsis extrinsecus accidit veluti nigrum aut album corporibus: secũdum accidens vero est, quod ex necessitate substantijs adest, quemadmodum propositionibus accidere conclusionem dicimus, nõ quod acciderit propositionibus conclusio, verum q; propositiones ipsas necessario consequitur. ferimus autem nomen accidentis in talibus, propterea quod aliis quibusdam accidit, & si ex necessitate quoque vt hæc sint, accidens autem proprie non id sequitur vt hæc sint, potest igitur, & coruus albus intellectione formari dicit igitur hic secundum accidens propria primo, & per se existentia rebus, quæ & coaccipiunt, & coaccipiuntur. Velut homini, vt sit animal scientiæ capax, & omni trigono vt tres angulos duobus rectis ęquales habeat, vel duo latera reliquo maiora, hæc autem primo & per se rebus inesse dicuntur, primo quidem, quia ipsis solis subest, & nulli alii: per se autem, quia secundum substantiam. Quare etiam conuertuntur, si nãq; est homo, est quoq; scientiæ capax, & econuerso, & si trigonus est, necessario quoq; tres anguli duobus rectis sunt æquales, & duo latera reliquo maiora, & econuerso hæc igitur ipse secundum accidens propria vocauit, est igitur hoc primo, & per se: per se autem est, quod secundum substantiam est, non autem si quid est per se, hoc etiam primo est, magis enim quod per se est, quam quod primo. animal enim homini per se quidem adest, non autem primo. Quare etsi non sit homo, animal tamen est ideo non primo subest homini. Similiter quoq; figura trigono per se quidem inest, non quidẽ primo, & si enim non sit trigonus, figura tamen est. verum quid ego figuram dico? at neque rectilineus primo subest trigono, cũ quidem per se sit, est enim rectilineus, & si trigonus nõ sit. hæc igitur (inquit) per se propria primo existentia, quæ rei neque soli, neque omni, necq; sem per adsunt, & per se. quare & conuertuntur ad rem. De ijs in demonstratiuis inquit, quod horum solum demonstratio est, non autem accidentium. neque eorum, quæ per se quidem, non autem primo sunt, & hoc merito, ex quo enim demõstratio scientia est, & scientia a peccato immunis, & congruens circa ea, quę semper eadem sunt, & eodem modo se habent, propterea non esse illud

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

poteſt, vt accidentium ſit demonſtratio, quæ quidem accidentia alias aliter ſe habent, & fiunt, & corrumpuntur. Rurſus demõſtratio eſt eorum, de quibus dubitatur, quæ autem per ſe ſunt, & non primo, ea vt plurimum ſunt indubitata, velut animal homini, & figura trigono, quorum neque proprie demonſtratio eſt. demõſtrat igitur in illis neq; generaliſsimorum generum eſſe demonſtrationem, quoniã neq; definitio, ſed illa per deſcriptionẽ ſignificamus, oĩs. n. proprie demõ eſt, quæ de cauſis cauſatorum fidem facit, de vniuerſalibus magis particularia. velut vnde homo ſubſtantia, demõſtramus per animal medium, nanq; omne animal ſubſtantia eſt, & cauſa quod homo ſit, ſubſtantia ea eſt. quod omne animal ſubſtantia eſt. hoc autem vniuerſalius eſt, quod enim ſit omne animal ſubſtãtia magis eſt, quam quod homo ſit animal. Rurſus quia trigonus eſt, ideo tres angulos duobus rectis æquales habet. & rurſus quoniã trigonus eſt, duo latera reliquo habet maiora. non autem trigonus eſt propterea. quod angulos tres duobus rectis æquales habeat. hæc ipſa igitur proprie demonſtratio eſt. At etiam coniecturalis dicitur demonſtratio, quæ de cauſatis cauſarũ fidem facit, quemadmodum ipſe in libro de cœlo fecit qui de luminibus lunæ, ſphæricam eſſe lunam demõſtrauit: et quidem conueniebat econuerſo demonſtrare eam eſſe ſphæricam, propterea quod eo modo ſplendet, hac igitur demonſtratione vſi ſumus, vbi cauſatum manifeſtius eſt, quam cauſa. Dico autem rotundam eſſe eã quoniam id quidem ſcimus, quod in mẽſe bis quidem fit falcata, quando ſcilicet a coniunctione digreditur, & quando coitura progreditur, bis ſemiplena, bis vtrinque gybboſa, & ſemel plena. quod alia de cauſa non fit, niſi quia luna ipſa rotunda eſt, ſi nãq; eſſet diſcus, ſtatim & cumulate aut illuminanda, aut non illuminanda eſſet. nunc aũt quoniam Sol ſuperior eſt, quando quidem ſit Lunæ ex diametro oppoſitus nos quoniam medij ſumus totum quod ad nos hemiſphærium ſpectat, cui quoq; ſol obijcitur, illuminatum videmus, cum vero propius accedat, ſemper eius partis, quæ vergit ad nos, lumen imminuit, additq; parti illi, quæ ſuper nos eſt (vt enim dixi, Luna ſuperior eſt Sol) & hoc modo paulatim donec p ipſam ad perpẽdiculum factus illi adeo, vt amplius amborum non ſimus medij, ſed ambo nobis ab vno latere ſint, eã partem quidem quæ ſpectet ad nos abſq; lumine faciet, eam vero, quę ſit ſupra nos, illuminabit. huius autem rei fidem accipere licet quoq; nobis hic apud nos nã ſi quis piam ſphæram magnam fecerit atq; deinde leuerit alterũ quidem hemiſphærium colore albo, alterum vero nigro deinde in altum ſphęram ſuſtulerit paulatimq; ipſam declinauerit, albo, ſi ita accidat, colore ſuperius exiſtẽti, poſtea inclinata ſphæra tanquam tenuis vmbella quædam facta videbitur. deinde particulatim ſphæra inclinata reliquæ figuræ, & albi hemiſphærij totius infra conuerſi finis, ſi multa ſit altitudo, hemiſphærium dealbatum figura diſci videbitur. hæc igitur extra propoſitum. talem hanc autem demonſtrationem coniecturalem dicimus, ſi fumus hic eſt, igitur & ignis: nãq; per fumum ignis coniecturam facimus, coniectura autem ſignum eſt inſolubile, quemadmodum ipſius ignis eſt fumus, quod ipſa luna ſphærica eſt, quoniam ſic illuminatur. Solubile autẽ non coniectura, ſed ſignum dicitur, hoc autem eſt, quando non omnino cauſatum cauſa ſequitur, veluti pallida eſt. quia peperit, non igitur palliditatem partus ſequitur, eſt ergo ſolubile hoc non argumentum, ſed ſignum, velut adeſſe corpori nuper occiſo interfectiõis eſt ſignum. Quare & ille dicit, eorum igitur quæ ſecundum accidẽs propria ſunt quæ diximus primum nos & eſſe per ſe, demonſtratio eſt. Dubitauerit igitur quiſpiam dicit, quod, horum tanquam ſit vna methodus demonſtratiua, ſic dicit, & in capienda vniuſcuiuſq; diffinitiõe eſt vna quædam methodus: quod ſi & vna eſt, id quærendum, qualis nam ea ſit,

Quod ſi non eſt una, & communis quædam methodus circa quod quid eſt, id etiam pertractare ſit difficilius: oportebit enim circa unumquodque quis nam ſit modus, accipere.

Si quidem erat vna, hoc ſolũ habebat inquiſitio, quidnam ſit ipſa, quoniam vero plures vna ſunt, plura ſunt inde quæſita, & quot numero, & quales ſpecie, & quali ſit pro rerum qualitate vtendum. hoc enim oportebit circa vnumquodque quiſnam ſit modus, accipere, illud ſignificat, quali methodo pro rerum qualitate ſit vtendum.

Quando autem manifeſtum ſit, an demonſtratio, an diuiſio, an alia quæda ſit methodus, multas inſuper dubitationes, multoſque errores habet ex his.

Hoc velut in ſuppoſitione dicit, poſtquam inquit omnia quæ enumerata ſunt, inuenerimus, quando videlicet nobis erit apertum, hanc eſſe methodum, per quam diffinitiones inueniamus, verbi gratia, aut demonſtratiuam, aut diuiſiuam, aut indicatiuam, alia rurſus non minor dictis dubitatio ſuccedit, qualis autem ſit illa ſubinfert.

Ex quibus oportet quærere, aliorum nãque ſunt alia principia, ueluti numerorum, atque ſuperficierum.

Videlicet ſub quale genus rem propoſitã reducemus, nãq; eorum, quæ ſunt, non vnum genus eſt, at decem, & alia ſub aliud genus referũtur. vt inquit numerorum, & ſuperficierum. dicit igitur horũ principia numeri quidem quantitatem diffinitam, ſuperficiei vero, continuũ, vel & ipſorum principia dicit numeri quidem, vnitatem ſuperficiei vero vel lineam vel punctum. punctus. n. diductus lineam generat, linea vero fluens ſuperficiẽ producit. verum ipſa quidem ſunt principia compoſita, & veluti ordinata, continuatione autem, & diſtinctione ſelecta, ſæpenumero autem nobis ordinata principia in relationem diffinitionis obijciuntur, velut in numeris. dicimus enim numerum eſſe multitudinem ex vnitatibus compoſitam. Quærimus igitur (inquit) ſub quale genus id, quod propoſitum eſt, reducatur, multis enim genus dubitabile eſt, vt poſtquam inuenerimus, & in proprias differentias exceperimus, diffinitiones hoc modo reddamus.

Primum autem fortaſſe neceſſarium eſt aperire, in quo nã genere ſit ipſa anima, & quid ſit, an ſcilicet ſit, quod quid eſt & ſubſtantia, an qualitas, an quantitas, an aliud quoddam prædicamentorum, de quibus diſſeruerimus.

Poſtquam impleuit ea, quæ communiter de diffinitionibus quæ videlicet de anima dubitantur, hinc incipit quoque de ijs, quæ in anima ad acceptionem ad diffinitionis dubia ſunt oportet igitur inquit, & in anima quæ rere ſub quale genus ipſam reducamus, de hac enim re multa dubitatio eſt. alii nanq; ipſam ſub ſubſtantiam reducunt, alii ſub quantitatem, quorum eſt & Xenocrates animam enim numerum ſeipſum mouentem dixit eſſe, numerus autem ſub quantitatem reducitur ſiquidẽ hoc ipſe dicebat, non aliud quiddam per hoc obſcure loquebatur: alii vero ad qualitatem referebant ipſam, de quorum numero ſunt quoq; medici, temperamentum eam eſſe dicentes huiuſce quoque opinionis illi ſint, qui entelechiam talem dicunt (diſcemus. n quomodo illam entelechiam dicat Ariſto) Qui vero proportionem eſſe elementorum eam dicunt illi ſub prædicamentum ad aliquid illam reducere videntur, nãq; duplum, & ſelquialterum ſunt ad aliquid, nanq; duplum eſt alicuius duplũ. ambiguum igitur eſt tandem genus. at poſtq; nos inuenerimus eam eſſe ſubſtantiam, rurſum quærimus vtrum corpus an incorporeum. Quod ſi corpus, ſimplex ne, an compoſitum: ſed ſi incorporeum ſit, vtrum ſeparabile, an inſeparabile, & vtrum vna in vnoquoq; anima, an multę. Quod ſi vna aut vnius ſpeciei, aut multiplicis potentiæ, & quæ ſit potentiarum differentia, quæ ſi multæ ſint, utrum numero multæ, an ſpecie quoq;, quod ſi ſpecie, utrum quoq; genere, an non. quæ enim ſpecie differunt non omnino genere quoq; ſunt inter ſe differentia, uelut homo, & æquus. quæ uero genere diſtant, ea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

neceſſario ſpecie quoq; differunt, vt lapis, & animal hæc igitur, & his plura ad animæ diffinitionem capiendam, quærenda ſunt. primum autem fortaſſe neceſſarium eſt aperire, in quo nam genere ſit, & quid eſt videlicet ex diuiſione genus ipſius capere oportet, quod quidē genus prædicatur in eo quod quid eſt, hoc autem in introductionibus didicimus genera in eo, quod quid eſt prædicari, interrogati enim quid eſt homo, dicimus animal & cuipiam interroganti quid nam palma ſit, arborem eſſe reſpondimus. oportet ergo ante omnia cognoſcere quid ſit anima, nam quēadmodū diuinus Plato dicit in Phædone, principium eſt vnum bene conſulendi, ſcire oportet de quo nam ſit conſilium, vel tota errare via neceſſe eſt. igitur cum de anima quærimus nili prius didicerimus quid ipſa ſit, vtrum ſubſtantia, an quantitas, verum pro ſubſtantia, ſi ſubſtantia ſit, vt eſt ipſam eſſe, aut quantitatem, aut qualitatem, aut aliquod ex aliis prædicamentis neceſſario conſequenter principio ea, quæ deinceps ordinantur concludentes, omnino pererrabimus alia p aliis inquirentes Ariſtoteles quoq; in phyſica inquit, quoniā cognoſcere, & ſcire accidit circa omnes modos, quorum principia ſunt, vel cauſæ, vel elementa ex eo, quod ea ipſa cognoſcimus, proinde ſi ad rerum cognitionem principia cognoſcere neceſſe eſt, alia autem ſunt aliorum principia, quodnam ſit animæ principium quærendum eſt, & eo magis, quo dubioſior aliis in anima principii inquiſitio eſt.

At etiam utrum ſit eorum, quæ in potentia ſunt, an magis entelechia quædam, non enim parum differt.

Semper per diuiſionem procedens, veram diuiſionis particulam capit, & hanc ipſam ſubdiuidit. poſtquā igitur dixit, an ſubſtantia ſit, an quātitas, an qualitas, an ex aliis prædicamentis aliquod, alia quidem prætermiſit, id autem accepit, quod ſubſtantia ſit, hanc quoq; deinceps & in corpus, & in incorporeum diuidit, cum enim vellet corpus, & incorporeum dicere, dixit vtrum ſit eorū, quæ in potentia ſunt, an magis entelechia quædam per id quod dixit in potentia ſunt, corpus innuens: per entelechiam vero, incorporeum, nanq; omne corpus vniuerſaliter potentia eſt, quod autem potentia eſt, vel eſt ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum aut quantitatē, aut qualitatem, aut in locum tranſmutationem igitur in generatione, & corruptione omnia corpora per omnia, ex eo quod potentia eſt ſignificata, ſunt in potētia, nāq; potentia ſumus homines in ſpermate, & in menſtruo, & cum pueri ſimus, potentia habemus viri magnitudinem. Similiter quoq; in qualitate, ſi igidi ſumus potentia, cū tamen ſimus calidi, & potentia mouemur cum ſedeamus. Cœleſtia autem in tranſmutatione ſecum locum ſolum illud habent, quod potentia eſt, nanque ſol exoriens in meridie potentia eſt, atque ibi cum ſit actu, potentia eſt in occaſu, atque in aliis cœleſtibus eodem modo. Quoniam igitur in omnibus corporibus, quod potentia eſt ſpeculatur propterea per id quod dixit potentia demonſtrando corpus declarauit. at quid ita in corpore ſtruxit hoc, in potentia, in incorporeo vero non dixit in entelechia per ablatiuum caſum, verum potius entelechia quædam per rectum? dico igitur q̄ aliud eſt potētia, & aliud in potentia item aliud entelechia, & aliud in entelechia. materia nāq; ſolum eſt potentia, omnia enim ſunt potentia, actu autem nihil, forma autem ſolum entelechia eſt, quod vero conſtat materia, & forma, id & in potentia, & in entelechia eſt, hæc.n pariter concurrunt, quodque eſt in potentia, hoc idem quoque eſt in entelechia, omnes enim formæ potētia ſunt in materia, quæ modo hoc modo illud actu fit, nunc enim cum ſit ea homo potentia, actu quandoq; fit homo, magis autem ſimul habet, & quod actu, & quod potentia eſt, quoniam autem materia nunq; forma nuda eſt, ea vero forma actu quidem eſt hoc aliquid, ita aliud potentia, nanq; ſpermatis forma potentia eſt homo, quod igitur in his potentia eſt, in illis vero actu quodq; in diuinis, & incorporeis non eſt aliquod potentia, quoniam neq; ibi materia, neq; propterea quicq; actu, non enim ſunt actu hoc aliquid, verum ſunt ipſæ per ſe formæ agentes puræ ſine materia, quare & in libro de interpretatiōe inquit, eas eſſe ſine potentia actionis, non autem eas dixit actu eſſe: propterea diſtinguens immateriale, & incorporeum a materiali, & compoſito natura, hoc ait, vtrum ſit eorum, quæ in potentia ſunt videlicet ea corpora ſunt, quæ in potētia ſunt hoc eſt in materia, vel entelechia quædam. f. forma quædam pura, & immaterialis, differt autem non parum, videlicet non parum corpus ab incorporeo diſtat.

Conſiderandum quoque an partibilis ſit, an impartibilis.

Nos poſſumus, quemadmodum quoque Alexādro videtur, hoc ſcilicet an partibilis ſit, an impartibilis, accipere in potentiis animæ, nanque illud quæri poteſt vtrū multiplicis potentiæ ſit, an impartibilis, illam enim ipſam dicit Democritus impartibilem, non autem eſſe multiplicis potentiæ, idem narrans eſſe noſcere, quod ſentire, atque hæc ab vna potentia procedere. Hunc locum ſic interpretari quoq; poſſumus: vtrum ſimpliciter anima vna quædam ſit in vnoquoq;, an in diuerſas animas diuidatur, quod in vnoquoque ſint animæ plures. id autem patet, quod vnam poſſumus, & plures dicere, plures quidem, quod inuicem ſpecie differunt, vegetatiua, rationalis, & irrationalis, atque etiam mutuo ſeparantur. vnam vero propter earum coniunctionem, & affectum communem, etenim de ratione actiones tranſeunt vſque ad vegetatiuam, & harum motus, & vitæ fere ſibi ipſis rationem ſimul diſponunt, ſic igitur vna eſt & non vna. hoc autem modo pulchrius eſt enarrare illud partibilis; an impartibilis. vtrum inquit vna quædam eſt anima in omnibus animatis, an multæ quod ſi multæ, vtrū ſpecie differunt ſolum, an quoq; genere. diceremus autem vnam eſſe eam, qui temperamentum dicunt, ad proprietatem nanq; temperamenti, quod in vnoquoq; ſit eam variari, velut vnus aer communiter vndique inſpirans ſecundum eam proprietatem, quæ eſt in vnoquoque animalium. illi autem hanc faciunt ſurſumq;, et deorſum, effectus cauſis meliores facientes, inanimatum nanque corpus animæ eſt cauſa, quod vita caret, vitæ, immobile mobilis, irrationale rationalis, & quæcūque ſunt iſtiuſmodi.

Et utrum ſit eiuſdem ſpeciei anima, an non. Quod ſi non ſit eiuſdem ſpeciei, utrum ſpecie differat an genere. nunc enim qui de anima dicunt, & quærunt, humana de anima ſola perſcrutari uidentur.

Conſequēs eſt, poſtquam propoſitum an ſit vna, an multæ ſint, datumque multas eſſe, vt quęratur an ſit eiuſdem ſpeciei anima, an non, hoc autem non vt ad animas in vnoquoque plures exiſtentes dici poteſt. at ſimpliciter omni de anima, quæ ſit in animatis, quod quidē magis credendum eſt, quæ enim dictio ſequitur, hoc declarat, id enim dicit, qui de anima, quæſiuerunt, de ſola humana perſcrutari ſunt Quare de omni anima ipſum loqui manifeſtum eſt, & hoc, partibilis nempe, an impartibilis, magis ad hoc excipiendum eſt, ipſæ igitur, inquit, animæ ſimpliciter in omnibus animatis an ſolum ſpecie differunt, an quoq; genere? aſſumit enim rurſus ex diuiſione quod verum eſt, atque conceſſum, ſcilicet eam ſpecie differre, etenim nunc quidem dicit. Qui quærunt de anima, de humana ſcrutari videntur. quidam vero dicūt, in quorum numero Alexander eſt, ipſum obſcure loqui contra Platonem. Videtur enim Plato, & alibi ſrequenter quidem, maxime autem in Timæo, de anima quoque irrationali diſſeruiſſe. fortaſſe igitur in phyſicos, in Democritum, & in alios obſcure loquitur. At habemus etiam ſuper his, quod reſpondendum ſit, illi enim dicerent in humana anima omnem animalem potētiam contemplamur. de humana igitur anima diſſerentes de omni quidem diſputamus.

Cauendum eſt autem ne nos lateat, utrum ſit eius una ratio, uelut animalis: an alia ſit uniuſcuiuſque, ut equi canis, hominis, dei.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Cum dixerit, vtrum eiuſdem generis animæ ſint, an diuerſi, rurſus hic de genere ipſarum dicit, ſiquidem genus eſt, oportere cautos eſſe, & quærere vtrum de omni anima diffinitio vna reddi poſsit, an non. Vna autē redderetur definitio, ſi cōe genus haberet, velut animalis, cū ſit genus equi, hominis, & reliquarum ſpecierum, diffinitio redditur vna, ſubſtantia animata ſenſitiua, quæ diffinitio animalibus propter cōe genus conuenit, ꝙ ſi non habeant vnum cōe genus, nō quidem diſſinitio vna redditur ipſarum, non habent autem, qūo ꝛ hoc quidem prius, illud vero poſterius natura in illis eſt, in quibus autem prius & poſterius eſt, horum cōiter prædicatū non eſt genus, prius autem natura eſt id, quo ſublato tollunt alia, non autem illud, quo ſublato, reſtant alia, & illud ꝙ infertur, nō autem quod infert. eſt igitur in animis prius & poſterius natura, vbi nāq; rationalis eſt, ibi quoq; irrationalis, & vegetatiua, atq; vbi irrationalis, ibi quoq; vegetatiua eſt, at vbi vegetatiua eſt, ibi non ſunt reliquæ, neq; vbi irrationalis, ibi rationalis eſt, & ſublata vegetatiua ſuſtulit quoq; reliquas e ſubiecto. Quare in ipſis eſt & prius, & poſterius natura prior. n. vegetatiua eſt, non dignitate, ſed ꝙ aliæ ſine ipſa eſſe non poſſunt, & eodem modo rationali irrationalis prior eſt. ꝙ ſi prius, & poſterius in ipſis eſt, non eſt igitur harum cōiter prædicatum genus, videlicet anima, ſed ipſa eſt vox æquiuoca, velut ea quę ab vno, & ad vnum. Quare neq; ipſarum ſit vna diffinitio, qm̄ neq; vllius eſt æquiuocorum, ſed animarū diſſinitiones diuerſę ſunt, vt hominis, & canis, & equi variæ dantur diffinitiones. vnde & ipſe de anima quādam communem redditurus rationem, non per diffinitionē, verum ex conuenientia quadam, quēadmodum videbimus locutus eſt, ſiquidem cōe quoddam in omni anima dicere oportet, quia. ſ diffinitio communis haud eſt.

Animal autem uniuerſale aut nihil eſt, aut poſterius: & ſimiliter ſiquid aliud commune prædicatur.

Putauerunt aliqui de ideis ipſum obſcure loquentem hoc dicere contra Platonem, at hoc non ita ſe habet. etenim quoq; ipſi videntur eſſe genera & ſpecies, quę ante multa ſunt, in metaphyſicis igitur inquit, ꝙ quēadmodum duplex eſt ordo, alter in exercitu, alter in militibus, & ex ordine exercitus, fit ordo militum: duplex quoq; ſanitas, altera in medico, altera autem in ſano corpore, & ea, quæ in medico eſt, eam facit, quæ eſt in corpore: eodem quoq; modo in mundo, qui eſt ordo, ex ordine opificis factus eſt. Quare & ipſe rationes abſtractas rerū cognouit, in hoc etiam tractatu inquit, eſt autem intellectus in actu res. euge & hi, qui animam ſpecierū locum dixerunt, hoc idem dixerunt. in metaphyſicis quoq; de intellecto diuino rurſum differens ait. omnium ſpecies in ipſo eſſe. dicit igitur ꝙ ſe ipſum videns, res videt, cumq; res ipſas videat, ſe ipſum videt, & alia infinita eiuſdē ſententiæ, quæ ex ipſius auctoritate poſſemus afferre in medium. Quapropter hic ſermo non de ſpeciebus eſt, quæ fuerunt ante multa, verum de poſterioribus generibus, ideo non ſimpliciter dixit animal nihil eſſe, ſed appoſuit vniuerſale, quia. ſ animal vt ſubſtantia eſt, & diffiniri poteſt. Vniuerſale autem animal non eſt in ſubſtantia, non eſt enim ſimpliciter vle animal, ꝙ aliquid particularium non eſt, quare vt vle, & vt genus aliquod animal vel nihil eſt, vel poſterius, hoc eſt intelligibile. habet. n. ſubſiſtētiam dum intelligitur, vt enim per ſe ſubſiſtens nihil eſt, & hominem diffiniens, & equum, non inquantum cōe eſt in multis viſum indiuiduis ipſum diffinit, at inquantū natura quædam eſt, & ſubſtantia, horum nāq; multitudo propter materiam, non propter ſpeciem eſt. id etiam patet ꝙ animal, & homo diſſiniuntur inquantum ſubſtantia eſt, non aūt inquantum de pluribus prędicantur. Etenim ſi vnus fuerit homo, etiam diffinitio hominis cō gruit. Similiter amplius aīalis. Sic quidem Alexander. Ariſto. autem, qm̄ mentionem fecit animalis inquiens, omnis animæ nonne eſt vna diffinitio, velut animalis? ideo id appoſuit, ꝙ vt vle, vel nullum eſt animal, vel poſterius. Si igitur omnino diffinitionem animalis vult eſſe, diffinitiones autem generum, quæ ſunt ante multa, non ſunt, non enim fieri id poteſt vt illa videant rationes rerū productrices cum ſunt, diffinimus autem intelligibilia, nanq; eam diffinimus intelligentiam, quam de rebus habemus, ea autem ſunt poſteriora genera. bene ergo diximus hæc eſſe dicta de generibus poſterioribus.

Ad hoc ſi non multæ ſunt animæ, ſed partes, utrum prius oporteat quærere animam totam, an partes? difficile autem, & harum determinare quales aptæ natæ ſint alteræ abinuicē eſſe: & utrum partes oporteat quærere primum, an ipſarum opera uelut intelligere, an intellectum, & ſentire, an ſenſitiuum? ſimiliter quoque & in aliis. quod ſi prius opera, rurſus quiſpiam dubitabit, & ſi quæ ſunt prius inquirendum ſit, uelut ſenſibile prius quam ſenſitiuum, & intelligibile prius quam intellectiuum.

Poſtquam dixit vtrum vna, an multæ. quodq; ſi multæ, vtrum ſpecie ſolum, an quoq; genere ſint alteræ: nūc alteram partem diuiſionis exquirit. Si enim, inquit, non animæ multæ, ſed partes. Hoc autem non multæ, rurſus dupliciter interpretabimur cum ſuperiore, vel enim in vnoquoque noſtrum, & etiam ſimpliciter animatorum non multę animæ, vt in homine vegetatiua, irrationalis, & ratiōalis, & harum partes, ſed vna quidem eſt anima, partes autem eius ſunt hæ, videlicet diuerſæ potētiæ, vel quod ſimpliciter anima nō diuiditur, vt genus in ſpecies multas animarum in rationem, in iram, in cupiditatem, & reliquas, velut vnumquodq; horum ſit anima, quod quidem ſupra dixit vtrum ſeparabilis, an inſeparabilis. genus enim diuiditur in ſpecies. quare in vnoquoq; animatorum non anima, ſed pars eſt. vel partes animæ, animæ inquam ſimpliciter, quæ tota eſt, non genus. igitur inquit ſi non multæ animæ, ſed animarum ſunt partes, potentiæ ſcilicet multæ ſunt, ſiue hoc modo, ſiue illo acceperis. Rurſus inquit multas habet oratio dubitationes. id enim quærendum eſt, vnde incipiendum ſit, a doctrina, an a cōtēplatione: vtrum a partibus, an a toto. vtrunque enim rationabile eſſe videtur. nāq; putabit quiſpiam oportere incipere a toto, ranquā a manifeſtiore. partibus enim totum manifeſtius eſt. econuerſo putabit hoc oportere magis incipere a partibus, tāq; ſimplicioribus, oportet enim eum, qui cogniturus eſt aliquod compoſitum, cognitionem prius habere eorum, de quibus compoſitū eſt. iterum quoniam potentiæ habēt opera quædam, videlicet operationes, omnis nanq; operatio ex potētia eſt, illud quærendum an ex operationibus incipiendum ſit primum, an ab ipſis potentijs. ex quo igitur ſubſtantiæ rerum ſunt incertæ, certæ autem ſunt operationes, propterea oportet a manifeſtis incipere. nanq; ex operationibus habitus, cum ſint habitus incerti, cum autem didicerimus habitus, quod idem eſt ac ſi diceremus potentias, ex ipſis quoq; ſubſtantias ponderamus. omnis enim potentia eſt ex ſubſtantia, & omnis operatio ex potētia. At poſtq̄, inquit, hoc quoq; a nobis erit inuentum oportere ex operationibus incipere: Quoniam ſunt ad aliquid operationes, veluti intellectio intelligibilis, & ſenſus ſenſibilis, & imaginatio imaginabilis, & cogitatio cogitabilis, & reliquæ ſimiliter, hæc autem ad aliquid: oportet autem ſcientem ea, quæ ſunt ad aliquid, illud quoque ſcire ad quod ea ſunt, neceſſe eſt inquit iterum quærere vtrū oporteat ex operationibus incipere, an ex ijs, circa quæ operantur: & quoniam manifeſtiora ſunt operationibus ea, circa quæ operant, manifeſtius. n. id quod ſentitur, q̄ ſenſus, & quod opinamur, quā opinio, & eodē modo reliqua. ex his igitur incipiendum, differt aūt ſolū in intellu & in intelligibili, hic. n. intelligibile eſt īcertius intellectu, nāq; noſter eſt intells, intelligibile vero eſt ſupra nos. hoc igitur oportet eū, qui intelligibilia cognoſcere vult, ſcire prius quidnā ſit intellectus. Sic igitur et Ariſto. in hoc ſolo facit, prius de intellu, poſtea de intelligibilibus docens. Difficile aūt ē & in his diffinire qualia apta nata ſint abinuicē eſſe diuerſa, nāq; illud incertū eſt, an ſenſus & imaginatio ſit idem, an alterū, vel imaginatiuum, & locale mo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tiuum, & in reliquis ſimiliter t atq; vtrũ partes oporteat quærere prius, an opera ipſarum, partes enim potẽtias ipſas, opera autem ipſarum, operationes ipſas, vt intelligere, an intellectum, intellectum quidem potentiam, intelligere vero operationẽ, & ſentire, an ſenſitiuũ, ſentire rurſus operationem, ſenſitiuum autem ipſam potentiam, ſimiliter & in aliis videlicet potentiis & operationibus in intellectu, & intelligibili, & in opinione, & opinabili, & in reliquis. Quod ſi opera prius rurſus quiſpiam dubitarit an oppoſita horum prius, an opera quærendum ſit, hoc eſt an operationes, oppoſita autem dicimus operationibus, ſenſibile ſenſui, & reliqua ſimiliter, opponuntur autem hæc, velut ad aliquid, ſenſus enim ſenſibilis eſt ſenſus, & ſenſibile ſenſitiui, & intelligibile intellectiui, dicere oportebat ſenſibile ſenſus, & intelligibile intellectionis, hæc enim ſunt operationum ſignificatiua. Verum per abuſum dixit intellectiui, & ſenſitiui, quæ quidem ſunt potentiarum ſignificatiua.

Videtur autem non ſolum quid eſt cognoſcere utile eſſe ad contemplandum cauſas eorum, quæ ſubſtantiis accidunt.

Poſtquam expoſuit eas, quæ debebant quæri propoſitiones, & communiter in omni diffinitione, & priuatim in ea, quæ ad animam pertinet, iam nobis vult ipſe per hęc methodum quandam, atque facultatem inuentionis diffinitionum tradere. eſt autem methodus hæc, non ſolum inquit rerum diffinitio nobis confert ad cognoſcendum ſubſtantialiter exiſtentia in rebus, veluti cũ dicimus animam ſubſtantiam per ſe mobilem, per hoc enim concludimus quod & immortalis, & quod per ſe ſubſiſtens eſt, animæ immortalitatem dabimus ex diffinitione, & rurſus cum cognouerimus quid eſt trigonus, inuenimus ex hoc quod habet reliquo duo latera maiora, quodq; tres angulos duobus rectis æquales tenet. non ſolum igitur inquit in cognitionem eorũ, quæ per ſe inexiſtunt rebus, conferunt nobis diffinitiones, at aliquando quoque econuerſo ad cognoſcendum, quæ nam ſit propoſitæ rei diffinitio, cõfert nobis ſępenumero cognitio eorum, quæ per ſe, & primo rebus inexiſtunt, hæc enim dicit accidẽtia hic, vt quoq; ſuperius diximus. At ſi hoc eſt, videbitur eſſe mutua demonſtratio, nanq; ſi per diffinitiones accidẽtia cognoſcimus, & per hæc ecõuerſo diffinitiones mutua eſt demonſtratio. dico igitur quod non eſt mutua, non enim de eiſdem accidentibus vtraq; dicit, ſed altera quidem, quæ per diffinitiones cognoſcimus, & altera rurſus, per quæ in diffinitiones facultatem habebimus, hæc enim manifeſta, & ex euidentia ſumpta accidentia conferunt nobis in diffinitiones nondum cognitas. diffinitiones autem in acceptionem non manifeſtorum ex euidentia accidentium, quemadmodum frequenter & ipſe fecit volens diffinitionem loci reddere, quoniam hęc erat incerta, accipiamus, inquit, prius quaſi arbitratorem reduci diffinitionis ea, quæ ſecundum communem intelligentiã inſunt loco, velut quod in loco eſt continere, hoc illi eſſe æquale, & quæcunque alia ibi connumerauit. & cum dicit ſi reddita diffinitio eiuſmodi fuerit, omnibus ſecundum communem intelligentiã loco inexiſtentibus conueniat vt integra erit, quod ſit non, nequaquã. Sic autem & in infinito, & in vacuo, & in tempore ſic etiã in ſublimibus cauſam quærens grandinis, quæ fiuit ea quę communiter illi ineſſe cõceſſa ſunt, quæ quidem in autumno aut in vere fieri ſolent, & in hyeme in locis tepidioribus, poſtea inquit talem de ipſa reddamus cauſam, quę omnibus his conueniat, ſic igitur inquit & nunc, quoniam quærimus animæ diffinitionẽ, ipſa autem certa non eſt, accipiamus ea, quę ex euidentia per ſe animam primum conſequuntur, vt ex his viam faciamus in acceptionem diffinitionis ipſius, velut imaginatiuum, locale motiuum, vitæ factiuum, & quæcunq; ſimilia, quæ propria ſunt animę, quare poſt exitum ipſius non operatur hęc, atque talia corpus.

Quemadmodum in mathematicis, ut quid rectum, & quid curuum, uel quid linea, & ſuperficies, ad cognoſcendum quot rectis ipſius trianguli anguli ſunt æquales. Sed econuerſo accidentia conferunt magnam partem ad cognoſcendum quod quid eſt.

Hoc exemplum eſt huius, ꝙ ex diffinitionibus inueniemus ea, quæ per ſe inſunt rebus, nanq; in mathematicis eſt vtplurimum neceſſarium ex diffinitionibus conſequentia cognoſcere quoniam in iis non poſſumus a ſenſu quicquam accipere eorum, quæ illis inſunt, at prius oportet ſcire quid ſit trigonus, poſtea ſic ex hoc ſyllogizare quid ipſi conſequens eſt, per exemplum autem declarauit ſe nunc accidentia dicere, quæ per ſe primo ſunt, Trigono nanq; primo, & per ſe hoc ineſt, vt habeat tres angulos duobus rectis æquales, ſoli enim, & omni trigono hoc ineſt in cognitionẽ horũ igitur, inquit, oſtert ſcire quidnam linea ſit, vel quid ſuperficies, vel rectum, vel curuũ, hæc autem exempli gratia, velut in ſuppoſitione dixit. non quod, vel hæc omnia, vel ſolum conferant ad diſcendum duobus rectis eſſe æquales tres angulos, neque enim diffinitio curui, neque ſuperficiei nihil quicquã confert, oportet, autem, & aliorum quorundã diffinitiones aſſumere in his igitur ad acceptionem accidentium aſſumptione diffinitionis opus eſt. quoniam nihil ex euidentia de illis dicere poſſumus, aliquando autem in aliis rebus ad acceptionem diffinitionis accidentium cognitione opus eſt, quemadmodum in loco, & tempore, & vacuo & infinito, & nunc in anima, quoniam diffinitio nõ certa eſt, hæc autem ex ſenſu manifeſta ſunt.

Cum enim habeamus reddere per imaginationem de accidentibus, uel omnibus, uel pluribus: tunc quoque de ſubſtantia habebimus aliquid quam optime dicere.

Imaginationem, inquit, ſcilicet planiorem cognitionẽ, videlicet apparentia, & manifeſta, imaginationem vocauit. quod ea ſint aperta, tunc quoq; de ſubſtantia habebimus, optime dicere, ſi nanque eorum multa, quæ per ſe, & primo inſunt rebus, cognoſcere poterimus, velut inueſtigantes per hæc inuenire rei diffinitionem, ſubſtantiam autem dicit omnia quæ ſimpliciter, & diffinitionem, & quæcunque alia ſunt in ſubſtantia, cum enim diffinitionem inuenerimus, per ipſam quoque omnia, quæ ſubſtantiæ inſunt, inueniemus, & hoc volens ipſe declarare ſubintulit.

Omnis enim demonſtrationis principium eſt. quod quid eſt.

Hoc videlicet, & ſi ex euidentia habemus quandam cognitionem eorum, quæ ſubſtantiis accidunt, attamen hanc ipſam cognitionẽ habemus e ſenſu, & non demonſtratiuum, cum vero diffinitionem cognoſcamus, tunc ſcienter principiis vſi diffinitionibus ipſis eorum cognitionem capere poſſumus. Sane autem non ad omnia ſimpliciter accidentia ſubſtantiis hoc excipiendum eſt. accidentia autem (veluti iam dixi) quæ primo, & per ſe inſunt, vt non appareat eſſe mutua demonſtratio, ſiquidẽ per accidentia diffinitionem, & econuerſo per diffinitionẽ accidentia cognoſcimus, at alia quidem ſunt, per quæ diffinitiones diſcernimus, quibuſcunq; cognitionem de ſenſu habemus, velut hoc vt ſimul cum adeſſe vitam inferre corporibus, hoc enim propriũ eſt animæ, eſſe cãm nutrimenti, augmentationis, generationis, eſſe animalibus cauſam, motus in latera, hæc enim ſenſui cognobilia ſunt. Attamen ex diffinitionibus, quædam exiſtentia dubia colligimus, veluti immortalem eſſe rationalẽ animam, poſtq; n. inuenerimus in diffinitione ipſius, quod eſt ſubſtantia per ſe mobilis, ex hoc quod per ſe mouetur immortalem eam eſſe collegimus, diffinitio nanq; ſumitur ex his, quæ per ſe rebus inſunt, nõ tamen omnia, quæ per ſe ſunt, amplectitur, at ea quæcunque ſunt apta ſeparare ſubſtãtialiter aliorũ ſubiectam naturã, vel igitur ſic excipiendũ illud, omnis n. demonſtrationis principiũ eſt quod quid eſt, vel quod ego dixi, qđ eſt quoq; magis verũ, & Alexandro placet. Otium prorſus quæ per ſe rebus inſunt, principium eſſe diffinitionẽ dicit, quomodo enim poteſt illud fieri, vt is demonſtratiue cognoſcat ea, quæ per ſubſtantiam ſunt in re, qui huiuſce rei ſubſtantiam non cognoſcat? etenim de ſenſu licet accipere

quædam

quædam ex his, quæ rebus insunt, ex quibus etiam occasiones ad diffinitionem inuenimus, at qui substantiam rei non cognoscit, is ex illis cognitionem perfectam capere nō potest, hæc autem diffinitio est. vnum nāq; vere principium est huic, qui bene cōsiliū capturus est. Scire oportet de quonā sit consilium, vel tota errare via necesse est, q̄ enim sit in anima imaginari, sentire, intelligere, & similia, illud e sensu scimus, at quæ nam sit horū natura, atq; vtrum eadem sint inuicem, an diuersa, & quæcūq; de his quæruntur, nequaquā scimus, verū tunc scienter de ipsis cognitionem capimus, quando ipsius animæ substantiā cognoscimus, mutua vero demonstratio non est. cum. n. sint omnino quatuor problemata, an sit, & quid sit & quale quid sit, et propter quid sit: hoc quidem quod hęc sint, ex euidentia accidentia capimus, & quod quid est ex ipsis coniecturam facimus, ex diffinitione autem non cognoscimus quod accidentia sunt. at quod quid est, & quale, & propter quid. quapropter per hoc quidē quod est ipsorum accidentium, quod quid est ipsius diffinitionis cognoscimus, per hoc aūt quid est ipsius diffinitionis reliqua problemata ipsorū accidentiū. quare non secundū idem mutua demonstratio est, hoc autem nihil absurdum, per mutua quædam demonstrare non secundum idem, verum secundū aliud, atq; aliud, & quod sit huius mentis Aristoteles declarant ea, quæ sequuntur.

Quare secundum quascunque diffinitiones, non accidit accidentia cognoscere, at nec coniectare de ipsis facile, patet q; dialectice dictæ sunt & uane omnes.

Consona sunt hæc ijs, quæ dicta sunt, nam si principium omnis demonstrationis est, quod quid est, omnis necessitas est, si talis non sit reddita rei diffinitio, vt per ipsam de omnibus, quæ per se insunt rei clarum sit veluti per principium scientiam facere, vel coniectura quædā accipere, quoniam non omnia, quæ rei insunt per se, in diffinitione manifestantur, necesse est, inquit, talem diffinitionem dialecticam esse, & vane dictam, videlicet in vano latam, minimeque rei naturæ congruentem, neq; tanquam ad applicandam rei ipsius intelligentiæ extremitatem, sed esse suspensam, & rei naturam non contingere, neque extremo pede cogitationis inhærere fere rei, dialecticam autem, hoc est non naturalem, sed simpliciter ad gloriam respicientem, & vt aliquid dicere videatur, quapropter de re ipse paulopost mentionem faciet in eo, quod dicit irā esse vltionis appetitum, non enim naturalis est hæc diffinitio, nanque substantiam iræ non declarauit, at ab ea abscindens quiddā, quod in ea existentiam habet per se diffiniuit, ex quo neque consequentia iram cognosceremus, quemadmodū ex eo, quod dicit, iram esse feruorē sanguinis circa cor propter vltionis appetitum, hęc. n. diffinitio, quæ consequuntur cognobilia facit, quoniam palpitatio quædam cordis consequit eos, qui correpti sunt ira, circaq; eas partes, quæ ibi sunt, fit caliditas, iratique rubescūt, hoc autem propter motum sanguinis est, talis est etiam a Xenocrate reddita animæ diffinitio, numerus enim, inquit, est seipsum mouens, qui enim hanc audiuerit, ex ipsa poterit coniectare, & capere nihil eorū quæ in anima, aut in animali sunt. Regulam autem nobis reddendarum diffinitionum per hæc Aristote. tradidit, oportere scilicet ipsas esse tales, vt omnia quæ per se rebus insunt, per eas, velut ab aliquo principio syllogizare possint, hæc enim perfectissima diffinitio est.

Dubitationem autem habent, & passiones animæ, utrum sint omnes communes, eius quoque quod habet, an sit aliqua etiam ipsius animæ propria, hoc enim accipere quidem necessarium est, at non facile, uidetur autem plurimorum nullum sine corpore pati, neque facere, uelut irasci, considere, cupere, omnino sentire.

Postquam dixit problemata, quæ in ratione animæ quæri debebant, & esse quādam facultatem ad acceptionem diffinitionis enarrauit scilicet e sensu cognitionē eorum, quæ per se sunt in anima, hoc etiam ipsum dicit, esse maxime dubium de passionibus animæ contemplationem quandam capere. veluti occasionem ad ipsam diffinitionem, non enim habemus, inquit, e sensu diiudicare, an omnes animæ passiones vtriusque simul sint animalis, videlicet communes, an ipsa quoque priuatim quasdam communes passiones habeat. necesse est enim, inquit, omnino hoc ante capere ad animæ substantiam cognoscendam, capere enim illud est difficillimum. Si quidem igitur corpore, vt instrumento vtitur priuatim habens operationes, non ad diffinitionē vti corpore oportet, nāq; ascia substantiam fabri non complet, sin autem substantiam in corpore habet, vt simul vtriusque sint operationes necesse est in diffinitione corpore vti, quemadmodum diximus in ira. necessaria est igitur horum acceptio, at non facilis. passiones autem communius ipsas operationes animæ vocauit, apparet autem vtplurimū nihil sine corpore pati, neq; facere, plurimæ nāq; passiones & cū corpore fiunt, & circa corpora, etenim irascentibus, & tristantibus, & cupientibus, & audentibus, & timentibus, & in omnibus talibus simul patitur, atq; mouetur corpus, at eriā ipsæ horum passionum, operationes circa corpora sunt. Quare sunt hæc vtriusque, nō autem animæ propria.

Maxime autem uidetur proprium intelligere.

Ecce iterum passionem ipsum intelligere vocauit, hoc veluti contra Andronicum Rhodium, qui librum de interpretatione adulterinum fecit, nanq; ibi dixit Aristoteles intellectiones passiones animæ. quemadmodum dictum est in libro de anima, nullo modo autem appareat in libro de anima, veluti nominauit Andronicus, ipsas intellectiones passiones, dixisse, ecce igitur & hic inquit quam maxime autem simile est proprio ipsum intelligere, propria enim passione videlicet.

Si autem est, ut hoc imaginatio quædam, uel non sine imaginatione, non continget utique, hoc esse sine corpore.

Si intellectio, inquit, vel imaginatio quædam est, vel absque imaginatione non fit omnino necesse est, vt neq; intellectio propria sit animæ, sed vtriusq; simul, siquidē imaginatio dependet a sensu, ex ipso enim Typos habet, sensus autem simul est vtriusque, & hic quidē, veluti problematice hoc pacto dixit manifeste enim in tertio sermone dixit absq; imaginatione esse ipsam intellectionē, dicit autem sic, primæ autem intellectiones, quid differet, vt imaginata non sint, vel neque alia imaginata, at non sine imaginatis, primas dicens intellectiones, quę circa intelligibilia sunt, quas sine imaginatione esse enuntiauit. hoc autem, non sine, tribus modis dicitur, vel enim neque nocens neque iuuans, vt dicimus, nō sine vmbra, quod est in lumine corpus, neq; enim corpus vmbra qc quam iuuat aut nocet: vel quod ex necessitate est, vt instrumentum, vel aliquid tale, veluti cum dicimus, Achilles virum se strenuum præstitit, at non sine lancea, necessario nanq; illi lancea opus erat ad strenuitatem, nō enim se strenue gerere nudus poterat: vel q̄d ad impedimentum est, vt cum dicimus, qui in hyeme nauigauit seruatus est, at non sine periculo, hic enim capimus vt impeditiuum hoc, non sine, in hoc autem neque alia imaginata, non sine autem imaginatis, velut impeditiuum hoc, non sine, accepit, in proposito autem dicto. Si autē est & hoc imaginatio quædam, vel non sine imaginatione, hoc nō sine, hoc ex necessitate inquit: vt si instrumentaliter indigeret intellectus imaginatione ad operationes proprias adimplendas, quare subintulit hoc, neque continget vtique hoc esse sine corpore, veluti in suppositione autē sermo est.

Si quidem igitur est aliquod animæ operum, uel passionum proprium continget utique ipsam separari: sin uero nullum est ipsius proprium, non utique erit separabilis.

Multa quidē ex hoc facta est expositoribus ambiguitas, arbitrati. n. Philosophum conuertentia cum contrapositione vsum esse, dubitauerūt haud īmerito, ac si Philosophus ex antecedente male sit vsus cōuertentia, cū de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

consequente factam esse conuertentiam oportuerit. dixit enim inquit sic, siquidē est propria aliqua passio animæ, separabilis est. postea accepit oppositum antecedentis, & parauit oppositum consequentis, si autem nulla est propria aliqua passio animæ, neq; ipsa erit separabilis, cum debuerit ex consequenti vice versa conuertere: si autem non est separabilis, non habet aliquam passionem propriam. Expositores autem Attici bene inquiunt, eum non hic omnino conuertentia vsum fuisse, at duo quædam coaptata accepisse duabus quibusdam datis regulis, quas iam acceptas hinc indicauimus, quod horū omnino substantiæ sunt separabiles, quorum sunt a corporibus operationes separatæ, & quorū sunt inseparabiles operationes, eorū quoq; necessario substantiæ sunt inseparabiles: siquidem enim sit operatio separabilis substantia vero inseparabilis. nam quidem operationes e potentijs potentiæ vero de substantijs, cum sit operatio separabilis, quod si separabilis est, necesse est aliquam operationem esse sine substantia, & sine potentia, quod quidem fieri non potest, omnis nanq; operatio ex potētia est omnis autem potentia de substantia. omnino igitur necesse est, cum sit operatio separabilis esse quoque substantiam separabilem Quod si hoc est, illud quodq; necessarium est, eam esse immortalem, atque incorruptibilem. quid ita? omne enim corruptibile, duobus modis corrumpitur, vel in sua ipsius elementa resoluendo, veluti nostra corpora vel extinguendo in subiecto, quod ipsum fiat inutile, veluti musica resolutis chordis extinguitur. cum sit igitur differentia duplex, vel vt in corporibus vel ut incorporeis habētibus esse in corpore subiecto: si demonstratum est animam ipsam & incorpoream esse, & a corpore separabilem, nullo igitur modo corrumpitur. item, cum sint operationes inseparabiles, necesse est & substantias inseparabiles esse: quod si separentur substantiæ erūt inefficaces, & frustra: nihil autem frustra neq; Deus, neq; natura facit. Quapropter omnino necesse est cū sint operationes inseparabiles, esse quoque substantias inseparabiles. hæ igitur regulæ sunt, quas communiter amplectuntur omnes, & qui mortalem, & qui immortalem eē dicunt animam. instantiæ feruntur ad has regulas, ad vtranque vna & antea ad primam, quomodo enim (inquiunt) Arist dixit quod si est aliqua passio propria animæ (idem ac si diceret operationem) separabilem habet quoque substantiam. ecce enim (inquiunt) oculus habet operationem propriam, quod est videre, neque tamen habet substantiam separabilem non enim potest oculus a corpore separari qd igitur ad hoc dicimus? quod hoc proprium duplex est, aut vt proprium partis, quemadmodum dicimus pedis proprium esse ire, non enim dicimus ire esse proprium pedis, tanquam pes non indigeat toto, pedi nanque toto corpore opus est, at hoc dicimus veluti huiusce partis præter alias proprium sit, aut quod non ad substantiam toto egeat, quemadmodum si quis dicat viscositatem in aqua mixta oleo, esse olei propriam vel dulcedinem in mulso, esse mellis, dicit igitur talis proprium non simpliciter vt partis, verum vt illud quod ad substantiam toto non indigeat, non enim mulso, vt consteret, eget dulcedo, sed est a toto separabilis, nanq; est in solo melle. proprium hoc igitur Aristo dicit, quod et existenti separabile est Separabilis enim dulcedo est a melle ab vtroq; cum sit mellis propria. Oculus quidem dicitur habere propriam operationem, non vt eam, quæ toto indigeat, verum ad oppositionem totarum partiū. Quoniam huic toto opus est ad substantiam, nanq; & cerebro, & neruis visuis, & spiritu, & hisce talibus opus est. Quare propria quidem oculi operatio est vt ad alias partes non autem propria vt ad totum, nanq; illi toto opus est, ad constitutionem. Instantia autem ad alteram regulā hæc est. quōniam, inquit, quod quorum operationes non propriæ, sed vtriusque simul sunt, ac si diceret inseparabiles, horum neque substantia separabilis est? Ecce enim (inquiunt) gubernatoris operatio quidem est inseparabilis a nauigio, substantia vero separabilis est, separatur enim gubernator a naue. Dicimus igitur q; ipse gubernator operatur, & vt homo, & ipsæ quidem vt gubernatoris operationes a nauigio sunt inseparabiles, neq; ipsius gubernatoris propriæ: quæ vero sunt vt hominis ipsæ propriæ sunt gubernatoris vt hominis, quare & ipsa substantia separabilis est. non enim hoc dicimus, quod oporteat separabilem substantiam omnes habere proprias operationes, & si non omnes habeat, non erit separabilis: at cum penitus habeat operationem quandam separabilem, omnibus quidem modis esse substantiam quoq; separabilem oportet, in inseparabilis autem substantia, oportet omnino omnes operationes communes esse, atque propterea inseparabiles. ob hanc rem igitur gubernator etiam, nanque operatur in nauigio, & vt homo intelligens, differens comedens, bibēs, & simpliciter affectus animales, ideo & ipsa substantia a naue separabilis, quoniam anima quoque rationalis in corpore existens duplices habet operationes, has quidē vt in corpore, ipsa etenim quędam est veluti gubernatrix corporis, has vero vt animæ rationalis proprias. quæ igitur vt in corpore sunt ipsius operationes ipsæ sunt vtriusque simul inseparabiles, vt mouere corpus, & viuificare, id enim patet, quod has habet operationes, quandoquidem sit incorpore. nanq; si separetur a toto corpore, quid mouebit? quid viuificabit? quæ vero vt rationalis substantiæ sunt operationes discurrere, intelligere, ipsæ quidem tanquā nihil corpore indigeant, sunt ipsius propriæ, atq; ob hāc causam & ipsius substantiam separabilem demonstrant. quare & Aristoteles postquam dedit omnis animæ diffinitionem communem siue rationem diffinitioni similē, dixitq; quod est entelechia corporis naturalis instrumentalis potentia vitam habentis, quærit vtcunq; quomodo dicimus entelechiam esse, vtrum inquit, vt inseparabilis entelechia est anima, vel vt nauigator nauis? Quare sciuit & ipse entelechiam quandam separabilem, inquantum vult esse animam entelechiam. Rursus quęrunt, quare cum dixerit: si quidem igitur est aliquod animæ operum vel passionum propriū, subintulit? cōtinget vtique separari. oportebat enim dicere necessarium esse ipsam separari. Dicimus igitur, quod vt ad totum ipsius habitū, hunc, qui est ad corpus, aut etiā ad corpora dixit Quoniam enim nunc dum est in corpore, separabilis est a corpore, propter hoc inquit, eam posse a corpore separari, & si rursus fiet in corpore, & non penitus in infinitum æuum manet seorsum a crassitudine huiusce corporis, quod autem sit in quodam, & priuatur ipso, contingentis naturæ hoc est, veluti calescere, & frigescere, sedere, & surgere Quare sicut ego dixi, cum respexerit ad habitum totum, qui est ad corpus, eo modo dixit. fortasse autem vlterius hæc extendens sermonem, & vsque ad dictum corpus ipsius speciei quod æterne inquiunt ipsi coaptatum esse, sic dixit, contingit, quod quantum inquit in eius ipsius natura ab eo separari potest, & si non est necessarium ipsam separari ab eo. tale autem contingens est, quo necessario non existente, posito tamen in esse, nullum impossibile sequitur. quantum igitur in sua ipsius natura potest ab eo separari. præterea dicimus, quod contingens, quemadmodum ipse dicit in libro de interpretatione, fertur & in necessario, dicimus enim possibile esse solem esse in ariete, & quidem cum necessario futurus sit. potest igitur, & hic possibile accipi id, qd in necessario est.

Sed quemadmodum recto, quatenus rectum est, multa accidunt, veluti tangere æneam sphæram secundum punctum: non tamen tanget hoc separatum ipsum rectum, est enim inseparabile, siquidem semper est aliquo cum corpore.

Obscuritatem fecit dicto æquiuocatione vsus cum sit neque distinxerit ea, quæ diuersa significant. Rectum. n. partim quidem capit ipsum participatum, ipsam dico rectitudinem, partim autem participans, videlicet vtrunque simul, dico autem directum corpus, qualis est regula hoc autem exemplum huiusce rei est, quod operatione inseparabili existente, necesse est & substantiam esse inseparabilem. quid, igitur, inquit, quod quemadmodū

dicimus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dicimus ſcundum punctū tāgit rectum æneam ſphērā, demōſtratum eſt enim in geometria quod & ſuperficies ſecundum punctū ſphæram tangit, & circuli linea ſimiliter, & non, quoniā dicimus lineā hoc eſſe affectu affectā ipſam per ſe dicimus affici, ſed videlicet, quæ in auro vel lapide, vel aliqua tali re ſit. nec quando animā ipſam ſtentem dicimus pati, ipſam per ſe pati dicimus, at vnque ſimul ob enim cauſam appoſuit æneā ſphæram, ne ſermonem ipſum capiamus de recto, quēadmodum hi, qui tradūt diſciplinas, faciunt geometra. n. demonſtrans quod ſphæra ſuperficiem circa pūctum tangit nullā materiam accepit, ſed ipſas per ſe rationes demōſtrat. Cum igitur dicat, quemadmodum recto, quatenus rectū eſt, accipit quod in materia eſt: dicendo autem non quidem tanget hoc ſeparatum rectum, rectitudinem ipſam, ipſa igitur, inquit, ſeparata a ſubiecto, nō amplius patiet hoc, neque tanget æneam ſphæram, quoniam nihil ei ſubſtituit, accipit proportionale animę quidem, rectitudinem: vtrique autem, directum corpus: ſenſibilibus autem, quibus contra accipitur anima, æneam ſphæram ſi igitur & anima ſic contra capitur a ſenſibilibus, vt rectum tangit æneam. patet ꝙ ſeparata a corpore, non amplius corripietur a ſenſibilibus, ſed ſtatim diſcedet dicimus igitur ꝙ quemadmodum ſenſibile rectum ſenſibilem ſphæram contingit, ſic & intelligibile intelligibilem: igitur & anima ſeparata a corpore, & ſi non ab ſenſibilibus ſpecies corripietur, at certe ab intelligibilibus, & immaterialibus. hoc autem multa accidunt, quaſi dicat, ꝙ ſequitur habere omnia ſigna poſita, ad coaptandum altera recta, & ſimilia.

Videntur autem & animæ paſſiones omnes eſſe cum corpore, ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia: adhuc gaudium, & amare, atque odiſſe. ſimul enim cum iis patitur aliquid corpus.

Duobus modis oſtēdunt paſsiones animæ nō eſſe ipſius animæ proprias, ſed vtriuſque ſimul, & ex hoc, qđ omnino ſimul cum his mouetur corpus, nāq; cū ira circa præcordia ſanguis mouetur, cū cupiditate autem diſponitur etiam hepar, & pudore facies rubet ſanguine in ſuperficiem fuſo, fit autem timore pallor, contractione ſanguinis in profundum facta, & ſimpliciter in vnoquoq; paſsione corpus aliquo modo ſimul diſponitur. ꝙ ſi corpus cū aīæ paſsionibus ſimul mouet, id patet aīæ ſolius non eſſe eas proprias, at vtriuſque ſimul. primus autem modus ex hoc patet. altero autem modo id oſtēdunt, ꝙ illi qui ſic bene natura temperati ſunt, qualecunq; temperamentum teneant in corporis affectuum motu, natura tales ſunt. videmus enim aliquos commode quidem ſe habentes ad iram, qui eo modo temperati ſunt: aliquos vero difficilis eſſe morus, qui contrario temperamento cōſtituti ſunt. ſimiliter in reliquis videmus, ꝙ aliqui ebrij fiunt, aut iratiores, aut timidiores, aut audentiores, aut impudentiores, & ex infirmitate fit aliquis aptior ad iracundiam, & aliqui tales cibi libidinem magis mouēt, aliqui vero tales extinguunt. inde medici dicunt, ꝙ animæ potentiæ temperaturas corporis ſequuntur, quare quo que dicunt qui talis ſunt conſtitutionis, proniores ſunt ad iram, veluti qui magis melancholici ſunt: qui vero calidiores ſunt, aut humidioris naturæ, in libidinem ꝓpenſiores. & ſimpliciter in vnoquoque affectu in quandam cōplexionis qualitatem cauſam referunt, atque etiam ſublimius aſcendunt in arcanas potentias, & eos memoria tenaciores dicunt, qui aridiori cerebro temperati ſunt, at eos eſſe tardiores ad intellectionem, contrarios autē contrarium affectum ſuſtentare. Similiter in imaginatione, atque in reliquis affectibus, & quod ab initio temperies fecit, hoc idem ipſa viuēdi ratio in tēperaturam deduxit, ideo qui ſtudioſi ſunt cognitionis, & cibi, & potus curā modeſte gerunt. vnde & hoc dictum eſt, obeſus venter mentem ſubtilem non gignit. quare quidem non intelligeremus in ebrietate. quę ante ebrietatē intellexiſſemus. Similiter aūt & moderate ſe habentes circa nutrimentū, & īmode ate, & omnino ingenioſiores, & acutiores, & econuerſo ſegniores iuxta tale temperamentū fiunt. Inde igitur medici dixerunt aīæ potentias ipſam corporis temperamentū ſequi. ad hæc aūt dicunt expoſitores Attici, quod quēadmodum ipſi dicunt eā ꝓpterea eſſe in ſubiecto corpore, quia tales appetitus animæ corporis temperaturas ſequuntur, ſita nos quoq; de cōtrario cōtrariū prę parauimus ſi. n. qm̄ ipſos habet appetitus, qui temperamentum ſequuntur, ꝓpterea inſeparabilis eſt. ergo ſi nō ſequatur tēperamentum corporis, erit ſeparabilis. Videmus igit quod quidā praue temperati non habuerunt ſequentes appetitus ipſas tēperaturas ꝓpter pbiam ſed his meliores facti ſunt. quod quidē non eſſet factū, ſiquidem vt in ſubto potētia eſſet in cōplexione. ſicut eſſe album, vel luteum, vel nigrū, quæ quidē de tali cōplexione fiūt, & ſi decies millies philoſopher quilpiam, nō aliquid horū continere poteſt, donec e diuerſo cōplexio cōſtituantur, ſic omnis erat neceſsitas, ſi velut affectus erat complexionis talis, appetitus talis ipſius animæ, nō poſſe eū, qui magis ad irā tēperatus eſſet, ab ira ſe continere, ſimiliter quoque in alīs nunc aūt non fit hoc, non igitur appetitus animæ neceſſario ſequūtur cōplexiones corporis, & hoc ipſi quoq; medici dicunt, cū. n. dixiſſent aīæ potentias corpis cōplexiones ſequi, addiderunt ſine exercitīs pbiæ. quare ſi poſſunt exercitationes circa philoſophiā id facere, vt aīæ inclinatio non ſequatur cōplexiones corporis: eſt aliquid igitur & in nobis, neq; ſequuntur neceſſario, quare nō in cōplexione habēt eſſe, ſi nāq; hoc erat, qūo affectibus repugnauit? vnde pugna, & fœderis violatio inter affectus & rationē? nihil enim corpori ſui conſeruatiuo repugnat, neq; cauſæ repugnare cōtendit quare ſi cauſa erat complexio animatiuis omnibus motibus non quidem aliquando ipſa contra ſe pugnauiſſet, nāq; pugnantia contraria ſunt. quod igitur ſit anima rationalis a corpore ſeparabilis, illi, qui bene viuunt, ſatis oſtendunt, quibus faſtidio corpus eſt. at qui nihil proprium ſubiectum deſpicit, verum quoque ſeruare ipſum vult: at anima ipſa contrarium facere videtur, affectus autē quoniam dati ſunt animæ in generationē deſcendenti dictis de cauſis, habentes in ſubiecto ſpiritu eſſe, tranſeuntes autem, quēadmodū diximus, in hoc quoq; craſſum corpus non ſine tali quidem cōplexione fiunt, vt nō ſine chordis harmonia, non tamen ſimpliciter effectus complexionū ſunt, ſed quemadmodum indiget omnino muſicus talibus chordis, ipſa vero harmonia ex iīs rationibus, quæ ſunt in muſico, in tali chordarū conuenientia facta eſt, eodem modo dicimus affectus non quidē ſine tali complexione fieri, non tamen complexionē eſſe aut complexionis effectus. Verum veluti ea quæ ſponte naſcuntur, egent omnino quidem tali terra, egent etiam pluuia nō tamen hoc eſt ſufficiens in ipſorum generationē, ſed horum rationes de tota inſtitutione prodcūt: hoc modo dicimus ex inſtitutione tota rationes iīt tali complexione infundere rationes affectuum horum ſecundum meritū vniuſcuiuſque animarum rationalium. & quemadmodum ſpecies, quæ fit in ſpontaneis, neq; ex mixtione terræ, & aquæ ſimpliciter facta eſt, neque extrinſecus ſuſtinēdo ſponte præorſa ingignitur, ſed rationes inſtitutiuæ in tali elementorum aptitudine ingenerant, atque inſtituunt affectuum ſpecies. neque enim cauſæ priora effectibus facere deſiderāt. ſi enim, velut iam diximus, complexio cauſa eſt iræ, & cupiditatis, & ſenſus, & imaginationis, illud, quod eſt ſine vita, erit vitæ cauſa (vitæ enim quedā ſunt ipſæ) & quod eſt inanimatū. animæ, quodq; eſt inſenſibile, cognitionis, quod quidē abſurdū eſt. at illud fortaſſe dignū eſt inquiſitione. Si irrationalis anima, & vegetatiua in ſubiecto corpore habent eſſe, quod aūt ſponte ſubſiſtit melius eſt eo, quod in altero habet eſſe, ſponte ſubſiſtens autem corpus, melius igitur talibus animis corpus eſt. quid igitur dicimus ea ipſas animas non eſſe velut in ſubiecto corpore, ſed velut in materia forma? forma nāq; animalis eſt anima, vbique vero forma melioreſt materia, non enim carnis forma, vel ignis, vel alterius cuiuſdam corporis, quoniam per ſe ſubſiſtere nō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

poteſt, iam & peior materia, quoniam neq; ipſa materia carens forma in ſubſiſtentia eſt ipſa per ſe, ſed cum forma quadam conſpicitur. ipſa autem continua materia, & ſi per ſe ſubſiſtit, veluti ligna abaculi, non vt ſimpliciter materia, ſubſtiterunt, ſed vt ſpecies quædam ligni, quando autem fiunt abaculi materia ligna, tunc videlicet ligna pe iora ſunt abaculi forma, quoniam ligna quidem ſunt hu ius gratia, abaculus vero finis. quid igitur differt hoc vt forma in materia, ab eo, quod eſt in ſubiecto? q ipſa forma quidem coniuncta materiæ perficit vnius rei ſubſtantiam, veluti abaculi forma cum lignis iuncta abaculum perfecit. ſimiliter forma carnis cum elementis, vel humoribus, carnem, in aliis quoque ſimiliter. quod autem eſt in ſubiecto non facit vnam ſubſtantiam cum ſubiecto, velut album cum corpore non fecit aliam quandam formam „nihil enim confert ad eſſe corporis ipſum album ineſſe & præſens, & abſens.

Indicat autem aliquando quidem ab fortibus, & manifeſtis paſſionibus nihil concitari, aut timere: aliquando uero & a paruis, & debilibus moueri.

Quod, inquit, non ſunt animæ proprij, ſed vtriuſque ſimul patet ex ijs, e quibus quali corporis diſpoſitione intenduntur, & remittuntur ſunt enim quidam ea complexione conſtituti, vt & ſi infinita ſint irritantia, non moueantur ad iram, cum refrigeratum atque torpẽtem ſanguinem circa cor habeant: alij autem ſunt faciles ad perturbationem adeo, vt & valde paruis, & leuibus irritantibus ſtatim concitentur ad iracundiam, q feruentẽ ſem per ſanguinẽ circa cor habeant. vnde & hi, qui furore affecti ſunt, eo ferueſcente, perturbationẽ ferunt, econuerſo in timiditatẽ, confidẽtiamq; ſimiliter, illi quidem magnis etiã terroribus manent interriti: hi verò ſæpenumero nullo etiam terrore inſtante in metũ, atq; in ignauiam facillime mouentur. Quando talem cõplexionem conſecuti ſunt, qualis eorũ, qui timidi ſunt, contrahitur nanq; horum calidum in profundũ, quare quoq; pallidi fiunt. Pallor autem ipſum cepit in genis. quando igitur quiſpiam talem ab initio cõplexionem conſecutus fuerit, facile pronus eſt ad affectum, quare ſi affectus hi animæ proprij erant, haud oportebat ipſos corpori coniungi, neq; ex huius diſpoſitione principiũ ſumere: ſed quomodocũq; ſe habeat cõrpus, ita ipſam vel moueri, vel nõ moueri ad effectus: Nunc autem & ætates affectuum formas variãt atq; cõmutant, complexione videlicet cũ tempore commutata, quapropter vtriuſq; ſimul ſunt hæc, ſi nanq; vt inſtrumento vſa fuerat anima irrationalis, & vegetatiua ipſo corpore, nõ quidem ab ipſo mota eſt, nullum enim inſtrumentum mouet artificem, ſed ab eo mouetur, neque mutata inſtrumenta commutant appetitus artificũ. Corpus verò tali vel tali complexione conſtitutum, tales potentias vna cõmutat.

Quando turget corpus, & ſic ſe habet, quemadmodum quando iraſcitur.

Videlicet ſi corpus ea complexione ſit conſtitutum, vt in iram ſit facile, ſic autem erit, ſi talem habuerit complexionem, qualis ſit iraſcentium: tunc enim, qui ſic erit conſtitutus, erit ad iram pronus.

Adhuc autem magis eſt hoc manifeſtum, nullo enim terribili accidente, fiunt in paſſionibus ijs, quæ timentes.

Certe manifeſtæ demonſtrationes ſunt, quod hi affectus animæ proprii non ſunt, quando nullo etiam extrinſecus mouente propter multam corporis in hunc affectum inclinationem quiſpiam patitur idem, quod qui dem alius magnis e terroribus patietur.

Si autem ſic ſe habet, id apertum eſt q, affectus ſunt rationes in materia. Quare diffinitiones quoq; tales ſunt, ut iraſci motus quidam talis corporis eſt, aut partis, aut potentiæ ab hoc huius gratiã.

Si ſic ſe habet, inquit, videlicet, ſi non proprii hi affectus animę ſunt, ſed vtriuſq; ſimul, rationes ſunt materiales, videlicet formæ ſunt in materia ipſum eſſe habentes, & nõ ſeparabiles. quare diffinitione tales ſunt, vt iraſci motus quidã talis corporis, aut partis, aut potẽtiæ ab hoc huius gra. ſi nanq; naturalis eſt opus de materialibus formis differere, aliæ aũt formæ in alia materia ſunt: neceſſe ergo eſt, vt naturalis diffinitiones ipſas reddat & ex materia, & forma, & eſt cauſa per quam forma in materia fit, de forma enim differens neceſſario quoque de materia diſputabit. hoc enim inter illa, quæ ad aliquid ſunt, collocantur, neceſſe autem & de cauſa per quã forma eſt in materia diſputabit: ſi quidẽ naturalis ẽ artifex. Quod ſi ars rationes debet ſcire eorum, quorum eſt ars, ego enim (inquit Plato) artem non voco quod ſit res irrationalis, vt igit ſummatim tradat formã naturalium diffinitionum, motus inquit, vt dicimus in ira feruor, motus .n. feruor talis corporis, videlicet naturalis inſtrumẽtalis, vel partis, etenim ſæpenumero circa totũ corpus affectio fit, quã volumus diffinire, vt ſi tactũ diffinimus, nãq; eẽ motũ totius corporis dicemus: partis vero, vt in ira, dicentes feruorẽ eſſe ſanguinis circa cor: vel potentiæ, vt ſi nõ dicamus feruorem ſanguinis circa cor, ſed feruorẽ calidi circa cor. Manifeſtũ eſt aũt quod & per ſanguinẽ ipſum calidum, & per calidũ ipſe ſanguis ſignificabitur, ab hoc huius gratia, ab eo videlicet, qui iniuria affecit. quod ipſe contra ſit affectus iniuria. Cum igitur diximus, propter vltionis appetitum, ſignificauimus vtraq;, nanq; vltio ſignificat eum quoque, qui vltus eſt, & vltionem.

Et propterea iam naturalis eſt conſiderare de anima, uel omni, uel tali.

Ex quo enim naturales tales formas cognoſcit, de quibus naturalis conſiderat, tales aũt naturales diffinitiones, & aſſumentes materiã: naturalis igitur eſt de talibus animis, quæ nõ ſine materia ſunt, differere. nãq; de animis, q materia carent deque intellectualibus diſputare (quem admodum in libro de partibus animaliũ dixit) eſt ipſius primi Philoſophi. neceſſe eſt enim eum, qui de intellectu differat, de intelligibilibus quoq; diſputare, hoc autẽ eſt opus ipſius Theologiæ, ſed (quemadmodum diximus iam) paſſectus naturalis ſeipſum reducet in abſtractas cauſas naturalium, vt ipſe quoque in phyſica. poſt rationes de motu, de immobili cauſa diſputatione facta, dixit ex hoc igitur principio cœlum, mundumque pependit. ſimiliter & in tractatu de generatione, & hic, poſt quam igitur & de iis vt cauſis naturalium diſputabit: etenim dixit iam de rationali anima, quod eſt, vt principium animalium, propterea inquit hic, vel de omni.

Differenter autem diffiniet naturalis, & dialecticus unum quodque ipſorum, ut quid eſt ira, hic enim cupiditatem recontriſtationis, uel aliquid huiuſmodi: ille uero ſanguinis, uel calidi circa cor feruorem.

Cũ dixerit affectus animæ eſſe rationes materiales, & eſſe naturalis ſpeculari de anima, vel omni, vel quæcũq; nõ ſine materia eſt. vult reliquum per hæc demonſtrare. Qualis videlicet ipſi naturali de aĩa diffinitio conueniat. cum igitur ſint hæc tria in rebus naturalibus, mã, forma, & cauſa per quã eſt ipſa forma in materia, circa hæc quinque verſant methodi naturalis, particularis ars, dialectica, mathematica, prima philoſophia. Quærit igitur quomodo vnaquæque ex illis methodis propoſita definiat. Antequam dicamus circa quæ ſubita vnaquæque harũ verſet, igit opus naturalis eſt de omnibus dictis differere, & de rerum naturalium materia, & de forma, & de cauſa, qua forma eſt in materia, vt quæ nam ſit cœleſtium materia, quod nõ quatuor elementa. verum alterum quodpiam horum quintũ corpus, quid forma, quod ſphærica: propter quid aũt ſphærica, reddet huius cauſam, & quod ipſius ordinis eſt, & ex habitu, quem habent ad ea, quæ ſunt ante ipſa, quemadmodum Plato in Timæo quæſiuit. propter quid cœlum ſphæricũ, quod (inquit) oportebat omnia comprehenſurum, at circundaturum omnia, habere capaciſſimam omnium figuram, capaciſſimum autem in planis eſt, circulus, in ſolidis vero, ſphæra demonſtratur enim quod figurarum, quæ ſunt æqualis

menſuræ,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

menſuræ, ea quæ plures habet angulos, capacior eſt, & propterea quæ ſine angulis eſt omnium capaciſſima eſt, veluti ſi ſpatium quadrangulare ſit, atque alia. quæcũq; de figuris multorum angulorum, vt hexagonus, habet autem quadragonus & hexagonus ambitum quatuor vlnarum, ſit autem aliud ſpacium rotundum videlicet circulus, earum quatuor habẽs ambitum, illud ſpacium figuræ, quod habet ſex angulos, maius eſt eo, quod habet quatuor latera, quod autem circuli ſpacium eſt, hexagono maius eſt, ſimiliter quoq; in ſolidis, in cubo ſcilicet & octahedro, & dodecahedro, & ſphæra, & reliquis, id enim quod erit multorum angulorum plus capiet, quã cubus ſecundum ſpacium, ſphæra vero capacior erit eo, quod multorum erit angulorum. Reddit autem & Ariſtoteles naturalem cauſam figuræ. Dicit enim ſphæricam figuram illi, quod eſſet futurum æternũ, conuenire, quæ figura neque principium habet, neque finem: verum ipſa in ſeſe contrahitur. Plotinus quoque naturalem cãm figuræ ipſius hanc cœli ex habitu, quẽ habet ad ☉, quæ ſunt ante ipſum. cõtinue autem ſunt ſuper cœleſtia intellectuales ſubſtantiæ, maxime vero oportet effectum continuæ cauſæ eſſe ſimilem, & eius imaginem, atq; imitationem ferre propterea, igitur (inquit) circulariter mouetur cœlum, quia intellectum imitatur, proprium nãq; eſt intellectus, ad ſeipſum verti, ipſe enim videns eſt, ipſe viſus. cũ nanque videat ſpecies, ipſum ſe videt, ſeque ipſum videẽs ſpecies ipſas videt: plenitudo eſt enim ſpecierum, & ſpecierum ſpecies, cœlum igitur habet figuram ſphæricam propter circularem motum, quem habet propter eam ſi militudinem, quam cum intellectu habet. & aliter imitatur intellectum impartibiliter vbiq; exiſtentem, vt igitur ille ſimul vbique eſt hoc modo cœlum eſt vbique, quo igitur vbique ſit, quod vbiq; eſt, imitatur, pfectio nãq; priorum eſt ad ſuperiora cõuerſioq;, & ſimilitudo. Reddit ahuc Ariſtoteles naturalẽ cauſam figuræ hanc, quod enim (inquit) æternum futurum eſt, huic ſphærica figura decens eſt, quæ figura neque principium habet, neque finem, ſed ipſa in ſeſe vertitur. hoc igitur modo naturalis omnium naturalium reddit & materiam, & formam, & cauſam, atque ideo diffinitionem aſsignat de materia, de forma, & de cauſa, per quam eſt in materia forma. Particularis vero artifex ipſe quoque circa hæc omnia ſe habet, at a naturali differt, quod ipſa res circa particulare ali quod verſatur, vt medicus circa humana corpora. Archi tectus circa lapides, & ligna. Sed hic quoque diffinitionẽ reddet, amplectens & materiam, & formam, & cauſam. Differt autem & ſic a naturali, quia particularis artifex proximas ipſas cauſas aſsignat ſolas, naturalis vero quo que primas vt cauſas, quæ generationis, & corruptionis ſunt ipſe medicus proportionem humorum, & eius horum proportionis elementa. Naturalis autem progredietur vlterius & in materiã & in formam. nãque oportet ipſum quoque particularem artificem cauſam cognoſcere. ego enim (inquit Plato) non autem voco, quæ ſine ratione ſit res. Dialecticus autem diffinitiones aſsignabit e formaque, & cauſa, has enim circa res ipſe verſatur, & hanc ipſam non vt cauſam conſiderans, at ſimpliciter, vt rem quandam vel formam, veluti quod ira eſt vltionis cupiditas, hic nullo modo ſubſtantiq; ipſius iræ nobis notitiam dedit. At ſolam cauſam, per quam ira eſt, dixit, eſt enim vt ferat moleſtiam in eum, qui ante iniuria affecit, & ideo vanam eſſe eam diſtinitionem dicit, quia rem ipſam non ſuſcipit. Quod autem & cauſam dicens, non vt cauſam ipſam reddit, ſed ſimpliciter vt rem quandã manifeſtam ideſt, ex his, quod effectus mentionem non fecit, effectus autem cupiditatis eſt feruor ſanguinis circa cor. Quoniam enim vult contra moleſtiam ferre propterea mouet ſanguinem circa cor. Quare ſi quidem dialectica diffinitio cauſam dicens, non effectus mentionem fecit omnino autem ſit neceſſe diſſerentem de cauſa effectus quoque mentionem facere (hæc enim ſunt ad aliquid) illud patet quod cauſæ mentionem facit, non vt cauſæ, ſed (quemadmodum dixi) veluti rei. Mathematicus autem verſatur & ipſe circa formas a materia ſeparabiles. non omnes, at quęcunque conſideratione ſeparari poſſunt, hæc autem ſunt, quæ vocantur communia ſenſibilia, veluti magnitudines, & figuræ. carnis enim forma, & oſsis, & talium rerum, neque per conſiderationẽ ſeparari a materia poſſunt molle enim, & liquidum, & rubeum, & alia, quibus informatur caro, quo ſimul cognoſcantur. propriam materiam cognitam ſimul habẽt: ablata autem materia, ſimul quaque ipſa auferuntur. Aſſignat igitur mathematicus earum formarum, quæ ſunt a materia abſtractæ, diffinitiones, non curans materiam illis per ſe redditis, ideo neque cauſæ in diffinitione mentionem facit, ſi nãque cauſam diffiniret, omnino quoque materiam ſumeret. Quoniam igitur de materia non diſputat, propterea neque cauſæ meminerit. Veluti quid eſt triangulus? eſt figura, quæ tribus rectis lineis continetur. Quid eſt circulus? eſt figura, quæ vna linea continetur. in his nullam materiæ mentionem fecit, atque ideo, neque cauſæ, per quam in hac materia hęc forma eſt, ſed ſi quidem eorum, quæ per ſe figuris euenĩunt, cauſas aſsignabit. vt quid ita triãgulus duas rectas æquales habet? Primus autem Philoſophus de formis omnino ſeparabilibus a materia diſputabit, formarum nanque materialium ſunt quoque in anima noſtra rationes, & quæ abſtractæ ſunt in opificis mente, & earum quæ ſunt in anima, aliæ quidem ſunt diuiſibiles, quæ ſunt in imaginatione, aliæ vero impartibiles, et indiuiſibiles, quæ ſunt in rationali parte ipſius animæ. ipſe igitur Geometra de diuiſibilibus formis, quæ ſunt in imaginatione diſputat, imaginatione enim vſus eſt, vt abaculo operans, & ſpacia rametiens, atque putans. ipſe vero primus Philoſophus diſputabit hiſce de formis, quæ ſunt in parte rationali ipſius animæ, decq; opificibus, at eæ differunt ꝙ illæ quidẽ in anima ſunt imagines primorum, & rerum cognoſcitiue, hæ vero aliæ ſunt exemplares, & factiuæ. diſputans igitur de opificibus, vt ſpeculatiuus operabitur, de iis autem quæ ſunt in anima, veluti purgatiuus, purgatiuus enim operatur, quando ad ſe conuertitur, & animæ ſubſtantiam cognoſcit, tunc enim per ſcientiam vere purgatio eſt & affectuum, & ignorantiæ, qui autem cognoſcit animæ ſubſtantiam, illæ plenitudinem eſſe formarum cognoſcet, & propterea dicet reminiſcentias eſſe diſciplinas. Qui enim cupiditatem vlciſcendi diffinit, dialecticus videlicet eſt, hoc autem cauſa eſt, & finis ipſius iræ motus. Qui vero feruorem ſanguinis circa cor, vel calidi, naturalis eſt, hic autem ex materia diffinit, materia enim ſanguis eſt circa cor, vel ſimpliciter calidũ. Quo modo autem dicimus hoc eſſe ex materia? atqui videbitur id eſſe ex forma, & materia, dixit enim feruorem eſſe, hæc autem forma eſt iræ, materia vero ſanguis circa cor, at cauſa tanquam finalis eſt propter cupiditatem vltionis. Verum dico ego, quod nõ ſimpliciter feruor forma eſt iracundiæ. Quoniam ſic quotieſcunq; ferueret ſanguis circa cor ex aliis quoq; occaſionibus, eſſet ira, ſed eſt forma iræ feruor ab hoc factus (vt ipſe paulo ante dixit) ab eo dico qui triſtitiam intulit, quare ſimpliciter feruor ſanguinis eſt vt continua materia ſubiecta huic feruori, qui fit propter eum, qui moleſtia affecit. Quando igitur formę meminimus? quando proponimus, quod appetitus vltionis eſt, dicendo enim iram eſſe appetitum vltionis, tunc meminimus ab eo, qui affecit triſtitia, motum eſſe feruorem, & hac de cauſa vt in ipſum contra feratur triſtitia, hoc enim tuliſſe triſtitiam. eum quoque, qui triſtitiam dedit, ſignificat.

Horum autem alius quidem materiam reddit, alter uero ſpeciem, & rationem.

Naturalis enim materiam reddit, dialecticus autẽ ſpeciem, ſiue cauſam, eſt enim cauſa quoq; veluti forma deſignans ire affectum præcipuum, nam quoque per alias quaſdam cauſas (quod dixi) ſanguis circa cor mouebitur at non vt contra dolorem ferat, hoc enim deſignatiuum eſt iræ. quapropter ipſa cauſa erit, & forma, & hic quidem pleniſsime dicit ipſum naturalem de materia diffinitionem reddere, deinceps autem poſtquam hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ipſum diligentius inquiſiuit, quæ ſcilicet naturalis diffinitio ſit, delectum facit, atque dicit eam eſſe, quæ cum materia formam quoque reddit non ſine cauſa.

Alia enim ratio eſt, alia uero rei.

Subdiſtinguendum eſt, inter enim coniunctionem, & vero, vt ſic ſe habeat, alia quidem enim ex diffinitionibus ratio eſt, cauſa, ſiue forma iræ: alia vero rei eſt diſſinitio, videlicet ſubſtantiæ & materiæ.

Neceſſe autem eſt eſſe hanc in materia tali, ſi erit.

Hãc (inquit) e forma diffinitionem, ſi futura eſt in ſubſiſtentia, neq; debet eſſe vana, & de nulla re ferri, neceſſe eſt eſſe in materia. quare perfecte redditurum diffinitiones, materiæ quoque mentionem facere oportet.

Quemadmodum domus hæc ratio quidem talis utique ſit, quod protectio eſt prohibitiua corruptionis, quæ fit a uentis, & imbribus, & caloribus: alia uero dicit lapides, & lateres, & ligna.

Diffinitio igitur (inquit) quæ dicit, protectio eſt prohibitiua, & quæ ſequuntur, ea eſt dialectica, cum cauſam domus finalem reddiderit: quæ vero diſſinitio dicit, domum eſſe lapides, & lateres, & ligna, ipſa materiam reddet qualis eſt igitur forma domus? eſt quidem (veluti iã dixi) ipſa cauſa forma, niſi dixeris formam continuam domus talem ex his quæ dicta ſunt, compoſitionem, materiam vero talia ligna, & lapides, & lateres. neque enim quælibet ſunt.

Alia autem in his formam horum gratia.

Aſsignatis duabus diſſinitionibus, altera ex materia, & altera de forma: nunc inquit aliam eſſe diffinitionem quandam, quæ & materiam, & formam, & cauſam aſſumet, veluti domum eſſe protectionem in tali compoſitione lapidum, & laterum, & lignorum, poſtea & cauſa eſt, & hæc eſt forma, in tali materia eſſe prohibitiuam corruptionis, quæ fit a uentis, & imbribus, & caloribus. non.n. ſufficit dixiſſe, quod eſt protectio prohibitiua corruptionis, & quæ ſequuntur in affirmationem domus. per hoc enim ſic & ſpelunca erit domus & tentoriũ, ſed opus eſt addere qualitatẽ mãę, & cõpoſitionis.

Quæ igitur naturalis harum trium inquit diffinit omnes? Qualem naturalis eſſe dicemus? utrum quæ circa materiam, rationem autem ignorans? an quæ circa rationem ſolam? an magis quæ eſt ex ambabus.

Cum dixerit, an magis ex ambabus, ſimul cum diuiſione relictam particulam diuiſionis adpoſuit: an magis ex ambabus cum dixerit, ſimul iudicium quoq; contexuit: ex ambabus autem dixit, quia quidem ſunt tres in naturali diffinitiones, materiæ, formæ, & cauſæ, quod (vt ſæpenumero dixi) cauſa ipſa forma eſt.

Illarum uero quæ eſt utraque, aut non eſt aliqua, quæ circa affectus materiæ non ſeparabiles, neque inquantum ſeparabiles.

Cum dixerit in principio, dialectici quidem eſſe diffinitionem datã de forma, naturalis autem de materia reditam poſtea progreſſus & recte diſpoſito ſermone poſt quam dixit naturalis eſſe diffinitionem ex ambabus aſsignatam: quærit conſequenter de reliquis duabus diffinitionibus, ea quę de ſola materia, & ea quæ de forma redditur, cuiuſnam ſit artificis alterutra diffinitio, & quidem de ea, quæ datur de forma ſola, nihil dicit, ꝙ ea ſit dialectici, de qua iam dixit. de ea vero, quæ eſt ex materia ſola, dicit nullam eſſe artem, quæ circa materiam ſolam verſetur. omnis nanq; ars ſubiectæ ſibi materiæ imponi formam vult. quare non eſt ars, quæ de materia ſola diffinitur. at non ſimpliciter dixit, quod non eſt ars, quæ verſatur circa materiam, ſed circa affectus a materia non ſeparabiles, neq; inquantũ ſeparabiles, eo quia omnis artifex non de materia ſimpliciter diſſerit, verum de quadã, cui omnino quædam paſsiones p ſe accidunt. ipſe quoq; naturalis, etſi de materia ſimpliciter diſſerit, de hac tamen cuiuſdam diſputat, quænam eorum, quæ fiunt in altis, materia & vniuerſe, & particulariter, quænam grandis, que niuis, & reliquorum. Similiter quoque de his, quæ fiunt in terra, quæ animalium, quæ metallorum, & reliquorum. Quoniam igitur de hac cuiuſdam materia eſt artificibus ſermo, ipſa aũt materia per ſe habet affectus accidentes, quorum quidem ſatagunt artifices, ideo apoſuit circa affectus materiæ. Quærit enim faber ad ianuæ ſtructuram ligna recta, qui ſi interrogetur, propter quid ita id faciat, reſpondebit vt illa conueniant inter ſe. Quærit ipſe nauium fabricator, vt ita dicam, non ebenum. quia denſa eſt, & non ſupernatat, fortaſſe autem neque quercum, ſed ea, quæ rariora ſunt vt cupreſſum, & talia. Similiter ædium opifex affectuum propriæ materiæ ſatagit, quod non oportet (ita dicam) pumicoſos lapides accipere, quoniam fragiles, & ita in omnibus reliquis artificibus. appoſuit autem huic non ſeparabiles, neque inquantum ſeparabiles, non ſeparabiles quidẽ, quoniam affectus enumeratarum materiarum, magis autem oĩs materiæ, veluti materiæ affectus inſeparabiles ſunt, vt materiæ ſanguinis lignorum horum rarum, qui affectus eſt inſeparabilis, vel lapidum materiæ domus hoc denſum, hoc autem non inquantum ſeparabiles, videlicet inquantum neque ratione ſeparari poſſunt quidam nanque affectus ratione ſunt ſeparabiles, veluti figuræ & omnia mathematica, conſideratione enim poſſumus hæc ſeparare, hoc vero rarum ligni, vel denſum neque cogitatione abſque ſpeculatione poſſumus. hi ſunt igitur affectus materiæ, qui neq; cogitatione ſeparari poſſunt, qui quoque aſſumuntur in ratione materiæ, hoc enim (ut ita dicam) rarum lignum hoc ipſum totum materia eſt. figuræ vero non ſunt affectus materiæ, ſed corporis, corpori nanq; informato accedunt, ſed non quatenus nauali. quoque ſeparabiles ſunt ratione, qui enim ſunt vt naturalium corporum affectus, hi ſunt inſeparabiles, veluti rarum, dẽſum, graue eodem modo neq; feruor iræ, qui eſt in ſanguine, ſeparabitur, neq; p cogitationẽ, quapropter hoc totum, feruor ſanguinis circa cor. eſt ipſius iracundiæ materia. non eſt igitur, inquit ars quæ circa ſolos affectus materiæ verſatur, ſine aliqua ratione, & cauſa. Quare & ipſe Plato bene inquit hoc ego non voco artem, quę ſit irrationalis res. Quod ſi ita eſt, nullus diffinitionem ex ſola materia aſsignabit.

Sed naturalis circa omnia, quæcunque talis corporis, & huiuſmodi materiæ ſunt operationes atq; affectus alius autem circa ea, quæ talia non ſunt, & quidem circa aliqua, ſi contingat artifex, ut faber, uel medicus.

Quoniam igitur dixit, circa omnia, ſecernit ipſum ab eo artifice, qui circa vnumquodq; eſt. ſingulus nanq; illorum circa particulare aliquod ſe habet Dicendo autem, talis corporis. ipſum ſeparauit a mathematico, non .n. figuras, inquantũ talis corpis figuras cõſiderat. Quare neq; materiam in diffinitionibus aſſumit. adhuc vero ſeparare ipſum poſſet & a dialectico, & a primo philoſopho, nullus nãq; horum inquantum talis corporis hos affectus cõſiderat, neque in materia quãadmodum iam diximus. de omnibus igit naturalis opus eſt dicere quæcunque talis corporis ſunt, non enim ſolũ de corpore diſputabit, verum etiam de hoc corpore, de omnibus igitur inquit, per quę ſingulum corpus hoc aliquid eſt, & de tali materia, nãque vniuſcuiuſque continuam materiam reddit cũ propriis ipſius affectibus vel operationibus. omnia nãque corpora materialia in faciẽdo, vel patiendo videnť, vel operatiões, & affectus (vt ait Alexander) pro hoc dicet de affectibus his, qui ſunt in materia, & corporibus cum ratione ipſorum videlicet cauſa: quę aũt non talia ſunt, alius non talia quęcũque enumerauit. Si nãque particularis artifex circa ea, quę dicta ſunt verſať, non ſaltẽ circa oĩa, horum igitur prꝛterea, quæ dicta ſunt, de quibuſdã quid eſt vniuerſalis artifex diſputabit, vt faber de lignorũ rectitudine, aut ariditate: de quibuſdã autem medicus, de corporibus ægrotantibus.

De non ſeparabilibus quidem, inquantum autem non huiuſmodi corporis affectus, & ex abſtractione mathematicus.

Etenim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Etenim mathematicus de inſeparabilibus quidem formis diſſerit: at non vt talis corporis affectus ſint, videlicet non vt æris affectus, aut ligni, aut cuiuſdam talis, at velut deprædatus ea, quæ ſunt materiæ, hoc enim ſignificat, quod ait ex abſtractione ſic de ipſis per ſeipſa cõſiderat. Carnis.n. forma & ligni, & talium inſeparabiliſq; eſt, & talis corporis affectus haud ſeparari poteſt a tali elementorũ concurſuq;, & temperamento, quare neq; per conſiderationẽ ſeparari poſſunt, mathematicas quidem figuras inquam eſſe & ipſas inſeparabiles a materia, ſed non vt tale ſubiectum exiſtentes ipſi, quapropter & plurimis eæ ipſæ ſunt, & ligno, & lapidi, & alijs plurimis carnis forma, vel oſsis nõ ſic ſe habente, igitur quia talis corporis nõ ſunt affectus, propterea & animo ſeparari poſſunt impediente nihil materia, in qua conſtiterunt.

Quæ uero ſunt ſeparata, primus philoſophus.

Volentes Philoſophum ſcire, dictiunculæ huius ideas accipiunt: ecce inquit ſciuit ſeparabiles formas horũ, quæ hic, de quibus inquit primum Philoſophum diſſerere. co inferunt autem, & alibi ipſi dicta in teſtimonium, quod ipſe eſt, qui dixit eſſe ordinem duplicem, alterum quidẽ in Imperatore, alterum vero in exercitu, & eum, qui eſt in Imperatore eum facere, qui eſt in exercitu, & rurſus in quit eſſe duplicem ſanitatem, alteram quidem in medico factiuam ſanitatis ſecundum rationem, alteram vero in ſano corpore, quare ſciuit & ſeparabiles formas. alii autem non volentes ideas ipſum dicere inquiunt eũ dicere ſeparabiles formas ſubſtantias ipſas diuinas, quæ quidem omnino diuiſæ ſunt a materia. quemadmodum ipſe quoque alibi dicit eas abſque potentia eſſe operationes.

Sed redeundum eſt, unde oratio defluxit. dicebamus autem quod affectus animæ inſeparabiles eſſent a naturali materia animalium, inquantum tales ſunt ira, & metus, & non quemadmodum linea, & ſuperficies.

Poſtq; dixit paſsiones animæ materiales eſſe rationes, & ideo nõ de omni anima naturalis eſſe diſſerere, ſed de ea, quæcũq; eſt nõ ſine materia, & ob eam rem coactus dicere quot modis materialia ſint diffinienda, qualiq; diffinitione naturalis ipſe vteretur, poſtea cum præterierit, atq; dixerit, qui nã reliquis vtãtur diffinitionibus, quod nihil ad propoſitũ tractatum confert, nunc in ſermonem de paſsionibus animæ regredit, & ea, quæ dicta ſunt in memoriã reducit quod animæ paſsionibus ad inuentionem diffinitionibus egemus. Scimus igitur, inquit, quæ aĩæ paſsiones dicuntur, eas aĩæ ſolius haud eſſe proprias at vtriuſq; ſimul, & ab hoc inſeparabiles, quæ neq; conſideratione ſeparari poſſunt, quẽadmodũ in linea, & ſuperficie, hæ nãq; licet habeant a corpibus inſeparabilẽ in exiſtentiã, cõſideratione ſaltem ſeparantur, nõ ſic igitur animæ paſsiones ſunt ſeparabiles, quẽadmodũ linea, & figuræ, ſed veluti quæ a mã neq; conſideratione ſeparari poſſunt. impoſsibile nanq; eſt iræ eſſentiam cõſtruere, qui materiæ non meminit, ſimiliter quoq; de aliis paſsionibus, hoc enim ſignificat eo ipſo, inquantũ tales ſunt, nãq; ira, inquantum ira, eſt a corpore inſeparabilis, feruor nãq; eſt ſanguinis circa cor ſimiliter & in reliquis. linea vero, & triangulus, & talia, inquantum talia ſunt, ſeparabilia ſunt, quanuis habeant inſeparabilem inexiſtentiam, quare illorũ quoq; diffinitiones abſq; materia reduntur. Qm igitur ira eſt & in ratione, eſt et in ſpiritu, eſt & in viuo corpore, veluti ratione quidem cõmittẽte ſpiritui cupiditatem, ſpiritu vero mouente ſanguinem circa cor animalis cupiditati, quẽadmodum quoq; ſe habet in Rege, in duce, & militibus. Rex.n. cõmittit Duci vt quoſpiam puniat, Dux aũt milites mouet, milites aũt puniũt. qm igitur tertia eſt ira, vt non intelligamus ipſum dicere de ea, quæ eſt in ratione, q; eſt inſeparabilis animali, hæc enim ſeparabilis ab omni corpore, vel de ea quæ eſt in ſpiritu, nãq; hæc quoq;, & ſi non ab omni, ſaltem a corpore terreno eſt ſeparabilis, vnde dixit, inquantum tales ſunt, videlicet feruor ſanguinis circa cor, hæc.n. videlicet ira, inſeparabilis eſt ab hoc viuo corpore.

Conſiderantes autem de anima, neceſſario ſimul dubitantes de his, quibus abundare oportet pertranſeuntes comprehendere opiniones priorum, quicunque aliquid de ipſa enuntiauerunt, ut quæ quidem bene dicta ſunt, accipiamus, ſin autem nõ quid bene, hoc ipſum uitemus.

Quod quidem dicit, tale eſt, ſubſtantiam animę inquirentes, & prædubitantes in ſermonem de anima (quoniam veluti hic, & alibi dixit abundantiæ principium eſt ipſa indigentia) indigẽtes igitur dubitare de anima, oportet cauſa abũdandi, & quę de ipſa ab antiquis dicta ſunt, prius pertranſire, & cauſam inducit, vt (inquit) ſi quidẽ bene quid dictũ eſt, amplectamur, ſi quid autem non bene, hoc ipſum fugiamus, quæ quidem dicit hæc ſunt, qđ autem obſcuriorem dictionem conſtructio fecit, oportet paulum traducta ipſa ſic dicere, conſiderantes autem de anima neceſſe eſt opiniones priorũ tranſeuntes prius & ſimul dubitantes de quibus abundare oportet cõprehendere, quicunq; aliquid de ipſa demonſtrauerunt, & quæ ſequuntur ſcopo de anima propoſito, inquit, oportet prius pertranſire, & enumerare ſermone opiniones priorum, atque ipſas ſermone comprehendere, & ſi quidem quodpiam non bene dictum eſt, deuitare: ſi vero aliquid bene, complecti.

Principium autem quæſtionis proponere quæ maxime uidentur eſſe illi ſecundum naturam. Animatum igitur, ab inanimato ducbus maxime differre uidetur, motuque & ſenſu, accepimus autem & a maioribus hæc fere de anima.

Quod propoſuit hoc fecit, & facit. dico quidem ex accidẽtibus p ſe aĩæ diffinitionẽ ipſius inuenire, dixit.n. qđ nõ ſola accidẽtia per ſe ex diffõne diſcimus, ſed ſæpe numero quoq; econuerſo ex accidentibus diffinitionẽ, qñ manifeſtiora ſint ea diffinitione, accipit igitur ea, quæ ad eſſe animæ videntur, hic autem motus, & ſenſus eſt, horum autem fidem facit ex his, quę natura poſteriora ſunt nobis vera notiora quoniã quæ natura ſunt poſteriora, nobis ſunt priora in cognitione, videlicet aĩatũ prius q; aĩam cognoſcimus aĩatum nãq; eſt anima poſterius natura. Dicit igit quodcunq; inuentũ fuerit differre ab inanimato animatũ, hoc ipſum ipſius eſt animę, ſi nãq; ipſa res nũc animata, fiat inanimata, prius quidẽ cũ ſit anima localiter mouetur, & ſentit quãdo vero facta eſt inanimata, neq; mouebit, neq; ſentiet. ſenſus igit, atq; motus ſunt ipſius animæ opera, & tandẽ quidẽ dicit ſimpliciter hæc animæ accidiſſe, ipſe ſuo nõ acquieſcẽs ſermoni, ſed illud inſerens oẽs, q ante ipſum fuerunt, huiuſce fuiſſe ſentẽtię, enumeraturus aũt ſtatim eſt opĩones eorũ, qui fuerunt ante, dicens quod hæc duo accepimus de anima ab antiquis. Quare neq; dixit maxime exiſtentia illi ſecundũ naturam, ſed quæ maxime videntur eſſe illi. Quoniam igitur nondum ſuam detegit opinionem, ſed antiquorum ſententiam denudat, ideo ſenſumq;, & motũ dixit cõiter animæ adeſſe, verum non hæc omni animæ adſunt, non enim vegetatiuæ ſunt, ſed animalibus. ipſe igitur deinceps diiudicans, & propriam ſententiam exponens animam dicit eſſe vniuerſaliter authorem viuendi, viuere nãq; facit ea, in quibus nata eſt, viuunt autem viuẽtia nutrita, & aucta, & gñantia ſimilia ſibi ipſis, ex vnaquaq;.n. potentiarum iſtarum animam contemplantur. hoc igitur vniuerſãliter omnis animæ eſt proprium animalium vero dicit eſſe, proprium cogitare, & iudicare, & ſentire. Hic ſane ſequens antiquiores animæ dicit eſſe ſenſum, atque motum, motum dicens localem, & huius qui ab impetu animali in ſeipſo fit cum res mota principiũ motus habeat. mouentur.n. naturalia quoque corpora, ſed non naturaliter, neq; principium motus in ſe habentia, ſed ab alio extrinſecus mouentur. non enim natura glebæ eſt vt feratur infra, ſed ad id quod ſecundum naturã talem motum habet, cum in loco præter naturam ſit, vnumquodq;.n. in integritate ſua perſiſtere natum eſt, nãque aut ſtare volũt integritates, aut orbiculariter moueri, quare motus quoq; circularis ſtatio eſt. ſphæra nãq; ignis, atq; aer circa ipſam cum mundo moti, talem qui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dem modum violentum habent, nō tamen ab eo, quod est secundum naturam, digrediuntur, nāq; cum circulari ter moueantur, proprium locum tenent, non.n. sunt in loco præter naturam, videlicet in loco circa terrā, sed & propriam quietem moti circulariter habent, particularis ignis, & particularis aer, & aqua ipsa, violentia quadam extrinsecus exagitante aloco, qui est illi secundum naturam rursus ad eum locum qui secundum naturam illi est, viam mouet, in quocunque autem mouetur loco velut in alieno existens, & extra propriam integritatē, præter naturam est, igitur non est motus in natura in locum secundum naturam, & ipsæ integritates tales motus non mouent. oportet autem magis ipsam naturam in integritate differri, non igit' ipsi motus in partibus sunt. At viæ, quæ ad locū secundum naturam ferunt, cœlestibus ergo natura est circularis motus, & hoc partibus totum sustinet, & in toto magis, quā in partibus circularis apparet motus, velocissima nāq; est ipsius totius reuolutio. Sic igitur tales motus non secundum naturam, sed viæ sunt ad illud quod est secundū naturā, verū possunt aliter dici secundū naturā, quemadmodum quoq; dicimus sanationem secundum naturam, præter naturam vero ipsam velut infirmationē, quod illa quidem ſm naturam agit, hæc vero præter naturam. Sic igitur, inquit, maiores cū sensum, atq; motum animæ ęē definiuissent, et bene hoc, etsī non omnis male quæ sequuntur, cōcluserunt, positq; enim putauerunt omne mouens moueri: si mouet, inquiunt anima omne autem mouēs mouetur, illud sequitur quod ipsa moueatur, male autem localem dicentes, si quidem enim corpus sit mouens, illud certe, quod mouetur, mouebit, veluti ianuam baculus, & baculum manus, & manum totum corpus & ipsum, corpus anima, si quidem sit incorporeum primum mouens, non illud necesse est, i sum moueri, s locaiter. nam Deus quoque moue is ip um mundum immobilis est, habens & substantiam & potentiam, & actionem stantem. præterea nihil ex hi , quæ appetuntur mouens mouetur. herba namque ad appetitum mouet asinum, cum tū ipsa non moueatur, & ipsa similiter imago stās amatorē mouet.

Dicunt enim quidam, & maxime, & primo animam esse id quod mouet: existimantes autem quod non mouetur ipsum non contingere mouere alterum eorum, quæ mouētur, aliquid animam, sic arbitrati sunt.

Bene apposuit primo, mouet enim baculus ianuam, sed non primo, sed neque ipsa manus primo neque totū corpus, at ipsa anima. Dicit ideo maxime mouens, et primo est anima ipsa.

Quocirca Democritus quidem ignem quendam, & calidū eam dicit esse. cum nanq; sint infinitæ figuræ, & atoma, rotundum dicit ignem, atque animam, uelut in aere quæ rameuta dicuntur, quæ per feneſtras in radiis apparent.

Cum dixerit, accepimus autem, & a maioribus hæc duo de anima motumq;, & sensum: primum Democriti opinionem exponit, hic enim naturalium corporum atomos, & vacuum dixit esse principia, nāq; esse in mundo infinita indiuidua corpora, infinitis figuris variata, quorum coitio, & separatio generationem & corruptionem facit, & differentias esse naturalium corporum de figuris atomorum, de quibus corpora composita sunt, et ad hoc a positione ipsarum, atq; ordine, quēadmodum diffusius in naturali auscultatione diximus. Cum igitur putaret Democritus esse animæ motū, ignē dixit esse illā propter motus facilitatē, de rotūdis aūt atomis esse ignē dicit, qm sphæra est facilioris motus figura, vtpote q̄ secundum punctum plano hæret. Quoniam igitur mouet anima, oportet autem mouens moueri maxime, quæcunq;.n. magis mouentur, mouent ob eam rem ex facilioribus mobilibus atomis rotundis ignēq; & aīam constare dicit Quare sic ego dico Democritum, cum dicat animam esse ignem, in Heraclitī sententiam venire. Differt autem, quod ille cōtinuum corpus hunc esse ignem dixit, quod nos quoq; dicimus; Democritus vero non continuas esse atomos asseuerat, verum vacuo dispersi, velut ea, quæ in aere vocantur ramenta, quæ in radijs solaribus per fores apparent. At i se Democritus nequaquam dixit ea, quæ videntur in aere per feneſtras pulue rulenta quædam, ex his esse uel ignem, vel animam, vel omnino has esse atomos: at quemadmodum dicit, in aere sunt hæc, quia vero propter paruitatem suam non apparent, ea neque esse videntur, deprehenduntur autem esse in radiis solaribus cum per feneſtras immittuntur, sic esse minuta, & inuisibilia propter paruitatem corpora in diuidua, quæ ipse putabat esse omnium naturaliū principia, quemadmodum medici compositorum principia quatuor elementa, quorum rotundas atomos facit animam, atque ignem.

Quorum omniseminarium elementa dicit totius naturæ. similiter quoque Leucippus.

Omniseminarium multitudinem figurarū dicit quem admodum enim in omniseminario, in cumulo est & frumentum & hordeum, & alia semina: sic in atomis figurarum semina omniseminarii esse dicit, & ipsum quoque Leucippum esse huiusce opinionis asserit.

Harum autem rotundæ animam, propterea quod maxime possunt per totum penetrare semper tales ἐ νομοὺ, & mouere reliqua, cum moueantur & ipsæ, credentes animam esse, id quod præbet animalibus motum.

Rhysmus est dictio abderica, significat autem figurā, neque certe tolerare debemus eos, qui tētant huic dictioni dare etymologiam, velut a ῥυ'σκεσθαι. i. reuoluere, siquidē. n. rotunda solum figura Rhysmus diceretur, apti quidem essent ad persuadendum illi, qui etymologiam istiusmodi afferrent, nunc autem omnem figuram Rhysmon dicunt. Quare non illi, qui ferunt etymologiam, admittendi sunt, quid. n. dicent in cubo? nō. n. hic ῥυ'σκεται. i reuoluitur. sed siue omnino dictio hæc etymologiā capit, eam quidē secūdum patriam linguā susciper quem admodum quoq; (si id eueniat) romanæ dictiones, aut aliæquædam in propriis linguis etymologiam ferunt. tribus autem vocibus indigenis Democritus usus est, hæ autem sunt, Rhysmus, Trope, diathige, significat autem Rhysmus figuram, Trope vero positionem, at diathige ordinem, dixit igitur, inquit, vt facilioris motus existentibus rotundis, esse ex illi animam, ea enim magis, quam alia penetrare, & mouere animal totum, cū moueantur atqui magis penetrare simul possent pyramidales atomi velut acuti anguli existentes, & incidentes magis, nisi qs dicat bases ipsas impedimento esse, rotundas vero delabi quod angulis careant.

Vnde & uiuendi terminum esse respirationem, constringente enim eo quod continet corpora, & extrudente figuras eas, quæ animalibus motum præbent.

Conabantur sectatores Democriti, quæcunq; accidebant animali suæ opinioni consona demonstrare: dicebant enim frigidum esse quod corpora continet, atque ob eam rem densa faciens corpora, & densatorum eiacu lari atomos rotundas, vnde animali & anima, & ipsum uiuere adest. Quoniam igitur eiaculatis atomis rotundis periculum est vt animal corrumpatur, auxilium quoddam factum est animali, ipsa inspiratio, inspirans enim extrinsecus alias atomos rotundas pro eiacularis viuere. quare eouq; viuimus, quouq; respiramus, respiratiōe aūt compressa, nos quoq; viuere desistimus: non solū autem quod ingrediantur per respirationem sphæricæ atomi, & adcernantur loco earum, quæ sunt egressæ, nobis accidere vt viuamus: verum etiam & ingredientes per inspirationē prohibeant legressuras impetu maiori, atq; eodē modo plures factas motuq; facili calefactas ipsum subiectum depellere frigus alienum, quod ipsis causa est, vt emittantur. Quod si quispiam quæreret, quid igitur solas rotundas inspiramus? illi quidem dicerent, quod etsi non solas, plures tamen motu quam faciles, quem admodum quoque ex frigore, ipsis situdine has emitti, quod lubricæ, cum careant angulis, sunt, & propterea

naturaliter

naturaliter motu q̄ faciles. respiratio autem dicitur & de inspiratione, & de expiratione, nunc vero pro inspiratione ipsam acceperunt.

Ex eo q̄ non est ipsas quiescere unquam, adiumentum fieri foris ingredientibus aliis talibus inter respirandum.

Obiectionem quādam, quæ per hæc esse videtur, soluit. diceret. n. illi quispiam. Quid autem nonne satis idoneæ sunt, quæ intus a principio sunt atomi, viuificare ipsum animal? quid autem ipsæ solæ ab ipsa densitate excluduntur? certe inquit, q̄m nullo quoq̄ excludente, cū sint motu facili, ipsæ per se non quiescentes educuntur, quare auxilij extrinsecus indigent.

Prohibere nāque has, & quæ sunt in animalibus egredi cohibentes simul constringens & comprimens, & uiuere quoad hoc possunt facere.

Hę inquit ingredientes per inspirationem, non solum ipsæ sunt causa vitæ, verum etiam quæ egressuræ sunt, ipsius motus caliditate frigus externū propellentes prohibebunt, quin iam egredientes contrahūt motu maiori duorum nāq̄ motum, qui maior est minorem secū trahit, sic igitur cum aliæ expirentur, alię inspirentur, si quę inspirantur sunt plures, reliquas contrahunt.

Videtur autem & q̄ à Pythagoricis dictum, eandem habere sententiam. dixerunt. n. quidam ipsorum animam esse, quæ sunt in aere ramenta, alij autem quod illa mouet.

Secūdam opinionem Pythagoreorum de anima enumerat. horum aūt quidam animam esse dicebat ea, quæ per fenestras in radiis solaribus apparent puluera corpuscula. alij vero, q̄ ea mouet, non vt ea ipsa esse animam illi dicerent, ridiculum nāq̄ esset verum nos hoc scimus, q̄ ipsa Pythagoreorum doctrina mistica erat, qui dogmata sua occultabāt, ne, vt ait Plato, coriariis quoq̄ sapientiam suam palam facerent: quēadmodum igitur in poeticis fabulis (vt ipse rursus Plato inquit) si quidem apparentiæ ipsarum fabularum quispiam acquieuerit, ipsas quidem deridendas videbit: q̄ si, quæ in illis occultatur, sententiam quæsiuerit, spiritu quidem numinis indigebit. idem quoq̄ de Pythagoreorum doctrina dicendum est, si nāq̄ q̄ apparet accipiemus, deridendum quidem illud erit, non autem q̄ ad sapientes pertineat, verū vetularum nugæ: q̄ si illi sapientes erant quodpiam ex apparentibus sanctius quærere oportet, quēadmodum igitur qui dicunt harmoniam esse aīam, non eam, quæ in chordis est, harmoniam dicunt (id enim ridiculū esset) sed quia quēadmodum harmonia, sicut ipsi Pythagorici definiunt, est multorum mixtorum & diuisim affectorum vnitas (grauem nāq̄ sonum, atq̄ acutum contrarios existentes cum ipsa harmonia miscuerit, artificiosum perfecit.) Sic & anima nostra harmoniæ est, oīno causa. cum nāq̄ sint ea, quæ semper supra intelligibilia inquit, & omnino a materia separabilia, & ea, quę semper infra, & a materia inseparabilia, sintq̄ huiuscemodi, vt inuicē communicari nequeant, & vere diuisim afficiantur, hæc per seipsam mediam colligit anima, & vnit, atq̄ vnam ex ipsis harmoniam perficit. cum enim sit substantia eorum quæ supra sunt, fit eorum, quę sunt infra, & fere miscetur cum ipsis, per seipsam, quæ misceri non possunt, ea commiscens, & superiora inferioribus imperciens. quemadmodum igitur dicebant animam harmoniam, sic quoq̄ nunc ea, quæ sunt in aere ramenta, animam dicunt, aliud quodpiam per hæc obscure significantes: vt enim corpuscula hæc in lumine radiorum solis, neq̄ alio modo apparent, si nāq̄ non adsit lumē radiorum ipsius solis, non cognoscimus an sint, sic anima quoque in luce suiipsius apparens, q̄ nam habeat substantiam demonstrat, quandam. s. diuinam, incorpoream, atq̄ impartibilem. cum vero in tenebris apparet, hoc est in corpore, & in passionibus, videbimus ipsam, vt Plato inquit, veluti qui marinum Glaucum videntes, at eos, qui obiiciūtur colores, vt illæ passiones inquam, vel corpus & putabimus ipsam horū esse aliquid. Pythagoreorum igitur quidam hæc ipsa esse animam dicebant, quēadmodum Democriti atomos: alij autem q̄ illa mouet. dicerent aūt vniuersalem animam velut instrumentis hisce vtentem. sane igitur vnam vniuersalem animam intelligendū esse ipsos dicere, velut instrumentis illis vtentem, vel per ea animalia ipsa mouētem, vel quoq̄ particularem in vnoquoque animam mouentem per hæc veluti vel instrumentum ipsum corpus.

De his autem dictum est propterea q̄ continue uidentur mota, & si omnino sit tranquillitas nimia.

Causam inducit per quā ea quæ sunt in aere ramenta esse animam Pythagorei credebant. dictum est enim inquit de ipsis, q̄ semper moueri videntur, licet sit trāquillitas, tanquam de seipsis, neque ventorum causa motum habeant. Quoniam igitur illi esse animæ maxime proprium motum putauerunt, oportet mouens quoq̄ ipsum moueri, hæc ipsa corpuscula, vt ea quæ semper moueantur, animam esse dixerunt.

In idem etiam feruntur, & quicūq̄ dicunt animam esse ipsum mouens, uidentur enim hi omnes existimasse motum maxime proprium esse animæ, & alia quidem omnia moueri propter animam, ipsam autem à seipsa, propterea q̄ nihil uidebant mouens, q̄ non & ipsum moueatur.

In Platonem, & Xenocratem, & Alcmæonem obscure loquitur, & illi igitur, inqt, mouere esse animę maxime proprium crediderunt, sed postē putauerunt non posse eam mouere nisi moueatur, seipsam mouentem dixerunt esse aīam. q̄ autem Plato, cum seipsam mouentē diceret animam, non ſm localem motum dicebat, ipse in legibus manifeste dicit. agit autem, inquit, quæ sunt p cœlum, & terram, & mare suis ipsius motibus, quos qui dem voluntatem, & intelligentiam nominamus, & opinionem eorum, quæ recte & non sic se habent: & Anaxagoras cum diceret animam seipsum mouētem numerum, per seipsam mouentem dicebat.

Similiter aūt & Anaxagoras animam esse mouentem dicit, & si quispiam alius dixit, q̄ totum mouit intellectus, non tñ omnino, quēadmodum Democritus, is etenim simplr idem esse animam atque intellectum, uerum enim esse, q̄ apparet.

Quicunque, inquit, ab intellectu totum moueri dixerunt, illi quoq̄ videntur dicere esse animę proprium mouere, de quorum numero est ipse Archelaus. quid igitur, si totum intellectum mouere dicebant, animæ quoque esse motum proprium asseuerabant? certe inquit, idem nāq̄ credebant esse animam, atq̄ intellectum, quemadmodum Democritus. habemus igit hoc apud ipsos esse manifeste dictā, q̄ idem intellectus, & anima nullo modo est, at e syllogismo hoc probat. Democritus. n. inquit, præmanifestus est hoc volens, palam nāq̄ dixit verum, & apparens esse idem, nullaq̄ in re veritatem ipsam differre, atque etiam q̄ sensu apparet, sed quod vnicuiq̄ apparet: & videtur hoc esse verum, quemadmodum quoque Protagoras ipse dicebat, ſm rectum sermonem differentibus & sensu, & imaginatione, circa illud q̄ apparet, intellectu vero circa veritatem. Qd' si intellectus circa veritatem, anima vero circa apparens se habet, q̄ aūt verum est, idem cum apparente est, vt ipsi Democrito videtur, igitur intellectus est idem cum anima. quemadmodum nāque se intellectus habet ad veritatem, eo modo anima ad illud, q̄ apparet. igitur econtrario, quēadmodum q̄ apparet ad veritatem, sic intellectus ad aīam se habet: q̄ si idem est apparens, & verum, intellectus igitur atque anima sunt idem.

Quare bene feciſſe Homerum, ſic Hector iacebat mente alienatus, non quidem utitur intellectu ueluti potētia quadam circa ipſam ueritatem, ſed idem dicit animam atque intellectum. Anaxagores autem de ipſis minus explanat, frequenter enim iuſti, & boni cauſam ipſum intellectum dicit, alibi uero intellectum eſſe idem cum anima, in omnibus enim eſſe idem anima-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

libus & magnis & paruis, & precioſis, & non precioſis, non apparet autem, qui ſecundum prudentiam dicitur intellectus, omnibus ſimiliter adeſſe animalibus, at neque omnibus hominibus.

Cum enim de vulnere ſine ſenſu iaceret Hector veluti ſentiens: dixit, ait Poeta ꝙ iacebat mente alienatus, in idem ducens cum prudentia ſenſum. tanꝙ non eſſet intellectus potentia quædam circa veritatem, alia prꝛeter eam potentiam, quæ circa apparens, & ſenſibile ſe habet qua re non ſentire, vel deſentire alienatum mente dixit Homerus Democritus igitur aperte intellectum atque aĩam eſſe idem dicit. naxago Aras aũt aliquando intellectum ab anima ſeparare videtur, aliquando vero in diem reducere. Qñ enim dicit intellectum eſſe potentiam, & cauſam eorum, quæ bene & iuſte ſunt, ab anima ipſum ſeparat: id enim, tanꝙ ſint & quæ nec iuſte, nec bene ſe habent, & circa ea alia. ſanimæ potentia verſetur, ſic intellectum iuſtorum bonorũꝙ eſſe cauſam dicit, veluti præter animam diuinior ſit intellectus, at rurſus aliis intellectum, atque aĩam in idem ducens, hæc ipſa confundere videtur, in quibus ait intellectum in oĩbus eſſe animalibus & paruis, & magnis, & pretioſis, & vilioribus, intellectus autem proprie dictus ſm prudentiam, non in omnibus animalibus eſſe vr̃. at qd ego in animalibus dico? ſed neꝙ in oĩbus hominibus, quare cum dicat in oĩbus animalibus eſſe intellectum, animam ipſam eum dicere concedamus. oẽs igitur ij motum eſſe animæ proprium credebant, non omnino tñ, quemadmodum Democritus: non vt Democritus aperte, & ſemper hoc inquit idẽ eſſe, intellectum, atque aĩam. Sic & Anaxagoras, at tum idem, tum aliud, vt diximus, non quidem vtitur intellectu, vt quadam potentia circa veritatem, ſic. n. quoque verus eſt ſermo, *intellectum potentiam eſſe animæ, qui veritatem cognoſcit, ſed ipſum animam eſſe*, intellectum eſſe dicebant Anaxagoras, atque Democritus.

Quicunque igitur ad id quod mouetur, animatum, reſpexerunt, in animam ipſam maxime motiuam crediderunt: qui uero ad cognitionem, & ſenſum eorum quæ ſunt, hi quidem principia eſſe animam dicunt, alij quidem plura facientes principia, alij uero unum idem, uelut Empedocles ex elementis omnibus, eſſe autem unumquodq; animam horum dicens, hoc modo.

Dixit motum, & ſenſum maxime propria eſſe ipſius animæ, vnde quoꝙ aĩatum in hiſce ab animato differt. *his igitur de anima declaratis, alij quidem in ipſius motiuum reſpicientes, ex iis quæ maxime motiua ſunt, apud ipſos conſtare dicunt, alij vero in cognoſcitiuas potẽtias reſpexerunt.* poſtq̃ igitur enumerauit opiniones eorum, qui in ipſius animæ motiuum reſpexerunt, & eo modo de ipſa definiuerunt: nunc eos, qui ad ipſius virtutem cognoſcitiuam reſpectum habuerunt, enumerare vult. Dicunt igitur ꝙ ipſum cognoſcens ipſi cognito vult eſſe ſimile, ſimile ſimili cognoſcitur, vult enim cognoſcens cognito, & ſimile ſimili congruere. Quod ſi oĩa, quæ ſunt anima ipſa cognoſcit, illam propterea ex omnibus quæ ſunt, eſſe oportet. at quoniam hoc impoſsibile eſt, ꝙ. illa ſit omnia, quæ ſunt: oportet igitur illã ex omnibus eſſe principiis, vt ea ipſa principia habens, cum oĩbus quæ ſunt per ea, quæ ſunt omnia cognoſcat. inde igitur illi oẽs ex principiis animam faciunt, vnuſquiſque ſm ſententiam ſuam. alij quidem plura principia dicentes, eam de pluribus conſtare faciunt. alij vero ex vno, qui vnũ conſeſsi ſunt. Primum autem Empedoclis opinionem inquirit, qui exiſtentium principia materialia quatuor eſſe ſuppoſuit, quatuor hæc elementa, factiua vero duo contentionem atque amicitiam, ex iis igitur ipſam eſſe aĩam & inde eſſe rerum cognitionem dicebat.

Terra etenim terram, atque unda uidimus undam,
Aethere at æthera diuum, aſt ignis mobilis igne eſt.
Notus amore amor, & triſti diſcordia lite.

Manifeſtum eſt ꝙ cum eſſet Pythagoricus Timæus, & Pythagorcorum doctrina allegorica, ipſe quoque dicebat allegorice, eumꝙ animam ex elemẽtis eſſe diceret; hoc modo dicebat, videlicet non tanꝙ eſſet ex igne, ex aqua. & reliquis, quid. n. magis ipſa aliena elementa cognoſcebat? an elementa ipſam? non igitur ſic ſimpliciter elementa hæc eſſe animam dicebat: ſed vt ea, quę in ſe ipſa horum rationes haberet, dicebat aũt de contẽtione eſſe atque amicitia, qm̃ videbat ipſam habere potentiam reducentem, & deducentem, vocabat igitur ipſius reducentem potentiam amicitiam, contentionem vero deducentem: amicitia nãque vnionis eſt cauſa, magis autem vnita ſunt intelligibilia, quãto & propius ſunt vno omnium principio. contentio aũt in ſenſibilibus principatũ tenet, ea eſt diſceptatio. quare quoꝙ dixit, ſic & ego huc ſum profugus diuinitus contentione inſanienti errabundus obediens. eadem quoque Plato dicit *in Timæo*, nãque animam dicit eſſe ex hoc orbe, & ex altero, rurſuſꝙ in Phædro, habere inquit equum pulchriorem, & peiorem, per hos obſcure innuens potentias & reducentes, & deducentes, aliquando nãque anima ſm intellectum operatur, & ad diuina reducitur, aliquando vero in materiam deducitur. propterea igitur dicebat Empedocles ex amicitia & contentione ipſam eſſe animam, qm̃ quoque omnium eorum, quæ ſunt, hęc eſſe principia factiua ſuppoſuit, qm̃ videbat in omnibus & identitatem, & alterationem, & coniunctionem, & ſeparationem, ſed *in intelligibilibus magis amicitiam*, ꝙ contentionem vincere, in ſenſibilibus autem econuerſo, ꝙ illa (quemadmodum diximus) cum vno oĩum principio ſunt propius, coniunctione magis principatum tenent. *id igitur patet* ꝙ ipſe Empedocles allegorice hæc ipſa accipiebat, & cũ ipſam animam de quatuor elementis eſſe diceret, nõ ipſa elementa animam eſſe dicebat, ſed horum rationes in ea eſſe. dixerimus quoque ad Ariſt. confutantem quod apparet, ꝙ quemadmodum tu formarum locum dicis animam, & nullus quidem hoc diceret in aĩa eſſe equum, vel hominem, ſed rationes formarum formas dicis: eodẽ certe modo quoque Empedoclem cõſentaneum putare dicere, ſiquidem ſapiens erat vir: magis autem & de aliis fortaſſe hoc conſentaneum dubitare, ſi enim ſic vt eſt apparens, animam dicebant vel ignem, vel aquã, vel quodpiam tale, & non ſm quãdam conuenientiam hæc ipſa accipiebant, & multis quidem indoctis peiores erant: veluti Empedocles ex elementis oĩbus eſſe autem, & vnum quod animam totam quidem ex elementis animam dicebat, ac ſi eſſet ipſa alia præter vnũquodque horum, ſingulum quodꝙ autem inquit animã dicebat eſſe, adhuc autem contentionem atque amicitiam, cognoſcere aũt ſingulas res per vnumquodꝙ horum: quoniam ſimili ſimile cognoſcitur, ſic autem ſm ipſum ſex animas habemus. Poſsibile eſt autem eſſe vnũquodque horum animam audire, tanꝙ partem, neque potentiam animæ. dicimus. n. quoque nos iracundiam aĩam, & nutritiuam, videlicet animæ potentias, animas vocantes.

Eodem aũt modo in Timæo Plato ex elementis animam fecit, ſimile nãq; ſimili cognoſci, res autem ex principiis eſſe.

Plato etiam, inquit, ex iis, quæ ſunt apud ipſum principia, de quibus oĩa conſtare dicebat, eſſe animam dixit, vt cum ſit ex illis, omnium principiorum omnia cognoſcat. dicebat autem quinque genera eſſe oĩum principia, ſubſtantiam, identitatem, diuerſitatem motum, ſtatum: hæc autem non ſic eſſe genera dicebat, vt ſunt ea, quæ apud Peripateticos habentur, quæ diuiſa ſunt inuicem, & ex vnoquoque catena quædam generum atque ſpecierum ſubalternatum tradita eſt. Verũ genera ipſa vocauit, tanꝙ per omnia, quæcũque ſunt, ea tendant, in omnibus enim ſubſtantia eſt, per q̃ vniuſcuiuſque eſt eſſe. eſt etiam identitas inquãtum ex vno exiſtentium principio ſumus. habemus quoque diuerſitatem, qm̃ multitudo ſunt ea, quæ ſunt: vbi autẽ multitudo, diuerſitas eſt. motus quoque in oĩbus exiſtentibus eſt, motum aũt dico non imperfectam operationem, vt ait Ariſt. at operationem vniuſcuiuſque: omnia nãque, ipſa etiam inanimata, propriam habent operationem, vel. n. calefaciunt, vel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

frigefaciunt adiacentia, vel humectant, vel exiccant, vel aliud quid tale faciunt. in omnibus quoque ſtatus conſpicitur, etenim quæ ſemper mouentur, ſtatum participant. nō modo enim ꝙ ipſa ſtet integritas, verum, etiam ꝙ ipſe maneat continuus motus, ſtatus eſt. inquantum igitur quem mouentur, in motu perſeuerāt vel ſemper, vel vſque ad aliquod tempus, per hoc ipſum ſtatum participant. ex his igitur generibus animam Plato facit, eam nāque dicit eſſe de ſubſtantia, de integritate, de diuerſitate. de ſubſtantia aūtem non contingenti, ſed de ſubſtantia inſeparabili, & ſeparabili circa corpora, ex his vtriſque fieri ipſius animæ ſubſtantiam dicit, quo ſit vtriuſque cognoſcitiua, ſed quia omnium cognitio vel ſimilitudine, vel identitate fit, vel diſſimilitudine, vel diuerſitate, ꝙ. n. eſt album, albi appoſitione cognoſcimus (ꝙ nāque albo ſimile eſt, album eſt) & oppoſitione nigri, contrarium nāque nigri eſt album. & hęc in conſtitutione ipſius mixta ſunt inquit, cumq; de huiuſce natura dicat, de natura quoque alterius dicit. quid ita autem dicat aīam ſponte, & ſemper moueri, id patet, in hoc autem ſtatum quoq; habuerit. Res aūt ex elementis eſſe, videlicet exiſtentia, quorum ipſa habet aīa cognitionem. propterea igitur, qm̄ ex ipſis principiis eſt exiſtentibus ipſis rebus, ſimile vero ſimilis eſt agnoſcitiuū, cognoſcit. n. omnia, ex ipſis elementis fecit animam iis, quæ ſunt, vt ſimili ſimile cognoſcat, manifeſtum eſt, ꝙ maxime animæ cognoſcere proprium eſt, & eodem modo credidit.

ſimiliter autem & in de philoſophia dictis determinatum eſt.

De philoſophia, dicit ea, quæ de bono inſcripta ſunt, in illis autem non ſcripta colloquia Platonis Ariſt. commemorat, eſt autem legitimus eius liber. ibi igitur Plat. & Pythagoreorum de entibus & principiis opinionem memoriæ prodit. id igitur dicit eos dicere formas eſſe numeros, numeros autem denarios, vnā quāq; n. formam decada noīabat. numeros igitur ipſas formas vocabat, vel quia, quēadmodum numerus ea, quæ ſubiecta ſunt metitur, atque definit, eo quoque mō materiam formæ metiuntur, atque definiunt: quæ. n. in materia ingenerā tur, eam ipſam materiam, quæ per ſe indefinita eſt, definiunt, & termināt: vel quod, vt oēs numeri ex vno vnitatis principio deducti ſunt, ita formę ex vno oīum principio deducuntur. numeri igitur ob eam cām dicebantur, denarij vero propter ipſarum formarum perfectionem, numerus n. perfectus denarius eſt, omnem nāque numerum in ſeipſo complectitur, qui enim numeri ſunt poſt decada, in alios ab vnitate iterum reflectūtur in decada, quare decas quoque vocata eſt, quaſi quædam ſit δεχὰς. i. ſuſcipiens numeros. principia aūt harum formarum dicebat vnitatem, & dualitatē, & ternitatem, & quaternitatem, qm̄ numeri, qui ab vnitate vſque ad quaternitatem componuntur, decem faciunt. 1. 2. 3. 4. decem fiunt. eſſe igitur decem dicebat hæc principia quaternaria, & cōiter in omnibus entibus, & priuatim, & in intelligibilibus, & in naturalibus, et in ſenſibilibus. Cōiter igitur in omnibus vnitas quidem intelligibilia, impartibilis enim ab illis nō ſolum ſubꝫa, ſed etiam operatio in ſtatu, & immobilitate conſpicitur, dualitas autem, & ſcientia, vel ea, quæ ſcientia prædita ſunt, definite. n. ab hoc ad aliquid ſe habet, quia ſcientia a definitis, in definita trāſitus eſt: non eſt. n. ſcientia indefinita, inde. n. quoque græce ἐπιστημη. i. ſcientia dicta eſt, eo ꝙ ἐπιστάσιν. i. in ſtatū nos ducat. Ternitas aūt naturalia, & opinabilia, naturalia aūt dico vniuerſalia naturalibus. circa quæ verſatur opinio, quemadmodum quoque in Timęo Plato ait, quid hoc ꝙ ſemper eſt gnationem minime habens? intelligibile dicens. Quid aūt ꝙ ſemper fit, nūq̄, ea quæ ſunt in phyſicis vlr dicens. ſi nāque ſemper fieri ipſum dicit, & quidē fiunt naturalia, ſed in iis particularia quodam tpe exiſtentia, non quidem ſemper fieri dicerentur, id patet eſſe de vniuerſalibus eum ſermonem, circa quę opinionem quoque operari dicit, hoc enim intellectione inquit cum ratione cōprehenſum. ſ. intelligibile, illud autem rurſus opinione cum ſenſu irrationali opinabile eſt. Ternitas igitur hoc eſt, quia opinabile ſit, quare ternitas quidem opinio eſt, ꝙ geſtiat ab hoc, non tm̄ definite, ad aliquid ferri, ſed vel ſic, vel ſic: talia aūt naturalia ſunt, quæ eſſe in fluxu habeant, & non omnino ſint immobilia, atque immutabilia, ſed in formis quidem ſtantia, at huc, & illuc alterationibus per contrarias mutationes permutantur. ternitas igitur ſic ſe habet in his. & ſi dixeris cœleſtia mutari localiter, alia quidem ab oriente in occidentem plagam, alia autem econuerſo, & ab auſtro quidē alia in boream, & alia econtrario a borea in auſtrum. in ſenſibilibus aūt particularibus dico, & atomis ipſa quaternitas eſt, at quo modo, inquis? id procedentes oſtendemus, hoc igitur modo quaternarium principium cōiter in omnibus entibus contēplamur, priuatim vero dicunt ꝙ in intelligibilibus ipſam contēplamur. priuatim in naturalibus, priuatim in ſenſibilibus, & in atomis propterea aūt dicebat ipſum animal, ꝙ apud ipſum eſt, ſic ipſa animalis idea, & exemplum, & ipſum numerum denarium, quem conſtare ex vnitate prima, & dualitate, & ternitate, & quaternitate, videlicet ipſo vno, ipſa dualitate, ipſa ternitate, & ipſa quaternitate. Secundum aūt huius analogiam, & in poſt ipſum animal animalibus, immortalibus videlicet, & mortalibus hæc eſſe principia; quemadmodum. n. numeri denarij ſunt omnia, hoc quoque modo ex vnitate, dualitate, & ternitate, & quaternitate ſunt oīa. Sed ipſum quidem aīal ex prima vnitate, & dualitate, & ternitate, quaternitate. alia vero quæ poſt ipſum ſunt aīal, ſm analogiam elongationis, qua ab ipſo animali receſſerunt. ſic & a principiis reducta ſunt. non. n. eadem abſentia diſtāt ab ipſo aīali diuina, & immortalia, & ea quę morti obnoxia ſunt aīalia. igitur diuina quidem ſunt & ipſa ex vnitate ſecunda, & dualitate ſecunda. & externitate, & quaternitate ſimiliter & ſic ſemper ſm analogiā elongationis ipſius aīalis elongatio fit ipſorum principiorum. Dicebat igitur hæc eſſe quoque denaria principia in intelligibilibus, in naturalibus, & in ſenſibilibus: atq; iō, qm̄ anima hæc omnia cognoſcit ita eſſe, ipſam quoque eſſe ex his principiis vnitate, dualitate, ternitate, & quaternitate, ꝙ igitur dicebat intelligibilibus eſſe vnitatem, dualitatem, ternitatem, & quaternitatem? theologiæ ſit hoc dicere. Sed neque ꝙ in phyſicis dicebat, eam poſſumus expedite dicere; diceret autem quiſpiam, & in his eſſe quaternitatem, propterea ꝙ animalium ſpecies quatuor in mundo videantur, q̄ cœlum, q̄ aera, quę terras, & aquas incolant, in ſenſibilibus aūt punctum vnitatem accipit dualitatem, lineam, ternitatem ſuperficiem, quaternitatem vero ipſum ſolidum, hæc. n. corporis ipſius principia ſunt. Vnitatem quidem ipſum punctum, ꝙ eſt impartibile, dualitatem vero lineam, qm̄ ex ipſo puncto fluente linea facta eſt, quæ duobus punctis terminatur, & eſt longitudo ſine latitudine. Ternitatem aūt ſuperficiē ipſam, vel quia trigonus figurarum prima ſit, vel quod magis dicendum eſt, quia quēadmodum punctus ex ipſa diſtantia ſm longitudinem fluens alterum punctum fecit, ſi ita hoc ipſum punctum per latitudinem fluat, rurſus & alterum punctū generabit, quare ſic puncta fiunt. Vnum quidem ipſius longitudinis terminis, alterum autem latitudinis, tertium vero cōe ambobus. Quaternitatem autem per ipſum ſolidum capit, ſiue quia pyramis figurarum ſolidarum prima eſt, quæ quidem quatuor triangulis conſtat, ſiue rurſus ſm eandem analogiā, nam veluti punctus fluens in longitudinem alterum punctum fecit, & iterum in latitudinem fluens alterū fecit, hoc modo ſi in profunditatem fluat, adhuc alium faciet: quare quatuor puncti fient, oportet aūt lineam rectam profunditatis in ſublime tractam cognoſcere: ſic igitur in ſenſibilibus, vnitas, dualitas, ternitas, & quaternitas inſunt. qm̄ igitur quæcunque ſunt, anima ipſa cognoſcit, eam merito ex his eſſe principiis dicebat, vt oīa cognoſcat: eſſe ergo in ipſa vnitatem intellectum ipſum, per quē intelligibilium apprehenſiones facit, impartibilis nāque eſt intellectus obiectione ſimplici res ipſas cognoſcens: Dualitatem autem cogitationem ipſam, nāq; habet hoc vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quo,perficit.n.viam quãdam,& a ꝓpõnibus ad conclu ſionem tranſit. Ternitatem vero opinionem ipſam, qm̃ ipſa geſtiens aliquid opinari,ambigit,& quaſi viam ſciſ ſam facit,vtrum huc,an huc conuertatur,ac ſi viam quã dam perfecerit,deinde ingreſſa in viam ambiguã,& du bitans,an huc,an huc vertatur: ſic opinio quadam ſup poſitione vſa, & opinata quiddam de ipſa volens dubi tatione vtroque conuertitur firmandi propoſiti neſcia, ſiue affirmatio vera,ſiue negatio.cum nãque voluerit ha bere quãlibet cogitationem, & ſemel in hanc rem peti uerit,& quod eſt acceperit aĩa, dubitat, & diſputat vtrũ mortalem ipſam oporteat cognoſcere an immortalem: vel rurſus corpus ne,an incorporeũ, & ſic in omnibus, quaternitatem autem ſenſum, ꝙ ipſa quidem quaterni tas in ſenſibilibus ipſum corpus ſignificabat, & ſenſus ip ſius animæ cognitionum maxime corporeus eſt', parti culari enim auxiliatur,nam ſine corpore nihil cognoſcit, non autem dubitare oportet, ſi imaginationem reliqui mus, nãque ea in ſenſu comprehenſa eſt, quoniam quo que ex eo principia habet.

Ipſum quidem animal ex ipſa unius idea, & prima longitu dine,& latitudine,& profunditate.

Videlicet ex ipſo vno, ꝙ primo eſt vnum, & prima longitudine,& latitudine,& profunditate, iam diximus ipſum animal,conſtare,ex prima vnitate,& dualitate,& reliquis,quæ autem ſunt poſt ipſum, ſm̃ analogiam de ſecunda, & tertia,dualitas autem & trinitas, & quæ ſe quuntur,in q̃titate definita dicuntur, veluti cum in ipſis numeris fertur. Dicitur & in continua,veluti cũ in linea, vel ſuperficie hæc ipſa conſideramus. hic igitur vt in con tinuis ſermonem facit.ſic aũt ſcire oportet,ꝙ vnũquodq̃ harum magnitudinum vocauit illud, quo ꝙ prius eſt tu perat,lineam quidem longitudinem, nãque longitudine punctum ſuperat:ſuperficiem vero latitudinem, qm̃ lati tudine lineam ſuperat: alteram vero profunditatem,hç̃ enim differt a ſuperficie, nãque ipſa quoque ſuperficies habet latitudinem,ꝙ autem ſolidum eſt, longitudinem, atque latitudinem, non ſolum autem continuam quãti tatem ex quaternitate conſtituit, ſed etiam multo prius definitam: ſi nãque omnis poſt denarium numerum,nu merus, in ipſum denarium reſoluitur,ipſius vero denarij vnitas, dualitas, ternitas, quaternitas, principium eſt: ſequitur quod diffiniti,& continui ipſa quaternitas prin cipium eſt.

Alia uero ſimili modo, alia ſiue poſt ipſum animal ſi militer.

Videlicet ſm̃ ipſam analogiam ex vnitate, dualitate, ternitate,& quaternitate, vt iam dictum eſt, ſed non de prima,ex qua eſt ipſum aĩal,vel alia exẽpla,velut ipſum pulchrum, ipſe homo, & in reliquis ſimiliter.ſcribuntur autem aliæ ſimili modo & hoc quidem ſecundæ expoſi tioni ſit conſequens,alias enim ideas dicit, quæ eſt homi nis,& quæ eſt angeli.

Adhuc autem & aliter intellectum quidem unum,ſcĩetiam uero duo,ſolo nãque modo in unum, ſuperficiei autem numerũ opinionem,ſenſum uero ſolidi.

Videlicet & ſecundum aliam applicationem, ex his ipſis numerum animam facit.putans.n.eorum, quę ſunt alia eſſe intelligibilia,alia ſcibilia, alia opinabilia,alia ſenſi bilia: vnum quidem intellectui tribuit, qui eſt intelligi bilium perceptiuus,indiuiſibilis nãque eſt ipſe,& oĩno il lis ſimilis, & pariter obiectione prima ſine tempore res ipſas intelligens.duo vero ſcĩæ tribuit,compoſita nãque eſt ipſa ſciens cognitio (ſiquidem ſyllis eſt quidam) ſolo ſane modo facta,& non varie, videlicet nõ alias alio mo do,ſed ſemper vera,& ſibi ſe habens,per vnam viã pro poſitionum in vnum finem concl̃onem ducens. tria aũt numerum opinioni attribuit,non.n.ſolo modo, quem admodum ſcientia,ſit ipſa opinio: eſt.n.opinio tum ver̃a, tum falſa, oĩs autem ſcientia vera, qũo igitur tria nume rum opinioni proprium diximus,quatuor autem ſenſui propter eandem cauſam.dicebat ideo propter hoc aĩam ipſam exiſtentem ex vnitate, dualitate ternitate quater nitate,oĩa cognoſcere, propter eam, q̃ ad ea proprieta tem habet.Quare autem,cum dixerit vnum ipſum intel lectum,ſcientiam aũt duo,non etiam dixit,opinionem vero tria, ſed ſuperficiei numerum dixit? dicimus igitur ad hoc,ꝙ vnum,& duo non ſunt numeri,etenim ſecun dum diffinitionem numeri dicentem, numerum eſſe ex vnitatibus collectam multitudinem,dualitas quoque nu merus eſſe videretur, quæ re vera non eſt numerus,non enim ex vnitatibus multitudo eſt,nãque multitudo pri mo eſt in trinitate. præterea oĩs numerus multiplicatus fit maior,q̃ compoſitus.vt tria, & tria faciunt ſex,ter au tem tria,nouem,& ſic in oĩbus:vnitas autem econuerſo, multiplicata fit minor, quã compoſita,nãque vnum,& vnum, duo, ſemel vero vnum facit vnum.dualitas aũt, & multiplicata,& compoſita æqualis eſt, duo nãque & duo,& bis duo vtroque modo quatuor ſunt: non ergo neque vnitas, neque dualitas eſt numerus. quare primi numeri ſunt ternitas, & quaternitas, imparium terni tas, parium quaternitas: vnitas autem, & dualitas nu merorum principia ſunt.

Etenim numeri formæ ipſæ, & principia entium dicebantur, ſunt autem ex elementis, iudicantur autem res, aliæ quidem intellectu,aliæ ſcientia, aliæ opinione,& aliæ ſenſu:hi autem numeri ſunt formæ rerum.

Oportet paulum traducere ipſam dictionem quo fiat apertius id,ꝙ dr̃,Etenim formæ ipſæ numeri,& princi pia exiſtentium dicebantur,ſunt autem ex elementis. ipę enim formæ numeri, & principia exñtium dicebantur, patet.n.ꝙ non dicebat hos numeros,qui ſunt apud nos, eſſe formas exiſtentium, ſed ipſas formas eſſe numeros. probat autem per hæc ea quæ dicta ſunt, dico aĩt quid ita ex vnitate,& dualitate,ternitateq̃,& quaternitate cõ ſtare anima dicta ſit, nãque ideas inquit atque exempla exiſtentium numeros dicebãt, illi autem numeri ſunt ex elementis vnitatis, & dualitatis, & ternitatis, & quater nitatis. iam.n.diximus, ꝙ ipſas formas denarios nume ros dicebãt decas aĩt ex his componitur: eſſe vero ideas intelligibilium ſcibilium,opinabilium. ſenſibilium: hoc enim ſignificat cum dicit, iudicantur autem res aliæ qui dem intellectu, aliæ ſcĩa, aliæ opinione, aliæ ſenſu, nam ſimile ſimili iudicatur. Quare ſi formę rerum ſunt ex vni tate,dualitate,ternitate,quaternitate,(hęc.n.ſunt elemen ta formarum) anima autem cognoſcit oĩa,merito igitur ex elementis exiſtentium ipſam faciebant, vt ſimile ſimili cognoſceret. ex his autem, quæ dicta ſunt,illud nobis eſt manifeſtum, ꝙ qui ideas inducebant, & hæc eſſe exiſten tium principia dicebant,horum rurſus alia principia ſup ponebant vnitatem,dualitatem,ternitatem,& quaterni tatem.quare poſtquam dixit,numeri.n.rerum formę di cebantur,ſubintulit: ſunt aũt ex elementis.& ſuperius di cit,ipſum autem aĩal ex ipſa vnius idea,& quæ ſequunt, ipſum autem animal eſt, exemplum & forma,formę au tem hi rerum numeri, qm̃ ſupra dixit numeros eſſe for mas,ne eos,qui ſunt in cõſuetudine, numeros eum ferre putares, eos inquam, qui in curuatura digitorum fiunt. Deinceps cum dixit res ipſas iudicari alias intellectu,alias ſcientia,alias opinione, alias ſenſu. ſubintulit, hos nume ros eſſe formas rerum, hos inquit cum dixerit numeros formas intellectum ſcĩam,opinionem, ſenſum,quemad modum enim eſt ipſum aĩal, eodem modo eſt ipſa mẽs, & ipſa ſcientia. Sĩr & opinio, & ſenſus, & hæ ſunt ideæ rerum intelligibilium, ſcibilium opinabilium,ſenſibiliũ. igitur ipſa quoque aĩa cum in ſe has habeat formas,ſuſci pere res ipſas poteſt, iudicatur.n.vnũquodq̃ videlicet & cognoſcitur ſecundum formam ſuam.

Quoniam autem & motiuum uidebatur anima eſſe, & cognitiuum,ſic aliqui complexi ſunt ex ambobus enunciantes, animam numerum mouentem ſeipſum.

Diximus ex his,qui de anima dixerunt, aliquos reſpe xiſſe ad eius motiuam partem, aliquos aũt ad cogno ſcitiuam, & Plato igitur aliqñ ab ipſius motiuo ipſam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

diffinit, velut in quibus motum ſeipſum mouentem. dicit igitur in Phædro, immortali autem oſtẽſo, q̃ ſeipſum mouet, animæ ſubſtantiamq̃ & rationem hanc ipſam quiſpiam dicens non erubeſcit: quare diffinitionem dicit eſſe animæ q̃ ſeipſam moueat: aliquando vero ab cognitiuo velut in Timæo, p quæ ex principiis entium ipſam conſtituit, ſic igitur Platone modo in ipſius motum, modo in cognitionem reſpiciente, Xenocrates qui fuit huius ſucceſſor ex vtriſque ipſam animam diffinit, eam inquiens eſſe ſeipſum mouentem numerum, quia ſit ipſa exiſtentium cognoſcitiua, numerum dicens, vt Pythagoras, principium enim omnium velut illi dicunt numerus eſt, q̃ autem motiua eſt, addens illi ſeipſam eſſe mouentem, principium nãque, & fons omnis motus, vt illi volunt, eſt q̃ ſeipſum mouet. alij quoq̃, quorum deinceps mentionem faciet, ex ambobus ipſam definiebant aïam quemadmodum, & ideo, ſic aliqui, dixit.

Differunt autem de principiis, quæ, & quot, maxime quidem corporea facientes incorporea, bis autẽ miſcentes, & qui ex ambobus principia enunciantes. differunt aũt quoque circa multitudinem, alij enim unum, alij uero plura dicunt.

Poſtquam per ea, quę dicta ſunt, opiniones expoſuit de anima maiorum, & qui ad eius motiuum, & qui ad eius cognoſcitiuum reſpexerunt, in iis ꝑñr de ipſorum differentia circa principia diſſerit, differentia n. de principiis, illis fuit quoque cauſa, vt circa animæ ſubam diſſentirent. inde igitur alij aliud quodpiam aïam eſſe dixerũt. Omnes vero de principiis eſſe, quæ ſuppoſuerat, exñtiũ eam eſſe;, præſertim autem qui in ipſius cognoſcitiuum reſpicientes de principiis eam eſſe dixerũt, excepto Anaxagora quẽadmodum deinceps narrabit. in naturali igitur auſcultatione, de naturalium dr̃ia circa principia diligenter aggreſſus eſt, mentionem nunc quoque eorum faciet. Ac fortaſſe videbitur idem dicere, cum ſuperius harum opinionum mentionem fecerit, & nunc rurſus hoc in loco eaſdem enumeret. at non eſt eiuſdem rei ſermo, nam ſupra opiniones eorum de aïa voluit exponere, hic vero qũo inuicem diſſentiant de principiis exponit, & huic rei opiniones quoque eorum de aïa accommodat, de quibus ante dixit. diſtinguit autem dr̃iam, & a ſubſtantia, & qualitate, & a q̃titate, a ſubſtantia quidem, & a qualitate, q̃ alij corporea, alij incorporea dixerunt. a q̃titate autem q̃ alij quidem vnum, alij vero plura. corporea igitur principia naturales Thales, Democritus, Anaximenes, Anaximander, Heraclitus poſuerunt: incorporea vero qui numeros ea eſſe dicebãt, vt Pythagorei, & Xenocrates. Plato quoque idem videtur. mixta autẽ dicebat Empedocles cum quatuor elementis contentionem, & amicitiam naturas incorporeas, & Anaxagoras cum homœomeriis intellectum nãque ipſum eſſe incorporeum dicit: ſic adhuc in iis Democritus, qui cum corporibus indiuiduis vacuum induxit. Differũt aũt inquit omnes inuicem circaq̃ multitudinem, & circa principia, quiq̃ corporea contra eos, incorporea ſentiebant, dixerunt, & qui contra vtroſq̃ illos mixta aſſeuerabant.

Conſequenter autem & hiſce animam retulerunt.

Hoc eſt conſequenter ita illis de anima videbatur, quẽ admodum ex opinione, quam de principiis habebant, ducebantur. vnus enim quiſque de principiis illis, quæ credebat, animam fecit. per hæc autem, ſignificat non modo eos, qui ad cognitiuum reſpexerunt, ſed eos etiã, qui ad motiuum, de principiis animam merito fecerũt, vnde inducit.

Motiuum enim ſecundum naturam ipſam primorum credi derunt, non ſine ratione.

Non ſine ratione inquit q̃ eſt ſuapte natura maxime motiuum, hoc in principij ratione ponebant, factiuum nãque & motiuum principij rationem habet quare exiſtentium principium aliquid eſſe ignem dixerunt: maxime enim motiuum eſt eorum, quæ ſunt, in ſeipſo habens ſuiipſius motus principium. ſic motus alia quoque mouet, vnde motu naturalis calidi primo mouet, animal, cum a nullo alio corpore naturale calidum moueatur, ſed in ſe naturam ipſam cauſam mouentem habeat. ideo ſi in principiis motiuum eſt, illi qui animam maxime motiuum eſſe credebant, e principiis hanc ipſam merito faciebant, vnde aliqui etiam ignem eam eſſe ſuppoſuerunt, vt ipſe intulit dicens.

Vnde uiſum eſt aliquibus eſſe ignem, nãque hic eſt tenuißimarum partium, & elementorum maxime incorporeus, atque etiam mouetur, & mouet alia primo.

Cum dixerit eos, qui maxime motiuum aïam eſſe credebãt, ex principiis eam merito dixiſſe, qm̃ quod ipſius naturam maxime mouet in primis eſt, & in principiis, principij nãque eſt & facere, & mouere: anima aũt motiuorum eſt, conſequenter induxit, aliquibus propterea viſum eſſe ignem eſſe aïam, quem etiam eſſe principium dicebant, q̃ eſſet tenuiſſimarum partium, & maxime incorporeus, atque ob eam rem maxime motiuus, & ſibi ipſi ipſius motus cauſa, & alia primo moueat, ignem autem non flammam dicunt, ipſa.n. eſt ignis exuperantia, ſed ipſam ſiccam euaporationem, q̃ & terræ motus facere, & ventos, & alia quæcũq̃ maxime motiua in meteoris Ariſt. expreſſit: dicit autem qui ignem principium & animam ex igne crediderunt: Heraclitum, & Hippaſum. ſed Heracliti paulo infra, & opinionis eius mentionem faciet: nunc vero Democriti opinionem exponit: qui etſi multa, ĩmo infinita principia ſupponebat, ex iis tamen quę apud ipſum maxime motiua eſſent, animam faciebat, e ſphæricis dico: vnde ignis quoque eſt: incorporeum autem dixit ignem, non proprie, nullus nãque ipſorum hoc i, ſum dixit, ſed propter ſubtilitatem partium velut in corporibus incorporeum ignem appellauit. At fortaſſe quiſpiam dubitauerit ad hoc, q̃ dictum eſt aïam eſſe ex principiis, q̃ & aliquid aliis plus illi adhibuerunt, an oĩa aliam eam eſſe vnuſquiſque dicat, an cõe hoc ſit omnium principiorum: quæ in rerum naturam cadunt. ad hoc ergo dicerent illi quod quidem primum hoc ipſum, vt nõ dubitetur ex aliis quibuſdam eſſe principiis, non ex cõibus hoc ipſum diximus: deinde alia quidem ex principiorum compoſitione, aliud quodpiam factum eſt, aut natura ſm̃ eos, qui non impatibilia principia dicunt aut apparentia ſecundos eos, qui eadem impatibilia & immutabilia ferunt. Aïa ſane ipſa res pars eſt quædam principiorum, quæ a principiis differt habitu ipſo, quem recepit ad ea, quæ ſunt ab ipſis principis, animalia dico. Quare idem eſſe ignem, atque aïam Democritus dicebat, differentia videlicet ad habitum, quemadmodum dixi, exñte. igitur & reliqui alij quidem aquam, alij vero aerem eſſe animam dicebant, at qui non ita vocantes, quæ ſunt ex his, vt lapides, ligna, &c.

Democritus autem elegantius dixit, enunciãs propter quid horum utrũque ſit, animam nãque eſſe idem, & intellectum ueluti diximus, & ex primis, & indiuiſilibus corporibus, motiuum autem propter ſubtilitatem partium, atque figuram figurarum autem mobiliſſimam rotundam dicit, talem autem eſſe intellectumq̃ ipſum atque ignem.

Democritum laudat, vt qui apte prædictorum cauſas reddiderit: hæc autem ſunt mouere & moueri, dixit. n. q̃ ignis, ex quo animam eſſe dicunt aliqui moueturq̃, et mouet alia primo: probabiliter igitur vt horum cauſas Democritus aſsignauit, quid ita ignem, atque aïam. ex ipſis n. principiis videlicet ſphæricarum atomorũ, vtraque & mouentur, & mouent. fecit. n. inquit intellectum, ſiue animam, nãque apud ipſum intellectus, & aïa idem ſunt: ex primis corporibus, videlicet atomis ſunt, at non ex quibuslibet, ſed ex ſphæricis: quæ duabus de cauſis maxime motiua ſunt, tum quia ſubtiliſſimarum partiũ ſunt, & facillime propterea ſubtilitate partium per oĩa tranſeant, & ſic ipſa mota mouent: tum figura ipſa ſphærica facilis motus hæc exiſtunt, quare cauſam reddidit quid ita ipſa moueantur, & alia moueant. At non indi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gnum eſt quærere qua de cauſa ſphæricas atomos minorum partium eſſe Democritus dicebat, & propterea eas facile mobiles, nāque ꝙ ipſum rotundum ſit facilis motus, id patet, oſtenditur.n.ꝙ ipſa ſphæra in puncto ſuperficiem tangit, tanꝯ igitur puncto aptata delabens eſt talis motus, quare & ſubtilium partium ſunt ſphæricæ, vt quoque ex hac re cauſa reddatur ipſarum motus, maxime enim cum ſorte talis ratio videtur eſſe, nam illud quoque fieri poterat, vt pyramidales, vel hamales, vel ſimpliciter quomodocunque ſe haberent ſubtiliorem partium eſſent: dicimus ꝙ in geometria oſtenſum eſt rectilinearū, & æqualis ambitus figurarum, quæ ſunt plurimorum angulorum maius habent ſpatium, q̄ illæ, quæ paucioribus angulis continentur: veluti ſupponatur tetragonus habens vnūquodque latus duarum vlnarum, vt eius totus ambitus ſit octo vlnarum: ſupponatur & iterum hexagonus habens vnūquodꝙ latus vlnæ, & tertia vnius vlnæ, vt huius quoque ambitus octo fiat vlnarum. Supponatur etiam octangulus ſingulum latus habens vnius vlnæ, vt huius quoque octo vlnarū ſit ambitus, harum igitur figurarum quadrāguli, & hexanguli, & octanguli æqualem ambitum habentium (nāque vnaquæꝙ octo vlnis continetur) octangulus quidem ſpatium maius habebit: minus autem octangulo hexagonus, & tetragonus hexagono minus, ꝙ ſi quæ plures angulos habet, capacior eſt, circulus igitur omnium figurarum æqualis menſuræ capaciſsimum ſpatium habebit. quare quæ plures habent angulos figuræ, magis quoque circulo propinquæ ſunt, & tanto propinquiores fiunt, quanto ſibi plures angulos vendicant: aſſine.n.eſt vt ſint ſine angulis: circulus.n. ſine angulis eſt: eadem quoque ratio in ſolidis datur: quapropter ſphæra ipſa rectilineorū, & ęqualis menſuræ ſolidorum capaciſsima erit. Qđ ſi hoc ita ſe habet, & quæ ſunt æqualis menſuræ, & plures angulos habent, maius tenent ſpatium, & econuerſo. quæ igitur idem habent ſpatium figuræ plurium angulorum, minorem habent ambitum. ipherę igitur oībus minorem ambitum habebunt. Bene igit̄ Democritus atomorū ęqualium aceruo ſphæricas minorum partium ſuppoſuit: & propterea ſemper poſſe eas illabi, & motus eſſe facilis, quia in puncto ſuperficiem tangunt mouere alia.

Anaxagoras autem uidetur aliud dicere animamq; & intellectum, quemadmodum diximus quoque prius, utitur autem ambobus uelut una natura: uerūtamen principium ipſum intellectum ponit maxime omnium, ſolum quippe dicit ipſum entium ſimplicem eſſe, & non mixtum, & purum: tribuit autem ambo eidem principio, & cognoſcere, & mouere, dicens intellectum mouere uniuerſum.

Vt enim dicebat intellectum iuſtiq; & boni cauſam eſſe, tanꝯ eorum quæ talia non ſunt, alia eſſet cauſa, quæ vere eſt ipſa anima, videtur ab intellectu aīam ſeparare, anima.n. velut e ſyllogiſmis rerum naturam cognoſcens peccare poteſt, qn̄ in propoſitionibus ꝙ non eſt, tāq̄ ſit, acceperit: ipſe ſane intellectus ſimplicibus obiectionibus rebus incūbens, vt ipſe inquit, vel cognouerit, vel non cognouerit, & ideo errore carens ſi nāque peccaret, intellectum eum eſſe fatuum accideret, ꝙ quidem abſurdum eſt. hac ergo de cauſa ſeparare ab aīa intellectum videtur Anaxagoras. in quibus autem rurſus dicebat ab intellectu vniuerſum motum eſſe, quodq; in oībus videtur animalibus & paruis, & magnis, & prędioſis, & vilibus, idē dicebat eſſe intellectum cum anima: nāque eſt animæ mouere, & videri in omnibus aīalibus. nō autem intellectus ſic iterum, niſi ꝙ ipſum intellectum maxime oīum principium ponit. nam etſi intellectum Democritus noīat, nō tamen in principij ratione ipſum reponit. Anaxagoras vero eſſe intellectum maxime principium dicit, vt factiuum videlicet, & in hoc ipſum laudat, & vt ſimplicem, & qui corpore miſceri non poteſt ipſum ſupponit, & nō quēadmodum, partium ſimilitudines omnes omnibus immixtas eſſe, ſic intellectum dicit, ſed immixtum, purumq; & ſimplicem eſſe ipſum narrat. Vnde Ariſt. eadem ipſe quoque de intellectu oſtendit, & quod pr om pſit, illud facit. ſ bene dicta accipiens. dicit igitur de ipſo, reddit autem ambo eidem principio, & cognoſcere, & mouere, dicens intellectum mouere vniuerſum, cum enim dixerit intellectum: cognoſcitiuam huic principio potentiam reddidit: eandem autem manifeſte mouere vniuerſum dicit.

Videtur autem quoque Thales de iis, quorum mentionem faciunt, motiuum quoddam animam opinari, ſiquidem lapidem dicit animam habere, quoniam ferrum mouet.

De opinione Thaletis non commode meminiſſe vī. cum.n. propoſuerit ſe velle oſtendere, ꝙ illi, qui reſpexerunt in aīæ cognoſcitiuum, ex principiis de quibus eſſe res ſupponebant, ipſam quoque eſſe dicebant, vnde ſimile ab ſimili cognoſcitur, narrans opinionem de Thalete nihil quicquam tale dixit, veluti de aliis, ſed lapidem trahentem ferrum animatum dixit, animæ proprium eſſe motum dicens. At etiam eorum qui in motiuum reſpexerunt, opiniones enarrans, vnūquodque maxime motiuum dicebat ipſi viſum, hoc aīæ dicere elementum, Democriti quidem viſum eſſe rotundas atomos, Pythagoreos vero dicere ramenta, quę ſunt in aere, alium ignem, alium aera: ad opinionem vero Thaletis, qui entiū principium eſſe aquam ponebat, nihil tale dixit. non.n. vt ita dicam, aquam eſſe aīam Thaletem ponere dixit, & propterea trahere inquit lapidem ferrum, velut aīatum, atq; ideo ex aqua exiſtentem, hoc igitur non dixit, ſed illud ſolum ꝙ aīatum lapidem dixit. qua gratia? an ꝙ ipſius volumina non ferebantur, ſed cōmentationes? & propterea fugit importunum oīonis ſine ſcripto accuſare hominem. an ꝙ reuerentiam quādam viro exhibuit, quoniam multa ipſius precio digna dogmata commemorauit? Dicunt.n. eum dixiſſe prouidentiam vſque ad vltima tendere, & nihil ipſam latere, nec̄ minimum quidē. propterea huius quidem non dicit eſſe hanc opinionem, ꝙ ex aqua ſit aīa, ſed tantum ſolum, ꝙ ille quoque motum animæ tribuit. Deinceps aūt dicit Hipponem hoc opinatum fuiſſe, ꝙ ex aqua ſit anima, etenim omnium principium & ipſe animam eſſe dicebat.

Diogenes autem, quēadmodum & alij quidam, aerem hunc ratus omnium ſubtiliſsimum eſſe, & principium, atque ideo cognoſcere aliquid, & mouere animam, inquantum quidem primum eſt & ex hoc cætera, cognoſcere: inquantum autem ſubtiliſsimum, motiuum eſſe.

Diogenes Apolloniates, & Anaximenes principium omnium eſſe aera dicentes, animam quoque ex eo conſtare dicebant, & animam ipſam cuncta cognoſcere, velut omnium principia habentem, maxime autem motiuam eſſe propter exilitatem, dictum eſt enim, ꝙ ipſum mouens eſſe ſubtiliſsimum oportet, quo dilabitur per totum, quodcunque mouetur, vt & totum moueat, ſubtiliſsimus autem aer.

Et Heraclitus principium eſſe inquit animam, ſiquidem exhalationem eſſe, de qua alia conſtituit, etenim maxime incorporeum, & ſemper fluens.

Dictum eſt ſæpenumero ꝙ principium dicebat eſſe entium ipſum ignem, ignem autem, non flammam. quemadmodum enim dicit Ariſt. flamma eſt ignis exuperantia, ſed ignem dixit exhalationē ſiccam, ex hac ergo eſſe animam, vt mobili, & ſubtiliſsima, nāque entia in continuo motu dicebat eſſe, & ab entibus ſtatum tollebat, quemadmodum & Protagoras, & alij multi, cognoſcēs autem ipſum, & ipſum mouens eſſe aīæ proprium dicebat, hac de cauſa eam de exhalatione eſſe rebus nāq; exiſtentibus in motu oportere res ipſas cognoſcens eſſe in motu, vt concurrens cum illis, quadret, & cōueniat cum illis, nam qūo ſtans cognoſceret motum? vnde & cognitionem quidem aīæ dedit, & ꝙ eſſet ex oīum principio, dico autem de exhalatione, quodq; ex maxime motiuo eſſet, motum nāque ipſo moto cognoſcitur, mouere aūt ipſam dixit, propter exilitatē exhalationis, & vt in cor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

poribus incorporeum. oportet.n. quemadmodum dixi mus ſæpenumero, eſſe ſubtilium partium illud, ꝙ motum eſt, vt per totum motum dilabatur, exhalatio aũt eſt exilium partium, & ſemper mobilis, & alterius motus cauſa. quare terræ, & aliarum rerum motus ex hac fieri Ariſto. demonſtrauit.

Motum autem, moto cognoſcitur, in motu autem eſſe entia, & ille putabat, & multi.

Traduceret dictionem oportet, quo manifeſtius fiat illud quod dicitur, hoc modo, in motu autem eſſe entia et ille putabat, & multi, motum autem moto cognoſci: nã, quia in motu entia credebat eſſe, propterea ex maxime motiuo eſſe aĩam dicebat. oportet.n. motum moto cognoſci, ſimili nãque ſimile cognoſcitur. ꝙ autem ex iis, quæ ſunt non eſſet ablata ſtatio, illi credebant, id oſtẽdit & in Theæteto, & pluribus in locis Plato, atque Ariſt. & in libro de cœlo, & in metaphyſicis, ſi nãque non eſſet inquit ſtatio in vniuerſo, impoſsibile eſſet eſſe ſemp motum: hoc.n. ipſum ſemper moueri, manſio quædam eſt, atque ſtatio. Quod ſi ablata fuerit ſtatio, auferetur quoque motus: nam ſi quod mouetur nõ habuerit in motu ſtationem, non omnino r..uebitur.

Similiter autem cum iis, & Alcmæon uidetur opinari de anima. Dicit enim illam immortalem eſſe, quia ſit ſimilis immortalibus, hoc autem illi adeſſe ueluti ſemper motæ: moueri autem & diuina omnia continue ſemper, lunam, ſolem, ſtellas, & cœlum totum.

Hic quoque cum eſſet Pythagoreus, ad maxime motiuum ipſius aĩæ cum reſpexiſſet, e cœleſti corpore illam eſſe dicebat, atq; ob eam rem immortalem, nam ſemper moueri, quemadmodum, & illa inde concludens ꝙ immortalia cœleſtia ſunt. vnde igitur iſte aĩæ cognoſcitiuũ dabat, ſiquidem & alias cauſas quaſdam cognitionis ipſius reddebat, non meum eſt dicere: neque.n. horum hominum nobis in manibus volumina ſunt, neq; quicquã plus his Ariſt. commemorauit. Dico igitur ꝙ non omnes & motus, et cognitionis illius rationem dederũt, ſed quidem vtrorũq; aliqui, aliqui autem alterius, quare nos in omnibus vtraque inueſtigare non oportet.

Ex importunioribus autem quidam eſſe aquam enunciarũt, ut Hippon: ſuaderi autem uidentur ex genitura, quia omnium eſt humida: etenim redarguit ſanguinem dicentes ipſam animam, quoniam genitura non eſt ſanguis: hanc autem eſſe primam animam.

Hic appellatus fuit atheus. i. ſine Deo, vel impius hãc de cauſa, qm̃ omnium rerum cauſam nulli aliæ rei, quã aquæ attribuebat. importunam autem dixit hanc opinionem, maxime quidem veluti perturbationem ſolam auditoribus præbentem. Deinde vt magis materialem, & infra in materiam aĩam deducentem, quodq; neq; facile mobilis, neq; motiua ſimil̃ eſt aqua, & paſsiua magis, q̃ actiua, nãque liquidum, in quo aqua habet eſſentiam, paſsiuum eſt, at aĩæ facere magis, q̃ pati competit. putauit autem, inquit, iſte aĩam eſſe aquã, qm̃ omnium genitura ſit humida, etenim fructuum ſemina liquida primum fiunt, & contradixit, inquit, ſanguinem dicentibus eſſe animam, dicens ꝙ genitura de qua eſſe, & viuere eſt animatis aqua eſt, & non ſanguis. atqui ſi ſimpl̃r liquidum anima erat. aĩam omne eſſe liquidum oportebat, & genitura non inquantum liquida, aĩata eſt. prorſus cũ expirata fuerit, liquida quidem adhuc eſt, non viuens, et mortua, neq; hoc ſolum, multa nãq; liquida nãlem habẽtia caliditatem, non iam quoq; ſunt aĩata, ſed etiam rationibus naturalibus opus eſt, primam aũt animam dicit genituram quaſi ſemen animæ, & principium aĩæ. quemadmodum enim principium eſt humani corporis, ſic ſecundum illum animæ principium eſt.

Alij autem ſanguinem, ut Critias, ſentire eſſe ipſius animæ proxime proprium putantes: hoc autem eſſe propter ſanguinis naturam.

Hoc autem eſt propter ſanguinis naturam. Critiam adhuc vnum ex triginta, qui & Socra. audiuit, vel alium quẽdam dicit, nihil.n. differimus. inquiunt autem fuiſſe quoque alium Critiam ſophiſtam, cuius & eſſe lata volumina, vt Alex. dicit. cum enim, qui fuit ex triginta, non aliud quidpiam ſcripſiſſe q̃ carmina de republica. hic igitur animam ſanguinem eſſe dicebat, ſanguis.n. inquit circa cor eſt hominibus intellectus, hoc aũt poſtquam animam ipſam ſentire deſignauit, quæcũque autem mẽbrorum eſſent ſine ſanguine, ea eſſe ſine ſenſu. capilli, oſſa, vngues, & ſimilia. quare ſenſus ipſum ſanguinem cauſam eſſe dixit, ipſius autem aĩæ proprium, ſenſum igitur ſanguinem aĩam, & medica ratione demonſtrante neruos vel ſolos, vel maxime ſenſitiuos, & hos non omnes, ſed aliquos. at etiam ſi ſanguis eſt anima, quæ igitur ſunt animalium ſiue ſanguine, ſine anima ſunt. inſecta autem omnia ſine ſanguine ſunt, muſcæ, formicæ, & ſi quid ſimile, quæ ſenſum participare perſpicuum eſt: non igitur ſentiendi ſanguis cauſa eſt, neque ideo eſt anima ſanguis: ſiquidem quæ ſine ſanguine ſunt animalia & animata, & ſenſitiua ſunt.

Omnia nãque elementa iudicem acceperunt, præter terram, hanc autem nullus enunciauit.

Iudicem pro præſide iudicante, & ponente vnũquodque ipſorum principiũ eſſe, terram autem ſolam nullus dixit aĩam eſſe, quare neque rerum principium eſſe terrã ſolam nullus ſuppoſuit, præter inquit eos, qui dixerunt omnia elementa eſſe principium, vt Empedocles. hic.n. & terram ipſam eſſe aĩam dixit. vel magis cõmode dicatur, ꝙ elementorum compoſitionem aĩam dicebat. ſed nobis illud reſiſtit, ꝙ ſuperius dicitur, ꝙ eſſe vnũquodq; horum animam dicebat. niſi aĩam ipſam animalem potentiam receperimus, qm̃ nos quoque ſæpenumero potentias animæ animas vocamus: dicimus.n ipſum hominem vegetatiuam, atque irrationalem habere: repugnat omnibus opinionibus enumeratis ex pluribus dicentibus animam, dicere corpus, & aĩam eſſe idem, nam ex iiſdem ſunt ambo principiis. quid igitur magis eſt an aĩa corpus? an corpus aĩa? dicendum eſt igitur pro pluribus, ꝙ & ſi eadem aĩę, & corporis principia, non tamen ſimiliter ſe habere dicebant, tali.n. aggregatione, & ſegregatione principiorum animas fieri, & corporum dr̃ias, vt nos quoque differenti elementorum tẽperatura corpora differentia componi, atque etiam metallorum differentias, ex differenti exhalationum aggregatione. atqui in libro de gn̄atione & corruptione Ariſt. arguit hãc opinionem, quæ dicit aggregatione, & diſgregatione elemẽtorum generationem & corruptionem fieri.

Niſi quiſpiam illam dixit ex omnibus eſſe elementis, uel omnia.

Quoniam hoc ex omnibus ſignificat, & quæ in temperamento fiunt, quadam tẽperamento extrinſecus forma adueniente, quemadmodum carnis forma temperamento quatuor elementorum. qui vero ex omnibus dicunt, non ita dicebant, vt nos, ſed animam compoſitionem eſſe elementorum dicebant, propterea dicens ex omnibus, adiecit vel omnia.

Definiunt autem omnes ipſam animam tribus, ut ita dicam, motu, ſenſu, incorporeo: horum autem unumquodque reduci ad principia.

Hæc velut epilogus dictorum ſunt, definiunt enim, & quaſi circũſcribunt, & deſignant. cum.n. prius dixerit motu, & ſenſu aĩam cognoſci, nũc appoſuit & incorporeo, velut ex enumeratis opinionibus hoc quoque emerſum, atque inuentum ſit. ꝙ.n. facile mobile eſt, & ſemper mobile incorporeum conſequitur. incorporeum aũt nõ proprium nunc dicit, ſed illud ꝙ eſt ſubtiliſsimum: omnia autem hæc, inquit motus ſenſus, incorporeũ ad ipſa principia reducuntur, talem videlicet inquiunt eam eſſe, qm̃ ſi e talibus principiis. hoc autem definiunt omnes, non vt omnibus tria de anima definientibus dicit, vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& appoſuit, vt ita dicam, ſed aliqui omnia illi aſsignauerunt. aliqui vero quædam, quemadmodum ex iis, quæ dicta ſunt de opinionibus inuenire poſſumus.

Quare & qui cognitione definiunt ipſam, uel elementum, uel ex elementis faciunt, dicentes ſimiliter inuicem præter unũ. Dicunt, n. cognoſci ſimile ſimili: ex quo nãque anima omnia cognoſcit, conſtituunt eam ex omnibus principiis, quicunque igitur unam quãdam dicunt eauſam, & elementum unum, & animam unum ponunt, ut ignem, uel aera. Dicentes autem plura principia, animam quoque plura dicunt. Anaxagoras autem ſolus impatibilem dicit eſſe intellectum, & commune nihil cum ullo aliorum habere. talis autem cum ſit, quomodo cognoſcat, & propter quam cauſam, neque ille dixit, neque ex dictis manifeſtum eſt.

Qm̃ hæc tria, quæ dicunt animæ adeſſe, ad ipſa principia reducuntur, qui igitur, inquit, ad cognoſcitiuum ipſius reſpexerunt, qm̃ ſimile ſimili cognoſcitur, ex principiis, quę apud ipſos ſunt, vnuſquiſq; ipſam diſſ̃inuit: qui plures dicebant, ex pluribus, qui vero vnam, ex vno. nam, qm̃ omnium eſt cognoſcitiua, oportere eam in ſe omnium principia habere putauerunt. Solus autem, inquit, Anaxagoras nõ cum illis eadem via profectus eſt. cum nãque omnes propter cognitionem ipſi corporea principia dederint, ille intellectum aĩam eſſe dicens, qm̃ ſempiternum animæ opus eſt mouere, intellectum aũt ipſum mouere dixit vniuerſum, quare aĩam eſſe intellectum dixit, hunc ipſum intellectum purum, & impatibilem, quique aliis non miſceatur eſſe dixit, hoc eſt eſſe incorporeum. cum nãque diceret ſimilares partes eſſe entiũ principia, hæc aũt inuicem commixta eſſe, intellectum ab horum mixtione eſſe immunẽm, & purum, tanq; alterum ab ipſis principiis, de quibus oĩa conſtant, narrauit, omnibus contra ferens. quare ipſum Ariſt amplecti tur, velut aſſerentem aĩam incorpoream, nõ tamen eum attigiſſe recte ſermonem de aĩa dicit. cum nãque ſit haud mixtus, & incommunicabilis, nullũq; habens habitum ad ipſa principia, de quibus omnia ſunt: qũo cognoſcet inquit omnia non patet. neque n. hoc nobis ipſe Anaxagoras expreſsit, neque illud ex ipſius rationibus colligi poteſt, omnium igitur cum alĩ ſupponant ipſa animæ principia corporea, alĩ vero ſolum incorporea. neque altera eſt ratio directa, ſed vterq; partem quãdam veritatis locutus eſt. etenim ſubſtantiam oportet eſſe incorporeã, ſiquidem melius eſſe oportet ipſum cognoſcẽs, eo quod non cognoſcit corporeum ſane principia oportet eſſe in incorporeo eadem ſubſtantia, non materialia quidem, ſed eorum rationes. neque ex iis, quæ dicta ſunt, id manifeſtum eſt: in multis enim luculenter quidem ſæpenumero non aliquid antiquis dictum eſt, ex dictis autem colligi poteſt, quod ipſe quoque Anaxagoras ita concluſit, quemadmodum Democritus, qui intellectum eſſe eundem cum anima dicit.

Quicunque uero contrarietates faciunt in principiis, animam quoque ex contrariis conſtituunt: qui autem alterum contrariorum, ueluti calidum, uel frigidum, uel aliquid tale eſſe ponunt. quare, & nomina ſequuntur: qui calidum dicunt, quod ideo & τὸ ζῆν. i. ipſum uiuere nominatum eſt. qui uero frigidum, propter reſpirationem, & refrigerationem nuncupatam eſſe animam. quæ igitur tradita ſunt de anima, & quibus de cauſis dicunt ita, hæc ſunt.

Talis erat Empedocles. quatuor nãque elementa de quibus animam dicit eſſe, ex contrariis qualitatibus componuntur, atque ipſa contentio, & amicitia: qui autem alterum contrariorum, veluti calidum, aut frigidum aut aliquid tale aliud, & animam ipſam, ſimilr horum quid vnum ponunt. alterum contrariorum ponit Hippon, & Heraclitus, alter quidem calidum, nãque ignem principium dicit: alter vero frigidum cum aquam ipſum principium ponat: horũ igitur vterq; pro opinione ſua nomini ipſius animæ veram originem tradere conatur. Ille quidem dicens proterea ζῆν dici. i. vnam, q; animata ζεσται. i. ferueant, q; calidi eſt hic vero ψυχὴν. i animam vocatam eſſe ἐκ τοῦ ψυχροῦ. i. a frigido, vnde habet eſſe ab eo q; nobis per reſpirationem frigiditatis cauſa fiat. nã quia vita ex anima eſt, anima vero ex frigido, eſt. n. ex aqua, ideo reſpiratione opus eſt, quæ frigiditate calidum circa cor coerceat, neque permittat animalis ipſius potentiæ præpotentius fieri, dico autem frigidæ.

Conſiderandum autem primum quidem de motu, fortaſſe enim non ſolum falſum eſt hoc, ſubſtantiam eius talem eſſe, qualem dicunt dicentes eſſe animam ſeipſum mouens, uel ualens mouere: ſed unum quoddam impoßibilium adeſſe ipſi motum. q; igitur non neceſſarium ſit ipſum mouens moueri, iam dictum eſt.

Poſtquam antiquorum opiniones, & eorum, qui in animæ motiuum reſpexerunt, & eorum qui in cognitiuum connumerauit, hinc q; reliquum eſt, argumenta cõtra hos aggreditur, & ipſorum opiniones arguit, non q; male ſuppoſuerint ipſam mouere corpus, vel res ipſas cognoſcere, vel incorpoream eſſe: ſed quod ſuſpicari ſint ipſam motam mouere, & cognoſcere, quia in ſe omnes res ipſa habeat: quodq; ad incorporeum reſpicientes, non proprie incorporeum opinati ſint, ſed ſubtiliſsimũ corpus eſſe reliquorum. primum igitur ab iis incipit, qui in motiuum reſpexerunt, qm̃ quoq; eos primos in narratione poſuit putabant autem illi, quemadmodum didicimus, nam mouet aĩa, omne autem mouens mouetur, ipſam quoque aĩam moueri, non ab alio autem ipſam moueri, ſed ab ſeipſa, & eſſe ſeipſum mouens. Cõtra hoc igitur inſtituit, primum q; non poteſt fieri, vt anima moueatur, tantum n. inquit fugio dicere ipſam ſeipſum mouens q; & non poſſe fieri dico vlr, vt ipſa mouetur, taxat autem & maxime Platonem. ſed priuſquam in ea, quæ ab ipſo dr̃r, ingrediamur, paucis oſtendemus, q; ex ipſis Ariſt. dicit omnino neceſſarium eſſe aĩam moueri, poſtea hiſce dictis ediſſerentes, & qũo eſſe ipſam immobilem dicat Ariſt. & qũo Plato ſemper mobilem. in auſcultatione igitur naturali, motum definiens Ariſt. dicit, motum eſſe entelechiam entis potentia, inquantum tale eſt hoc autem eſt entelechia in potẽtia entis ad actũ poſt hæc potentia entis hoc. n. ſignificat hoc, inquantum tale eſt. ſi nãque ceſſauerit a potentia, ab motu quoq; ceſſat: eſt igitur via de potentia ad actum. Qđ ſi motus eſt via ex potentia in actum, dicit aũt rurſus hoc in libro Ariſt. q; anima potentia eſt intellectus, & quod fit aliquando actus intellectus, & euge inquit dicentes animam eſſe locum ſpecierum, præterquam q; non omnis, at intellectiua & non entelechia, ſed ſpecies potentia, & rurſus inquit q; tabulæ non ſcriptæ ſimilis eſt, ac ſi diceret potentia tabulæ, quæ aliquando actu ſcripta ſit, q; ſiquidem motus eſt via ex eo q; potentia eſt ad illud, q; eſt actu, anima autem potentia cum ſit intellectus, fit aliquando ſuſcipiens ſpecies actu intellectus: ex hoc igitur, q; potentia eſt ad id quod actu eſt, procedens mouebitur. repugnant aũt huic, & inquiunt in tertio libro q; pleniſsime dixiſſe de motu, & diffinitionem tranſmutationis per motum reddidiſſe dicentem eſſe viam ex potentia in actu motũ eſſe. male igitur inquiunt ex non diligenter data diffinitione arguere Ariſt. ipſum tentare qm̃ in quinto libro diligentius hæc ipſa diffiniens inquit mutationem in plus ſe hr̃e q; motus. ſiquidem. n. motus eſt, hęc mutatio eſt, non autem econuerſo: fieri enim circa quatuor prædicamenta, ſubſtantiam, q̃titatem qualitatem, vbi. & ipſius quidem ſubſtantiæ mutatio eſt generatio & corruptio. Quantitatis autem augmentum, & diminutio: qualitatis vero alteratio, at ipſius vbi latio. eſſe igitur quæ ſunt in tribus prædicamentis mutationes motus, q̃titatem, qualitatẽ, & vbi ipſum autem ſubſtantiæ nequaquam. Oportet n. motum ipſum manere, vt moueatur: q; autem fit, & corrumpitur, non manet. quare in illis motum diffinit aliter, q̃ diffiniuit in tertio libro, vbi diffinitionem non motus, ſed mutationis dedit. nã motum dicit eſſe de reformato

in refor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in reformatum mutationem, idem ac ſi diceret de ſubiecto in ſubiectum. generatio autem & corruptio mutant, illa quidem ab eo, quod forma caret, in formam: hæc vero de formato in forma carens. quomodo vero hæc ita ſe habeant, in illo tractatu diligenter dictum eſt: nunc autem, quæ dicta ſunt, ipſa ſufficiant. hi quidem iſthæc. nos autem dicimus mutatione ſecundum quatuor prædicamenta conſiderata, niſi velint animam quando mutatur ex intellectu potentia, in intellectum actu ſecundum vnum trium, qui ſunt motus mutari. nāque mutationis diffinitio, & in ipſa quadrat, vt oſtenſum eſt: hoc autem eſt ipſa generatio & corruptio. quare cum diſcat, fieri ipſam dicamus, quando autem ignoret, corrumpi. at hoc quidem deridendum eſt. erat. n. anima, & anima anteq; didiciſſet. quod ſi non ſecundum ſubſtantiam mutatur, neceſſarium eſt ſecundum aliam quandam cauſam prædicamentorum eſſe eius mutationem. quæ autem erant ſecundum illam mutationes, motus erant. mouetur ergo anima. quod ſi Ariſto. videtur magis dicere mutationem animæ ex eo quod eſt potentia, in illud quod eſt actu, generationem eſſe, non alterationem: quādo enim ex ignorante quiſpiam doctus fit, hoc ipſum dicimus eum dicere perfectionis generationem, non ſimpliciter ſubſtantiæ. quare generatio quædam, hoc tale, non ſimpliciter generatio. & alio modo, vitium & virtus contraria ſunt. ſi nāque dicitur priuatio eſſe vitium, vt indiſcretum, & forma carens, attamen quia mutatur in virtutem, contrariū erit, non priuatio, ſicut in prædicamentis dictum eſt, nō mutatur in habitum, veluti cæcitas in viſum, mutatur autem contrarium in contrarium, quemadmodum nigrum in album, igitur anima de vitio mutatur in virtutem, & ecōuerſo: ſunt autem contraria hæc, mutatio nāque in contraria motus eſt, etenim ſub ipſam qualitatem reducunt. mouetur igitur anima. aliter quoque ipſe inquit Ariſto. hac ratione differre motum ab actione, eo quia motum quidē imperfectum actū, actum aūt integrum eſſe, quare diuina quoque ſine potentia actu eſſe inquit. Vnde in auſcultatione naturali quæſiuit, vtrum duo ſint motus in mouente, & in moto an vnus, & demonſtrauit vnum eſſe, deinde rurſus quæſiuit cuiuſnam motus eſſet, mouentis ne, an moti: & oſtendit, q̄ ipſius moti eſt, ille enim ex imperfecto ad perfectum procedit, non mouens, quēadmodum ſe habet in diſcipulo & magiſtro, vnus nāq; in ambobus eſt motus, qui quidem a magiſtro incipit, in diſcipulo vero finitur: mouetur enim non magiſter, ſed diſcipulus: ille enim, inquit, habitum perfectum, atque integrum habet, hic vero particulatim in hunc deducitur. q̄ ſi per ſe motus quidem eſt imperfectus, qui vero eſt in actu, integer eſt: interrogemus ipſum quomodo in anima ſe habet, moueatur ne, an non? q̄ ſi non mouetur, non ab imperfecto ad perfectum procedit, non mouetur ab ignorantia in cognitionem, neque a propoſitionibus ad concluſiones. quod ſi hæc in anima videntur, & integram non habet actionem, neq; actus ſine potentia eſt, mouetur igitur. hoc enim ipſe diffiniuit, motum eſſe viā, quæ ab imperfecto ad perfectum procedit. atque aliter, ipſe inquit q̄ in quibus eſt prius & poſterius, in his oīno quoque tempus eſt, nam de tempore quod prius eſt & poſterius egreditur, quibus vtique egreditur: in quibus autem tempus, in his quoq; oīno eſt motus. etenim permutantur hæc. & in quibus motus eſt, in his oīno, eſt etiā tempus, & econuerſo, in quibus tempus eſt, in his oīno eſt etiam motus. at eſt in anima, & prius & poſterius: eſt igitur etiam motus. q̄ autem in anima ſit prius & poſterius, manifeſtum accedit, ſiquidem a propoſitionibus ad concluſiones anima ipſa procedit, neq; oīa ſimul cognoſcit, ſed aliud ante aliud, neque oīa, quæcunque ſcit, ſimul promit, ſed hoc prius, & hoc poſterius, & vniuerſaliter deſcendit a virtute in malitiam, & ab ignorantia in cognitionem. hæc ergo ſint ad demonſtrandum, q̄ etiam ex ſententia Ariſto. anima mouetur, neq; male Plato illi perſeipſum mouens attribuit. Quod ſi quiſpiam recte hoſce ſermones iudicare voluerit, nulla quidem in ipſis eſſe pugna reperietur, præterquam in ſolis vocibus. quemadmodum enim pluribus in locis facere conſueuit, arguere videtur ſic quoque hoc, in loco. poſitq̄; n. veri motus ab actu naturæ nobis quoq; cogniti ſunt ſoli naturales, horum autem nullum ipſa anima mouetur: non. n. augetur, aut minuitur, vel ſm qualitatem, vel ſm locum mutat, ne quiſpiam, cum Plato dicat animam ipſam ſemper mouens, putet ipſum vnum ex naturalibus, nobiſq; ab actu naturæ cognitis motibus dicere ipſum mouere. iō oſtendit ipſe oīno immobilem exiſtentem hos ipſos motus, & eſt ſermo verus, & a Platone probatus. Quod ſi incorpoream ipſam Plato putat eſſe, moueatur quidē ex ſententia Platonis ſm alios quoſdam motus intellectiuos, & præcipue vitales, per quos maxime ſemper mouens ipſam animam eſſe Plato dicit: viuificat enim ſemper licet animal ſit in ſopore, & dormiat, quando intellectiuus non operatur. Cum igitur Plato omnem ſimplr actum motum eſſe dicat, Ariſtoteles autem ſolos naturales motus, ſermo quidem ſm Platonem dicens animam moueri, verus eſt, & ſm Ariſto. non moueri, atque in ſolis verbis inuenitur diſſenſio. q̄ ſi alterationis iam habitus, & diſpoſitiones habet: per has autem mouet anima tranſmutans ex inſcitia in ſcientiam, quomodo effugiet hoc non ſolum moueri, ſed & naturalem motum moueri? videtur Ariſtot. reſpiciens ad ſolos motus corporales dicere animam non moueri. Patet autem ex iis, quæ ab eo dīr. Si enim, inquit, anima mouetur, nō per accidens, natura quidem illi motus adeſt, q̄ ſi hoc eſt, etiam locus eſt: omnes enim dicti motus in loco ſunt. Vides quomodo ad corporales motus reſpiciens, ſic ipſam immobilem eſſe dicat: quicquid enim in loco eſt, corpus ideſt. Conſiderandum autem eſt primum de motu. fortaſſe. n. non ſolum falſum eſt eius ſūbam eſſe talem, qualem inquiunt dicentes animam eſſe ſeipſum mouens, vel quod mouere poteſt, ſed vnum quiddam ex impoſsibilibus illi eſſe motum. Dictum eſt quod qui ad ipſius animæ motiuum reſpexerunt, poſtquam putauerunt ipſum mouens oportere omnino & ipſum moueri, q̄ vniuerſum corporaliter mouens ſic moueat, videbant autem animam primo corpus mouentem, per ſe mouentem ipſam definiuerūt, tantum igitur inquit abſtineo, vt dicam animam per ſe mouētem, q̄ vnum eſſe ex impoſsibilibus dico omnino ipſam moueri: maxime autem illius ſermo hic in Platonem tendit. quare cum dixerit qđ dicentes animam eſſe mouens ſeipſum, appoſuit vel valens mouere. Apparet enim Plato, quodammodo dicens, q̄ omnis anima per ſe mouens, vt in Phædro, & rurſus in legum decimo ſic animam diffinit: rei vero huius, cui nomen eſt aīa, quædam ratio eſt, an aliam, præter eam, q̄ modo diximus habemus, q̄ ipſa ſe poſsit ipſam mouere, & quod ipſe Democritus & ſimpliciter quianimam corpus maxime mobiliſsimum dicunt, & ſi non ſemper moueri aiam dicebant, attamen mouendi potentiam in ea conſtituebant, atq; ob eam cauſam dixit, vel valens mouere. Qđ igitur Platoni quoq; videatur per ſe mobile eſſe motorū cauſa, id patet, principium. n. dixit motorum eſſe, q̄ per ſe mobile eſt. dictū autem eſt, q̄ alij etiam naturales, hoc ipſum putabant. q̄ igitur animam ipſam mouentem videbant, inde moueri ipſam confirmabant. Quod igitur inquit, hoc neceſſarium ſit mouens, ipſum omnino moueri in octauo phyſices demonſtratum eſt. ibi nāq; oſtendit q̄ primum mouens eſſe immobile neceſſario oportet. ſi nāque illud moueatur, non adhuc erunt in motu mota commutata cum cauſa. Præterea ſi omne qđ mouet inquantum mouet & ipſum mouetur, erit ipſum augens, q̄ augetur, & ipſum docens, diſcens, & ipſum albefaciēs q̄ albet, quod quidem abſurdum eſt. Præterea appetibilia cupiditatem mouentia in ipſo motu, immota erāt, nāque herba aſinum mouet, atque imago videntem, & quæcunq; talia immota manentia. bene igitur vſque ad neceſsitatem rationis primum deſtruxit, q̄ non ex neceſsitate mouens anima quoque mouebitur. per ea autem, quæ ſequuntur, inſtabit contra hoc quod ſeipſam moueat, quod omnino non illud fieri non poteſt, vt ipſa ſe moueat, vel omnino moueatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Dupliciter autem cum moueatur omne, uel enim per aliud, uel per ſe, per aliud autem dicimus quæcunque mouentur, quia in eo, quod mouetur, ſunt, ut nauigantes: non enim eo modo mouentur quemadmodum nauis, hæc enim per ſe mouetur, illi uero quia in eo, quod mouetur ſunt. id autem patet in partibus, proprius enim eſt motus pedum ambulatio, quæ eſt etiam hominum, non adeſt autem nauigantibus tunc. cum autem dupliciter dicatur moueri, conſideremus de anima ſi per ſe moueatur, & ſit particeps motus.

Oſtenſurus ꝙ anima non mouetur, merito primum differentias motum ſignificantes enumerat, vt ſciamus ꝑ quale motus ſignificatum aīam ipſam non moueri dicat. eorum igitur quæ mouentur inquit, alia quidem per ſe mouentur, hoc eſt ſm ſuā motum habent, alia autem per aliud. i. per accidens hoc. n. ſibi vult hic, ꝙ ait ꝑ aliud, quemadmodum ipſe exemplis declarauit. eorum autem quæ per accidens mouentur, alia quidem ſic mouentur, ac ſi per ſe proprium motum habeant. vt nauiculator. nā que per accīs mouetur in naui, quæ & ipſa mouetur, cū tñ poſsit & ipſe per ſe moueri: alia vero mouentur, tanꝯ per ſe immobilia ſint, velut in corpore album, nam dum corpus ipſum mouetur, album quoque per accīs mouetur, ipſum tñ ſm propriam naturam immobile eſt, quo ſignificat aīam ipſam moueri. Ariſt. quoꝯ concedit, mouere. n. corpus, at eſſe eām in corpore ꝙ mouetur, per accīdens ſeipſam mouet, quemadmodum ſi potētiam motiuam albedo acceperit, per accīs ſeipſam mouere dicat, ſimul. n. cum eo, ꝙ mouetur, incedit. ſed remiges quoꝯ mouentes ſcapham, cum ea per accidens mouentur, quare ipſi ſe per accidens mouent, qūo anima quoꝯ corpus ipſum mouens ipſa ſe per accidens mouens. ſi nāꝯ non ipſum corpus relinquit dum mouetur, in ipſo autem operatur, manifeſtum eſt ꝙ ſimul cum ipſo per accidens mouetur, ſimul. n. cum ipſo moto, progreditur. ipſa quidem per ſe immobilis eſt, quia quoꝯ incorporea eſt: ꝙ ſi hoc eſt, non eſt in loco. qūo igitur ꝙ omnino ſuapte natura haud eſſe in loco poteſt, moueri dr̄ꝯ nam ꝙ mouetur de loco ad locum tranſit, omne autem ꝙ in loco eſt, corpus eſſe, aīam vero incorpoream, eſſe demonſtrationibus mathematices neceſſariiſꝯ oſtendunt. quare neceſſe eſt oīno immobilem eſſe ſm naturales motus. cum autem dicat eorum quæ mouentur, alia quidem per ſe, alia vero per aliud mouentur; horum exemplum nauiculatorem apposuit. motus nāꝯ in naui non eſt nauiculatoris per ſe, ſed per accīs, nam mouendo nauem, in qua eſt, moueri & ipſe dicitur. ꝙ. n. non eſt ipſius talis motus proprius, patet inquit ex hoc, ꝙ partes per quas mouetur per ſe, dum mouetur nauicularius, immōtę ſunt, hę autem ſunt pedes, qñ. n. per ſe mouetur, id ꝑ pedes facit. quare ſimul exemplum eius quoꝯ motus, qui per ſe eſt, oſtendit, ambulationem videlicet, quæ fit ꝑ pedes, & commode quidem tali vſus eſt exēplo, ne putemus motum totius corporis, qui per partes fit, eſſe per accīs. nam & ſi per partes totum corpus mouetur, per ſe tñ moueri dr̄, quia neque pedes ipſi ſine conſpiratione, & concordia totius corporis mouebuntur. cum autem dupliciter dicatur moueri, nunc de aīa conſideremus, an per ſe moueatur, merito differentias motus ſignificantes propoſuit, quæramus. n. inquit an per ſe moueatur, hoc eſt an ſm ſuā motum habeat. per accidens enim moueri etiam ipſe concederet. qd ita autem poſtq̄ dixit, an per ſe moueatur, appoſuit, et ſit particeps motus ꝯ qñ eorum, quæ per ſe mouentur, alia quidem conſubſtantialem motum habent, & propterea completiuum ſubſtantiæ, veluti cœleſtia: alia vero motū ipſum non conſubſtantialem, neque ſuæ completiuum habent, potentiam tamen mouendi in natura habēt, quo motum ipſum participare poſsint, quando ſit ipſum mouens, vt gleba, participatiua nāꝯ eſt motus, non ipſa ex motu ſubſtantiam recipit. quæramus igitur de aīa, ſiue conſubſtantialem habeat motum, quemadmodum illi, qui ipſam per ſe moueri dicunt: ſiue non conſubſtantialē quidem, non tamen poteſt eius eſſe particeps ſecundum ſubſtantiam: & oſtendet quod omnino motum eſſe in anima impoſsibile eſt.

Quatuor autem motibus exiſtentibus, latione, alteratione, diminutione, augmento: uel uno horum mouebitur, uel pluribus, uel omnibus. ſi uero mouetur non per accidens, natura quidem inerit motus ipſi: quod ſi hoc eſt, & locus erit. omnes enim dicti motus in loco ſunt. at ſi eſt ſubſtantia animæ mouere ſeipſam, non per accidens moueri ipſi erit, ut albo, aut tricubito: mouentur enim & ipſa, ſed per accidens. in quo enim ſunt, illud mouetur corpus. quare neque eſt locus ipſorum, animæ autem erit, ſiquidem natura motum participat.

In quinto ſermone phyſices mutationem in quatuor prædicamentis fieri demonſtrauit, vel. n. in ſubſtantia fit, vt gñatio & corruptio: vel in q̄titate vt augmentum, & diminutio: vel in qualitate, vt alteratio, veluti albicatio, nigricatio: vel in vbi prędicamento, vt ſurſum, deorſum, in lyceo, in foro. harum igitur mutationum, quæ in tribus prædicamentis fiunt, in q̄titate, in qualitate, in vbi, motus eſſe dicuntur: quæ vero in ſuā non motum, ſed ſimpliciter mutationem dicimus, in plus. n. ſe habet mutatio, q̄ motus. nāꝯ ꝙ mouetur natura eſſe oportet, vt moueatur: ꝙ autem gñatur aut corrumpitur, non id ꝙ erat, permanet. & quia ꝙ mouetur circa idem ſuā mutationem tenet, nihil motu in ſuam ſubiecti perficiente. ꝙ ſane generatur, & corrumpitur non in ſuā to fit, ſed velut e materia in formam mutat ꝙ generatur & corrumpitur econuerſo. cum igitur in tribus prędicamentis motum cō templemur, qūo hoc in loco quatuor ſpecies motus enumerauit: Dico igitur ꝙ in prædicamento vbi, & qualitatis nominibus cōibus abundauit, per quæ ſpēs omnes motuum ſub prędicamento ſignāt lationisꝯ, ꝙ alteratio nis. etenim oīs motus in loco latio dr̄, & in qualitate, alteratio, alteratur. n. albeſcens, & nigreſcens: in q̄titate vero nomen cōi non ſuperabundauit, ꝙ augmentum, & diminutionem ſignificet. nam ſi quiſpiam dicat in q̄titate eſſe mutationem, rationem, nō nomen dixit. propter hoc igitur in q̄titate motum in duo diuiſit, in augmentum & diminutionem. tanꝯ igitur demonſtratum ſit ꝙ in ſubſtantia mutatio non eſt motus, ꝙ certum eſt, hoc in loco accepit, omnem motum. i. in tribus hiſce prædicamentis fieri. ꝙ ſi non per accidens mouetur anima, natura ipſi motus ineſt, ꝙ ſi hoc ineſt, & locus etiam ineſt, omnes. n. qui dicti ſunt motus, in loco ſunt, hoc eſt qm̄ non per accidens ineſt animæ motum dicunt, (eius. n ſubſtantiam ꝑ ſe moueri narrat) neceſſario ipſi ſm naturam adeſt, īmo per ſe natura eſt. demonſtratum eſt autem omnem motum ſub vno horum prædicamentorum exiſtere, igitur vno dictorum motuum mouebitur. ꝙ ſi hoc etiam in naturali auſcultatione demonſtratum eſt, ꝙ omnia quæ vno horum motum mouentur in loco ſunt; igitur & ipſa aīa in loco erit, idem ac ſi dicamus corpus erit. ꝙ autem & in quantitate, & in vbi motus in loco ſit, in promptu eſt. ꝙ etiam in alteratione mutatio in loco ſit, manifeſte in naturali demonſtrauit, illud. n. oſtendit, ꝙ per ſe motum, partibile eſſe oportet, partibile aūt per ſe, & in loco eſt, nāꝯ etiam corpus eſt, ꝙ. n. vbi mouetur, ex eo in quo eſt, ad illud in quo erit, ſecedit: ex aliquo. n. in aliquod oīs mutatio eſt. ꝙ autem ex aliquo in aliquod mutatur, neque ex quo mutatur in illo eſt oīno, nondum. n. mutatum eſt, neque in quod mutatur in eo eſt oīno, iam. n. mutatum eſſet, non autem mutaretur neceſſe eſt igitur ꝙ mutatur, quæcunque mutatio ſit, per ſe, non autem per accidens, ſm aliquid ſui eſſe in eo ex quo mutatur, & ſm aliquid in eo in quod eius mutatio fit totum. n. in vtroꝯ eſſe impoſsibile eſt, at erit in oppoſitis ſimul tum in eo ex quo, tum in eo in qd̄ mutatur. Simul aūt idem per ſe in pluribus eſſe impoſſe eſt, quare illud relinquit, ꝙ eius pars eſt, ex quo, pars aūt in quod, partibile igitur eſt, ergo corp̄, ſolum nāꝯ ꝑ ſe partibile corpus eſt. etenim ſi linea, & ſuperficies ꝑ ſe partibile dicatur, id ratione dr̄, ſiquidem ſubſiſtentia, & ſuā ſolum corpus partibile eſt. quare ſi aīa mouetur per ſe erit partibile, et corpus. et hactenus qdem

contra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

3 Plat. quoꝯ commodum eſt, qui aïam eſſe incorporeũ dicit, ſi nãque ſuppõnem dicentem ꝙ mouetur, hoc ſequitur eam eſſe corpus, hoc aũt fallum, non ergo mouet. at nondum ex hoc redarguti ſunt, qui corpus ipſam dicunt: qm̃ non moueatur. quid igitur ex hoc? ꝙ abſurdum eſt, in eo ꝙ mouetur ipſa in loco eſſe, & corpus, oſtẽditur. inducit igitur ꝙ cõſequitur abſurdum poſt pauca, ꝙ aduerſus omnes, cõiter adaptat. Qũo autem dicit omne ꝙ mouetur in loco eſſe? atqui ipſe oſtendit ꝙ ſphæra ſtabilis non eſt in loco. ſiquidem locus eſt, vt ipſi vr̃, terminus continentis inquantum contentum continet: demonſtrat autem extra ſphæram aplanem nihil eſſe aut igitur aplanis partes quodãmodo in loco ſunt, quemadmodum quoꝯ ipſe ait in phyſica. continentur.n. ſingulę partes a partibus vtrobique adiacentibus, vel id ſubaudire oportet, ꝙ vniuerſæ eorum quæ mouentur motus in loco ſunt de his.n. quæ hic mouentur ſermo eſt, quæ per ſe tota mouentur. illi autem qui dicunt aïam mouendo moueri, totã videlicet per totam tranſire, quæ autem ſic mouentur ex neceſſitate in loco ſunt. at fortaſſe quiſpiam dicat, quid igitur aïa in q̃itate non mutatur? nonne alteratur mutata a malitia in virtutẽ? & ab ignorantia in ſciam? ꝙ ſi alteratur, alteratio aũt eſt motus, mouetur igitur aïa. ad hoc familiariter Peripatetici expoſitores, quorum de numero eſt Alexander, ſe obuiant, ꝙ hæc non eſt alteratio, nãque alteratio eſt in paſſiuis qualitatibus facta mutatio, oẽs autem qualitates paſſiuæ ſenſibiles ſunt ¶ quæ autem ſunt huiuſmodi, ſunt in corpore, non igitur alteratum omne corpus erit. virtus aũt & malitia cognitio, & ignorantia ſunt habitus, & priuationes, habitus autem, & priuationes ſunt gñationes, & corruptiones, non alterationes. quemadmodum igitur cæcitas corruptio eſt, viſus autem gñatio, ſic virtus, & malitia, cognitio, & ignorantia gñationes quodammodo ſunt, & corruptiones, vnumquodque.n. cum ſui ipſius perfectione cognoſcit. ꝙ ſi rei in perfectionem quodpiam deficiat, hoc ipſum in corruptiones vergit, perfectio autem aïæ cognitio eſt, & virtus. quemadmodum igitur ſanationem non alterationem, ſed gñationem dicimus, quia ſm naturam quiddã ſanitas eſt, morbus autem præter naturam, hoc mõ quia eſt animę virtus ſm naturam, præter naturam autem malitia: iccirco mutationem de malitia in virtutem, non alterationem, ſed gñationem merito dicemus, nãque alteratio nimirum circa qualitatem ſe habens p accidens in corpore exiſtens, neque perficere quodpiam in ſubiecti ſubſtantiam, neque ipſi corrũpere aliquid poteſt, albeſcens enim, aut nigreſcens corpus nihil quicquam aut iuuatur, aut offenditur: at ſanitas, & morbus, & malitia, & virtus, non ſunt tales, ſed in ipſam ſubiecti ſubſtantiam faciunt. Sic igitur illam vulgatam dubitationem ſoluimus, quæ in introductionibus in accidentis diffinitione fertur. quærebatur enim quomodo accidens adſit, & abſit abſque ſubiecti corruptione, febris.n. cum ſit accidens corrũpit: dicebamus igitur ꝙ non accidens febris eſt, neque alteratio ſubiecti. Verum præter naturam caliditatis animalis compoſitionis diſſolutiua, tunc autem diximus quomodo habitus animę gñationes & corruptiones eſſe dicant.

{ Vt albo aut tricubito } nam ſi quiſpiam cum moueatur ceruſa, moueri album dicat, id videlicet per accidens moueri dicit, quoniam neque ipſum per ſe mouetur. addidit autem & tricubito veluti tricubitum dicat non corpus, at ſimpliciter ipſam diſtantiam ſine corpore, vt lineã vel ſuperficiem volens id oſtendere, ꝙ nullum aliud ſpatium, præter corpus per ſe mouetur. hæc igitur, inquit, per accidens mouentur, quoniam corpus, cui ſunt hæc, & in quo ipſum eſſe habent, hoc ipſum mouetur. ꝙ aũt dicit nõ eſt horum motus, ſed corporis, patet ex quibus & locus in quem mota ſunt non eſt ipſorum, ſed corporis, nam ſiquidem motus ad aliquem finem reſpicit, eſt autem finis motus localis locus, in quẽ motus eſt, locus autem is eſt ac ſi dicamus finem in quem reſpicit motus corporis eſt, non alibi, aut tricubiti, motus igitur erit quoque corporis. ꝙ autem corporis locus ſit, inde manifeſtũ eſt: quia etſi qualitates auferantur, nihilominus in loco proprio ipſum corpus eſt: eodem modo etiam tricubitũ ſi veluti linea, & ſuperficies auferatur.

Præterea autem ſi natura mouetur, ui quoque mouebitur: quod ſi ui, etiam natura.

Poſtquam oſtendit ꝙ ſi natura per ſe anima mouetur, quidam ipſi proprius locus erit, iis, quæ dicta ſunt hoc veluti conſequens adiungit, ꝙ ſi natura mouetur, vi etiã mouebitur, demonſtrans per hoc qd̃ ipſi erit etiam quiſpiam locus præter naturam. ꝙ autem quæ vi mouentur, moueantur etiam ſm naturam, manifeſtum eſt, quod enim violentia mouetur præter naturam mouetur: qd̃ autem præter naturam eſt diuerſio eſt ab eo quod eſt ſecundum naturam, nihil vero eſt ſemper in eo, ꝙ eſt præter naturam. at quomodo dicit illud quoque moueri violentia, ꝙ ſecundum naturam mouetur? nunquid & quę circulariter feruntur corpora, quoniam ſm naturam mouentur, præter naturam quoque moueãtur tandem? atqui ipſe quoque Ariſto. demonſtrauit impoſsibile eſſe illa præter naturam moueri. nãque ea dicit expugnata eſſe ab omni mortali moleſtia. Dicunt igitur valde conſequẽter Peripatetici expoſitores, quorum eſt etiam Alexander, ꝙ non ab natura cœleſtia corpora mouentur, ſed a meliori potentia animæ, quæ. ſ. in illis eſt. quod ſi, vt ipſe ait Ariſt. in appetitione ipſius primi hunc ipſum motum habent, cur enim inquit circulariter mouentur? deinde ſubiunxit, qd̃ mentem imitatur. quemadmodum enim Deus vbique eſt, ſic & cœlum inquit, imitans ipſum primum, quoniam ſimul vbique eſſe non poteſt, ſm partes vbique eſt, animalia quoque, quę motu per obliqua mouentur, hoc. ſ. ab anima mouentur, non a natura. Verum tamen in animalibus alius eſt motus in anima, q̃ is qui eſt a natura, nãque animatorum quæcunque compoſitum corpus habẽt, motum ſm naturam alium habent ab eo, qui eſt in anima. quare corpus mouetur motu naturali, ſm ſimplicium dominationem, quando non vt animatum, ſed vt corpus ſimpliciter mouetur. quando.n. animalia ipſa aut vadunt, aut volãt, aut natant, per animam mouentur: quando autem ab altitudine feruntur per graue inclinationem dominantem eo, ꝙ corporis graue, & terrenum eſt, ſm naturam mouentur, corpori vero ſimplici, cui eſſe animato cõtingit propter huius proprietatem natura eſt anima, & ſecundum animam motus, eſt ipſi ſm naturam motus. Quod ſi natura non mouetur, ſed ab anima, non amplius adducitur ad illam rationem dicentem quod ea. quæ natura mouentur, vi quoꝯ mouebuntur. quod ſi omnino opus eſt, in ipſo naturalem quoque motum reponere, dicimus quod talem motum naturalem habebit, qualem etiam ex anima habet, neque in omnibus rationem Ariſtotelicam dicemus eſſe quod omne motum natura, vi quoque mouebitur, ſed in quibus ſecundum rectitudinem motus fit, quæ & ſecũdum ſe tota mouentur. ab ipſo autem Philoſopho demonſtratum eſt, quod contrarietas eſt in motu ſm rectum, ſolus nãque circularis motus nullum habet contrarium, motui enim qui ſupra fit, opponitur ille, qui infra, huic qui ante eſt, opponitur ille, qui retro, huic qui ad dexteram, ille qui ad ſiniſtram, ſed qui circularis eſt, nullum habet contrarium. quare eorum quæ ſecundum naturam mouentur, ea mouentur, & violento motu ſm rectum mouentur, & tota, locum permutant in motu, qui eſt ſecundum rectum, & contrarietas videtur. cœleſtia vero circulariter mouentur, & tota per tota omnino locos non permutant. Manifeſtum eſt autem qd̃ illi, qui localiter animam moueri dicunt. & motu ſuo tãquam vecte quodam mouere corpus, illi motum ſecundum rectum præbuerunt, omnia enim animalium corpora ſecundum rectum mouentur, bene autem & hoc addit Alexander, quod & non eſt in loco, neque mouebitur vnquam præter naturam. & eſt opinio de cœleſtium motu nullius alterius eorum qui fuerunt ante Ariſto. ſed ipſe illam primus introduxit. quare bene ea quæ illis conſequentia ſunt enarrauimus, ex quibus dicunt, Præterea hoc ſi natura mouetur, vi quoque mouebitur, veluti contingens accepit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quoniam eorum, quæ natura mouentur aliqua vi moueri contingit, ea autem quæ natura mouentur, vi quoque mouentur quæcunque contrarios motus habent, at motus animæ contrarios motus habebunt, quibus enim motibus corpus mouet, consentaneum est ipsam moueri ex illis, siquidem mouendo corpus mouet, omnes.n. corporis motus secundum contrarietatem, quemadmodum diximus, contemplamur.

At eodem autem modo, se habet etiam de quiete, in q. n. mouetur natura, etiam quiescit in hoc natura: similiter autem in q mouetur uiolentia, etiam quiescit in hoc uiolentia.

Ratio quietis rationem motus consequitur postquam enim ea quæ mouentur secundum rectum, & tota per tota locum transeunt, non in infinitum feruntur, locum videlicet habent, quem capere compelluntur, quoniam nihil frustra natura facit. quare cum mouentur secundum naturam, ea, quæ mouentur, cum locum, in quem impelluntur occupauerint, in eo quiescent, si quidem non frustra motus est. si enim neque in infinitum feruntur, admissa in proprium locum non amplius ab natura in locum præter naturam mouentur, præter naturam autem contrarium est, quiesceret igitur ꝑm naturam, in loco ꝑm naturam, quem natura occupare impellebatur, violentia enim opus est, vt aliqua moueantur in opposita, & econuerso quæ violentia mouentur, siquidem non in infinitum feruntur, habent præter naturam locum, in quo cum fuerint violentia quiescent, atque aliter ostenditur q̃ omnis motus secundum rectum factus a quiete incipit. nisi enim gleba sursum lata quieuerit a latione, quæ sursum fit, nũquam deorsum exponetur, q̃ si mouetur in contrarium motum, prius qui motus sursum fit oportet quiescere, deinde qui infra fit incipere, non enim fieri potest vt simul contrariis motibus moueatur. Quod si necesse est ad sermonem de motu introducere etiam sermonẽ de quiete, necessarium quoqne est animam motam quiescere. q̃ si datur, non semper mouetur.

Quales autem uiolenti animæ motus erunt, & quietes, neque fingere uolentibus facile est assignare.

Hinc argumentum patet ex quo superius inquit, considerandum autem primum de motu. ecce.n. sic concluſit. cum nãque ostendisset quod si per se anima mouetur, ſ. secundum naturam, illi quoque secundum naturam locus erit, & rursus si secundum naturam mouetur, violenta etiam mouebitur, & erit illi quidam violentus locus, & quod hoc modo mouetur, etiam quiescit: concludit igitur hic dicens, Quales igitur violẽti aĩæ motus, & quietes. q̃ autem sit impossibile diuidere, & assignare hos aĩæ motus, & quietes esse ꝑm naturam hos autem præter naturam, sic quidem didiceris, qui maxime, & primo animæ siue motus, siue actiones videntur, iudicium, & appetitus est, quorum vtrũque diuiditur in rationale, & irrationale, & in iudicio quidem rationale est, intellectus, & scientia, irrationale autem sensus, in appetitu vero, rationale quidem voluntas, irrationale autem cupiditas & ira. q̃ igitur harum actionum alias dicere esse ꝑm naturã, alias vero prꝛter naturam ratione careat, id patet, omnes enim animali adesse ꝑm naturam videntur. q̃ si quispiam dicat esse animæ præter naturam iram, atque cupiditatẽ, sciat, primum si quidem rationali permittere, nũc autem de omni anima sermo est: ira autem, & cupiditas animæ irrationalis particulæ sunt: deinde eo, quod est præter naturam, nunquam aliquis in illud, quod est secundum naturam vteretur; ira autem, & cupiditate in animalis salutem nisi sumus, illis etiam in animæ bonum sæpius vtimur. quare non præter naturam sunt, multo autem magis motus ꝑm iudicium, sunt ꝑm naturam: neque illi ipsi motus vnquam vi mouerentur, violentia sane tyrannorum dogma impium fateretur, componere quidem ex habitu, & opinari quodpiam violentia ipsam aĩam impossibile est: ab opinione autem per iram, atque cupiditatem disiungi, qñ ab exterioribus irritatur: in ipsa nãq; anima quandam rationis, & affectuum pugnam contẽplamur. at quidem verum est in hisce nullum esse violentum motum, si nãque affectui ratio non assentitur, nunquam in quodpiam horum deducitur. est enim violẽtia, quemadmodum ipse diffiniuit, cuius principium extrinsecus est nullo faciente, aut patiente coadiuuante, veluti lapidis sursum latio est. anima sane ipsa affectui indulget, & assentitur, hoc autem studiosi declarant, qui nullis irritantibus obediunt. At verꝝ neq; potentiam nutritiuam quispiam præter naturam diceret. motibus aũt localibus corporis, qui ꝑm impetum animæ fiunt, contrarij erunt motus qui præter impetum ipsius aĩæ fieri solent: at ipsi ex natura contrarij non sunt: quare ꝑm animæ impetum ad illa corpus mouetur, veluti si ipsa ad interiora corpus mouente alius ipsum retro trahat. si nãque ad ipsa corpus anima mouere potest, similiter & dextra, & sinistra, supraque, atque infra, non præter naturam ipsi sunt motus, etiam si vi quispiam trahat, qui nãque est secundum naturas motus, nunquam præter naturam fiet, non enim vnquam est igni præter naturam, vt sursum feratur. Quapropter si præter naturam motus omnino motum secundum naturam sequitur, non mouetur autem anima præter naturam, neque secundum naturam quidem moueatur. patet autem quod cum oppositione antistrophen recte fecimus.

Adhuc autem si quidem sursum mouebitur, ignis erit: sin autem deorsum, terra. horum nãque corporum motus hi sunt, & eadem ratio est de mediis.

Alterum autem quodpiam rursus absurdum suppositionem ipsorum sequens ostendit. si enim ꝑm naturam mouetur anima, si quidem motus ꝑm naturam sursum est, aut ignis erit, aut aer: sin autem deorsum, vel terra, vel aqua, horum enim sunt tales ꝑm naturam motus. At non simpliciter hoc velut absurdum coadducit, etenim ipsorum quidam dicebãt, alij quidem ignem, alij autem quodpiam aliud ex elemẽtis animam esse. Verum quod si est animæ motus ꝑm naturam aut est sursum, at etiam igni est ipse ꝑm naturam motus, omnis ignis anima erit, & in reliquis simili modo, quod absurdum est. si enim vtriusque ignis, & animæ esse definitum est in motu, qui ꝑm naturam sursum est, quorum autem idem proprium est secundum naturam, ea eadem sunt illud sequitur qđ anima, & ignis sint idem. hoc autem declarauit esse absurdum dicens, horum nanque corporum motus hi sunt, ignem aut fere nullus ipsam faciebat, neque ex aliis elementis quodpiam, sed ex igne, quibus erat ignis elementum, vel ex aliorum quopiam. Neque Democritus ignẽ ipsam dicebat, verum ex atomis, vnde ignem esse volebat. illos igitur, qui in corpoream animam dicunt, aperte hoc absurdum sequitur. sequitur etiam cõiter hoc ipsum eos, qui corpus illam dicunt. non enim simpliciter ignem animam dicebant, sed ignem tali mõ dispositum, & quasdam potentias assumentẽ. igitur anima ipsa dispositio est. Quare si ignis, & animæ idem motus, omnis ignis anima erit. q̃ si hoc, absurdum est, non est igitur idem motus. Similiter quoque in aliis elementis. q̃ si nullo motu elementorum mouetur, neque præter hos vllus est motus, eam nõ moueri dicendum est. Videtur autem sermo habere instantiam ab his, qui eam esse corpus dicunt. non enim si ipsa mouetur motu vnius elementorum, iam necesse est esse vnum ex elementis: caro enim, & os, & metalla, & omnia fere composita multigena, quæ ꝑm naturam mouentur vno simplicium elementorum motu, nõ iam terra sunt, aut aqua, aut aliquod aliorum, vel econuerso, elementa caro sunt, vel os, vel ex aliis elementis quodpiam. quid igitur impossibile est & animã ex vno existentem elementorum, velut ex materiali causa cum illis eodem motu moueri? Quod si quispiam dicat, at aĩa non est materia videlicet elemẽtorum, verum species ipsi succedens, illud sciat quod in omnibus hoc dicere consentaneum est, caro enim est forma carnis, non elementa, similiter quoque in aliis dicitur, & vere dicitur caro deorsum ferri, & ꝑm naturam quemadmodum terra. vel igitur immobilia esse alia corpora dicere oportet, vel ipsam quoque animam moueri.

Præterea

Præterea ſi uidetur mouens ipſum corpus, biſce conſentaneum eſt mouere motibus, quibus & ipſa mouetur. q; ſi hoc eſt, econuerſo quoque nobis eſt dicere uerum, q; ſecundum genus, & ſecundum ſpeciem ut corpus mouetur. at corpus mouetur latione, quare & anima mutatur ſecundum corpus eodem motu, & ipſa uel tota, uel ſecundum partes translata.

Hoc eſt aliud argumentum ꝙ aīa non mouetur. ꝙ.n. vecte quodam mouere ipſam corpus dicunt, ranc; ipſa dum mouetur, corpus impellat, quemadmodum in luſionibus facere conſueuerunt tenues vt mẽbrana de cæra pilas paruas vacuas, & intus claudere muſcas, vel cantharidas, deinde dum illæ mouentur, cæra ſimul mouetur, quemadmodum etiam in viuario clauſa fera, quæ ſecum viuarium impellens mouet: qm̃ igitur hoc modo dicebãt animam ipſam dum mouetur ſimul corpus mouere: propterea quæ ſunt huiuſce opinionis conſequentia, per hæc iterum conſiderat. inquit.n. ſi ſic anima corpus mouet, cõ ſequens eſt eo motu corpus moueri, quo & ipſa anima mouetur, & econuerſo, quo corpus ipſum mouetur, eodem quoque animam moueri. Qui ſit igitur horum motus, ex his quæ nobis manifeſta magis, magiſq; cognita ſunt de corpore. ſ. nobis doctrinam facit. qm inquit latione corpus mouetur, animam quoque latione moueri neceſſe eſt. erat quidem magis p̃ns ex animæ motu concludere motum corporis, vt ex cauſa effectum: verum quia non manifeſtus, & incognitus eſt animæ motus, ideo de corpore motum animę concludit, velut e coniectura cauſam deprehendens: corporis n. motus cognitus eſt. At quiſpiam dubitauerit quõ dicat, ꝙ ipſum mouens dum mouetur, eodem motu commoto mouebitur. ecce.n. mula rotam trahit, & rota circulariter mouebitur, mula aũt ſm rectum: ſimili modo in ærea ſphęra axis quidem vno motu mouetur, quæ autem ab ipſo mouentur in oppoſita inuicem mouentur, quarum alia, quidem cum axe eodem motu ſimul mouetur, alia vero in oppoſita. at etiam cœleſtia, quæ circulariter mouentur, non eodem motu ſecum quę ſunt hic, mouent, atqui cœleſtia non ſimplr mouendo ea, quæ ſunt hic mouent, ſed eo modo, veluti ſi neque mouerentur, calefacientia. n. & frigefacientia congregatione, & diſgregatione ſic circa nos faciunt, non ſane mouendo: tantum nãque ſolum motus confert, q̃tum nobis aut propiorem, aut remotiorem ſolem, vel lunam, vel aliquam aliarum ſtellarũ faciat. de reliquis autem fortaſſe alius diceret rotam curuus per rectum ductũ trahi, figuram autem eſſe cauſam, vt circulariter moueatur, rota nãque vt tota per rectum mouetur rota locum de loco per rectum poſitum tranſiens, partes vero ſunt, quæ circulariter inuicem locis cedunt. circa autem axem, quoniam quod dentatum nominant intrinſecus eſt, ꝙ quidẽ continue mouens eſt ipſam ſphęram quę in oppoſita mouetur, eodem motu ipſa mouetur: at hæc oratio non ſatis eſt idonea nãque primum mouens axis eſt. Nunc autem de anima ſermo eſt de primum mouente, neque rotæ figura ad excuſationem ſatisfacit. Horum ſane ſolutio hæc eſt non dixit quo motu mouetur ipſum mouens ſm ſpeciem ſicut rectum, vel rota, eodem mouebitur & ipſum quod mouetur, verum ſm genus, ſi motu in loco ipſum mouens, & ipſum quod mouetur in loco mouetur, propterea lationem dixit. quærendum eſt autem num quando per ſolum motum ſm locum, ſit hoc verum. non.n. mouens ſecundum quantitatem, aut qualitatem eodem motu mouebitur, ſiquidem nigrefaciens haud nigret, vel augens augetur, vel docens docetur. verum igitur dicetur per ſolum motum ſecundum locum. quare & ipſa vel tota, vel ſecundum partes æqualiter, translata in loco mouebitur, tota quidem totum corpus, ſecundum autem partes partem eius mouens. at quid abſurdum conſequens huic adduxit?

At ſi hoc contingeret, etiam egreſſam ingredi iterum cõtingeret, hoc aũt id conſequitur reſurgere mortua animalium.

Si nãque per quendam vectem corpus mouet, & impellendo, quemadmodum iam diximus, veluti in viuario fera, illud inquit fieri poteſt, vt cum de corpore exiuerit: illud iterum ingrediatur, atq; iterum ipſum moueat, & ſic vtique animalia mortua reſurgerent. quid.n. impedimento eſt, ſiquidem ſola impellat, & vecte ipſum moueat? ad hoc autem contra nituntur, dicentes.n. non bene dixiſſe, ꝙ ſi mouens mouet, egreſſa iterum ingrediatur, & ſic quæ mortua ſunt animalia reſurgent! Ecce.n. quiſpiam dicit columna vecte quodam, & impulſione murum ſuſtinet vel aliud tale quoddam. & ſi diuellatur diſſoluta compoſitione, muruſq; cadat, nõ tñ etiam ſuppoſita murum, vel quid aliud tale ſuſtinere poteſt. & alia huiuſcemodi exempla inuenire quidem poſſes. ad hoc autem reſpondentes dicunt hic non ſolũ vecte et impulſione opus eſſe, verum etiam ſuſtentati conuenientia, qua diſſoluta non item columna, quæ ſemel venit ſuppoſita, ꝙ ſuſtinebat prius, ſuſtinere poteſt. illi vero vt aiunt, per vectem ſolum fieri motum dicebant, neque ſane corpori conuenientiam præbentes, neq; ex natura potentiam quãdam ad mouendum, nos etenim potentiam quãdam vitalem præſentia animæ infundi in corpus dicimus, deinde eiuſdem aīæ abſentia hanc ipſam potentiam corrũpi, atque vna corpus cadere, ideoq; conſentaneũ eſſe non amplius illam poſſe ingredi, remiſſa ex illa, & corrupta, quę initio corpori conuenientia erat. at illi ſola impulſione aīam mouere corpus dicebant, & iõ conſentaneum eſſe eam egreſſam iterum poſſe ingredi, veluti in viuarium fera quædã ingredi, & egredi poteſt, q̃ rem hoc ſequitur, ꝙ animalia mortua reſurgere poſſint. Sed hæc interprætatio eſt eorum, qui mentem Ariſtotelicam non obſeruant. Vult.n. per hæc oſtendere ꝙ anima penitus non mouetur, neque mouendo corpus mouet. quid igitur mouẽtis vt mouea tur intereſt? ſiue corpori conuenientia quadam opus eſt, ſiue non. ꝙ.n. quærimus aut moueatur, aut non moueatur, ſi quidem de hoc erat quæſtio, vtrum corpus vt moueatur conuenientia quadam indigeat, an non. bene quidem hoc modo ſoluebant, & ſi nullus quidem de hac re ſermo ſit, quærit aũt vtrum aīa moueatur, an non, in mouendo corpus, quid magis oſtendit? ipſam non moueri, ſi corpus indigeat ad mouendum conuenientia quadam, dum mouetur anima. ſic.n. neque baculus mouendo ianuam mouet, niſi quãdam ad motum congruentiam ianua habeat, qua habita impellente baculo mouebit, neque.n. aut fixa clauis, aut diſſoluta compõne moueretur, & oīa quidem quæ ab aliquo mouentur, oīno cuiuſdam propriæ aptitudinis egent. Quare dubium ſolutum non eſt, & propterea hoc adducere non probabiliter Ariſtotelis videtur. aliter aũt contra ipſum quiſpiam dicet, ingredere tur quidem rurſus aīa in corpus, & quę mortua ſunt, animalia reſurgerent, ſi natura concederet vt iterum poſſet ingredi, nunc aũt non ingreditur, qm̃ non hoc natura dedit. Quid igitur ad hoc? dum prius eſſet in corpore non mouebatur, neque.n. bis in idem corpus ingredi natura patitur, quemadmodum neque ſi fera in eodem viuario fuerat, ingredi rurſus, quod neque ex deductione manifeſtum fuit. Democritus autem & vnuſquiſque aliorum diceret, quod animam dum mouetur, mouere corpus dicimus, opus eſſe autem corpori conuenientia quanda, quo motus animæ ſuſcipere poſsit, veluti talem atomorum talium ordinem, atque poſitionem. Similiter quoque reliqui talem elementorum, quæ ſunt apud ipſos cõ poſitionem, qua diſſoluta, non amplius corpus impellente eam poſsibile eſt, vt ſi talis formatio vel qualitas ceræ diſſolueretur, veluti ſi mollis fieret, vel quodpiam aliud pateretur, non amplius quod intus clauſum eſt, animal ipſam mouere poſſet.

Motu autem per accidens & ſi ab altero moueretur, impellitur utique ut ipſum animal.

Poſtquam demonſtrauit non poſsibile eſſe aīam moueri propter ea, quæ abſurda conſequuntur ſuppoſitionem dicentem ipſam per ſe moueri: nunc per hæc ad illud, ꝙ per ſe moueatur inſtare vult. etenim prius eã non moueri ſimpliciter demonſtrauit, nunc autem de quibus maxime ſuſpicentur illam moueri, ex illis ipſis non eſſe

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

per ſe mouens oſtendit. neceſſe eſt inquit ꝙ per ſe moue
tur, ſibiipſi eſſe cauſam motus, non autem ab alio mo-
ueri, ꝙ enim per accidens mouetur, ipſum ſibi talis mo-
tus eſſe cauſa poteſt, & ab alio eodem motu moueri, nō
enim dicimus per animalem impetum animalis, ꝙ mo-
uetur, per accidens animam a ſeipſa moueri, & remigem
mouentem nauigium per accidens a ſeipſo itidem moue
ri. Quod ſi quiſpiam violentia animal traxerit, ab alio p
accidens anima mouebitur: etiam aliquis poſſet dicere
velum quoque nauigium mouens per accidens a ſeipſo
moueri motu, quo nauis mouetur, ꝙ ipſum velum ſit in
nauigio, quod mouet. motu ſane, qui per ſe eſt, nūquam
aliquod ab alio moueretur. qđ enim per aliud eſt, eius,
quod eſt per ſe, deſtructiuum eſt, vt in his qua ſequun-
tur oſtendit: atque aliter ſi, qui per ſe motus eſt ex ipſa
natura, indigiuerit per aliud moueri, imperfectum quid-
dam eſſet ab natura factum non ſufficiens ſibiipſi per
ſe. inutile. ergo & fruſtra erit, nihil autem fruſtra na-
tura facit.

Non oportet autem, cui ab ſe moueri in ſubſtantia eſt, hoc ipſum ab alio moueri, niſi per accidens.

Quod ab ſe inquit mouetur, & in ſubſtantia motum
habet, nūquam hoc ipſo motu ab alio mouebitur. ſi nā-
que ab alio eodem motu mouebitur, non amplius erit
vt per ſe ſemper moueatur. quæ. n. conſubſtantialia ſunt,
ſemper ſimul ſunt. anima autem (vt infra adducet) a ſen-
ſibilibus moueri videtur, non igitur ſeſe mouens eſt. hoc
autem niſi per accidens, aut ita accipiendum eſt, ꝙ non
moueri per ſeipſam quiſpiam dicat, ſed per accidens, ſic
enim ab alio mouebitur, nāque illud oſtenſum eſt, ꝙ ſe-
ipſum per accidens mouens, ab alio quoque eodem mo
tu moueri poteſtauit rurſus ſic, niſi per accidens, qđ eo
motu, quo per ſe mouetur, non ab alio mouebitur, quo
autem motu ab alio mouetur, hoc eodem motu per ac-
cidens mouetur, veluti ſphæræ errantes ex oriente ab
non errante ſphęra motu per accidens mouentur. At for
taſſe quiſpiam dubitare poſſet quonā modo dicat haud
eſſe probabile, ꝙ motus per ſe ab alio fiat, nonne p ſe ani
mal in loco mouetur? & in loco ab alio etiam mouere-
tur? & lapis deorſum fertur per ſe, & ageretur etiam ab
alio per locum deorſum ferente? Dico igitur quod non
eodem motu lapis, & animal, & ab alio, & per ſe mouen
tur, nāque animali ſm impetum per inſtrumenta pro-
pria factus eſt motus, quo nūquam ab alio, neque omni
no per accidens moueretur. At lapidi ſimiliter per ſe mo
tus eſt, qui ſm propriam inclinationem momentum ſit,
hoc autem motu nūquam lapis per accidens moueretur.
Quamobrem ſi quod per ſe mouetur ab alio non moue
tur, anima autem ab ſenſibilibus moueri videtur, nam
cum mundum cognouerit, in intelligentiam Dei venit,
& ex ſingularibus ſenſibilibuſq; in vniuerſalem cognitio
nem mouetur. item deſiderabile cum viderit, in eius deſi-
derium mouetur: & in iram, qui iniuria affectus eſt, cie-
tur. Denique ſi ex natiuitate cuidam ſenſus deficiat, mo-
tus etiam per eum ſenſum deficit. ſi nāque viſum quiſ-
piam non habeat, haud vnquam quo ex viſibilibus mo
ueri ſolet, eo ſenſu mouebitur. item ſi cum naſceretur au-
ditu priuatus fuit aliquis, is quidem nūquam ex audibi-
libus motus fuerit, & in reliquis eodem modo. quod ſi
anima ſenſibilibus mouetur, non igitur per ſe mouetur:
ꝙ ſi eſt, non quidem ſeſe mouens eſt. Verum ad hæc di-
camus, ꝙ etſi ab ſenſibilibus anima mouetur, ſic tamen
quemadmodum ab expergefaciente dormiens geome-
tra mouetur, velut igitur, qui illum expergefecit, hoc ſo-
lum impedimentum remouit, non aūt geometræ ſpecu-
lationes geometricas inſpirauit, ſic etiam anima rerum
rationes in ſeipſa habens, & velut a ſomno natiuitatis in-
utilis exiſtens ab ſenſibilibus aut a doctoribus excitata,
rationes, quas in ſe habet, ſibi anteponit. At ſi illi ſenſibi-
lia cognitionis cauſa fuerunt, cur etiam quæ ratione ca-
rent, ea non cognoſcit? etenim plurima acutioribus ſen-
ſibus vſa ſunt. Præterea aliter ſenſibilia videt, & non qūo
ſenſui videtur: ſenſu. n. ſolē menſura vnius pedis vidente,
anima vero dicit eum eſſe multiplicatum multo maiorē,
q̄ tota terra ſimul: quare nō ab ſenſibilibus cognitionem
tenet. nam ſi hoc eſſet, illud exiſtimaret, ꝙ ſenſus prædi-
cit. vnde & res, & rationes iudicat? & niſi ad rationes
quæ ſunt in ſe conferens, aut bene, aut male eſſe demon-
ſtrat? id igitur patet, quod omnibus modis animam in
cognitionem ſenſibilia non mouent, niſi ſane vt diximus
per ſecūdum potentiæ ſignificatum, quod actus eſt, hoc
enim habet habitum, etſi actum non expromit. præterea
iam animalis tales eſſe motus diximus, quia ipſa per ſe
anima operans intelligenter operabitur nihil cū ſenſibus
indigeat. Nos quidem hæc in Ariſto. dicere commode
poſſumus, ſi de anima rationali loquitur. quod ſi moue-
tur, non ab ſeſe, ſed ab ſenſibus mouetur. At quoniam
de omni anima, etiam de irrationali illi ſermo eſt, pro-
bationes eæ, quæ dictæ ſunt ab eo, locum habent, ni-
hil enim, quæ ratione caret anima, abſque ſenſibilibus
cognoſcit. ſed hoc nihil ad Platonem, qui rationalem ani
mam per ſe moues dicit.

*Quemadmodum neque quod per ſe bonum eſt, aut pro-
pter ſe, id quidem per aliud eſſe. Hoc uero alterius gratia,
animam autem maxime quiſpiam dixerit ab ſenſibilibus mo-
ueri, ſi quidem mouetur.*

Hoc eſt eorum quæ dicta ſunt, exemplum. Quemad-
modum, inquit, ꝙ per ſe bonum eſt, non per aliud erit
bonum, neque qđ eſt propter ſe bonum, vnquam alte-
rius erit gratia: ſic neque qđ per ſe mouetur, ab alio vn-
quam mouebitur. atqui ſi ab ſenſibilibus anima mouet,
quemadmodum mouetur: id ſequitur, ꝙ per ſe non mo
uetur, non igitur ſeſe mouens eſt. illud autem, ꝙ dicit per
aliud, opponit huic particulæ, per ſe. illud vero, alterius
gratia, huic propter ſe. Prima autem oppoſitio ex actiua
rum: ſecūda vero ex finalium cauſarum dr̄ia ſumpta eſt,
vt videre per ſe eſſe dicimus, qm̄ nobis hoc p aliud quod
piam nunquam fiat, ex ipſa. n. natura videndi cauſa acti-
ua eſt, diuitias autem nō ipſi habemus, verum per aliud,
videlicet per mercaturam, per agriculturam, per aliud
quodpiam tale: rurſus in vrceo aqua, vel glacies frigidū
quidem per ſe habet, talem vero figuram per aliud. ſ. per
vrceum. Similiter ibi, propter ſe, & alterius gratia, nam
virtuti propter eam ſtudemus, non alterius gratia, nam
etſi non ſit retributio virtutis, virtuti tamen propter eam
ſtudendum eſt. vires autem non propter eas habemus,
ſed propter corpus, corporis. n. vires perfectio ſunt, &
animæ quidem virtus propter ſe, eligibile eſt: virtus. n.
perfectio eſt animæ. Quid igitur ſit hoc per ſe. & p aliud,
quidꝙ hoc propter ſe, & propter aliud, dictum eſt. Si
quodpiam autem ſit propter ſe, hoc omnino eſt etiam
per ſe, at non item ſi quodpiam per ſe eſt, hoc eſt omni-
no per ſe. veluti animæ virtus eſt propter ſe, atque ideo
per ſe, actiua. n. virtutis cauſa in ipſa eſt anima, quia in re-
ctam affectionem virtutis non alterius extrinſecus eget,
ſed in ſeipſa eius actiuam cauſam tenet. Similr quoꝙ cor-
pori propter ſe ſanitas bonum eſt, & ideo etiam ipſi per
ſe ſanitas eſt, de ſe nāque actiuam cauſam ſanitatis habet,
quia bene valere eſt ſm naturam, non tamen hoc per ſe,
omnino eſt propter ſe, videre enim per ſe eſt animæ, non
tamen propter ſe, ſed propter virtutem, aut conſeruatio-
nem, ſimili modo ſi quodpiam per aliud eſt, hoc omni-
no & alterius gratia eſt, at ſi quod eſt alterius gratia, om-
nino eſt per aliud: per aliud enim diuitiæ ſunt, videlicet
per mercaturam. vel aliud tale, propterea etiam alterius
gratia. ſ. virtutis hoc ſane videre, vel ſanum eſſe alterius
quidem gratia eſt, at non per aliud, verum per ſe. oppo-
ſitis igitur hoc per ſe, huic per aliud, hoc autem alterius
gratia huic propter ſe, contingit per ſe, p accidens eſſe per
aliud. lapidi. n. per ſe eſt, vt deorſum feratur: at etiam de-
orſum per aliud per accidens agetur: nam ſi diuulſum fue
rit fundamentum, quæ ſuſtinentur ab eo, per aliud. ſ. per
diuellentem deorſum feruntur, per aliud (inquam) ſed
acta per accidens: illo enim diuellente fundamentum
hæc, deorſum ſecundum naturam locum inuenientia de-
ducta ſunt. dicetur, & per accidens per aliud deducta eſſe

per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

per diuellentem. similiter quoque bene valere per se corporibus adest, attamen per accidens per aliud, per medicum. s. euacuantem ꝙ angit, vel simpliciter illud surripiẽtem, ꝙ corrumpit. ille. n. quę nocent, ea prohibet, natura autem submouens a se ꝙ afficit molestia, sanitatem secũdum naturam facit, etenim infirmitatum ipse naturæ medici sunt, et sic bene valere per se corpori desiderabile est, quãuis nihil aliud e sanitate adiiciatur: item hoc propter se, (ꝙ quidem dixi) per accidens erit alterius gratia, nam virtus ipsa cum propter se sit optabile, bonæ gloriæ causa per accidens erit, quia ipsam virtutem gloria bona sequitur: & quispiam dicere posset esse virtutem propter gloriam, non autem per se, verum per accidens: eodem modo cum sanitas propter se corpori sit desiderabile, eã quispiam diceret esse alterius gratia per accidens, gratia videlicet faciendi aliqua. at. n. sanitas nõ est optabilis propterea, ꝙ idoneum corpus ad agendum faciat, sed hoc ipsum valens cõsequitur, sanitas igitur per accns alterius gratia, faciendi. s. aliquid est. quę cum ita sint, patet quod anima sit per se mouetur, non vtiq; ab alio mouebitur, nisi per accidens, ꝙ si per aliud mouetur, videlicet ꝑ sensibilia, non ipsi quidem erit motus per se, ꝙ quidem volunt illi, qui eam per se moueri constituunt.

At uero, si mouet ipsa seipsam, ipsa quoq; mouebitur. Quare si omnis motus est eius, ꝙ mouetur, inquantum mouetur. anima quoque digredietur à substantia, nisi per accidens ipsa se moueat, sed est motus substantiæ ipsius per se. quidam uero mouere inquiunt animam corpus, in quo est, eo modo, quo ipsa mouetur: ut Democritus idem fere dicens cum Philippo Comico. Dicit enim Dædalum fecisse ligneam Venerem, quæ mouebatur infuso argento fusili. similiter quoque Democritus dicit, pilas indiuisibiles, quæ mouentur, ꝙ illis natura insitum sit nunq̃ manere, simul trahere, & mouere corpus omne.

Iam diximus ꝙ per hæc contra illud, sese mouens, reclamatur. contra illud ergo hoc est argumentum, ꝙ ita ait, si anima seipsa mouens est adeo, vt ipsa sit & quæ mouet, & quæ mouetur, & non per aliud quidem mouet, per aliud autem mouetur, & uelut anima mouetur: igitur vt anima mouebitur: omne autem quod mouetur, ab hoc digreditur inquantum mouetur: igitur si anima inquantum anima mouetur, ab animæ essentia digreditur. ꝙ. n. mouetur ſm locum, ab eo digreditur, a quo loco motũ est: eodem quoque modo ꝙ ſm quantitatem, quodq; ſm qualitatem mouetur. unũquodq; n. inquantum mouetur, ab hoc vnde mouetur, digreditur. igitur aïa quoque si inquantum anima est, ſm substantiam mouetur, digredietur: vtique a substantia sua, & corrumpetur. etenim necesse est oĩno, vt illi volunt qui animam dicunt esse incorporeum, & seipsum mouens, motum ſm substantiam accipere. cum nãque mutationes quatuor sint, quẽ admodum iam sæpius dictum est, ſm substãm, & q̃titatem, & qualitatem, & locum, siquidem ſm locum, aut quantitatem mouetur aïa. i. in promptu, ꝙ corpus est, corporum nãque sunt q̃titas, & locus. pari quoque mõ ſm qualitatem mutatio corporum est, vt iam diximus, siquidem ſm passiuas qualitates mutatio est, ipsæ autem sensibiles sunt, ꝙ autem ſm aliquod sensibile mutatur, corpus est. igitur si mutatio, siue motus animæ neque est ſm q̃titatem, neque ſm qualitatem, neque tandem secundum locum, quia incorporea est: illud relinquitur, ꝙ est ſm substantiam, aliter etiam per se substantiam dicunt eius esse hoc, ꝙ per se mouetur, ꝙ autem ſm substantiam mouetur, ꝙ idem est ac si diceremus mutatur, corrumpitur. igitur mouendo aïa quoque corrũpetur. item aliter, necesse est ipsos dicere mutationem, & motũ ipsius animæ ſm ipsam substantiam fieri, si nãque mouet anima ſm qualitatem, aut aliorum quodpiam, substantia autem eius, neque in qualitate, neque in q̃titate, neque in loco est, quicquid. n. in his est, corpus est: id sequitur ꝙ anima seipsam non mouet. nunc autem seſe mouens inquiunt, hoc autem nisi per accidens moueatur, videlicet nisi in mouendo alio. s. corpore in quo est, ipsa seipsam mouere dicatur. hoc. n. & ipse ponit, ꝙ si non est ita, sed in substantia eius motum contemplamur, ipsa q̃dem de se digrediatur, nos possumus hoc nisi per accns, etiam sic agnoscere pro eo, ꝙ est, non ſm aliquod accidentium ipsi seipsam mouet, veluti ſm locum, vel q̃titatem, vel qualitatem. ꝙ si ſm quodpiam horum seipsam mouet, maxime quidem hoc impossibile est iis, qui illã esse incorporeum dicunt. Præterea non esset seſe mouẽs, non. n. q̃titas, aut qualitas anima est. quare mouet quidem anima, q̃titas vero, aut qualitas eius mouetur. quẽadmodum. n. natura ſm q̃titatem corpora mouens ipsa non mouetur, non. n. q̃titas est, neque corpus inquãtum corpus mouet, sed solam corporis q̃titatem mouet, nãque & naturæ, & corporis ipsa ratio manet, at non sane item q̃titatis. sic igitur anima, si ſm quodpiam horum mouetur, erit: non est igitur seipsum mouens Qđ si inquantum est anima ſm hoc habet vt moueatur, tanquã idem sit & mouens, & ꝙ mouetur, alienatio autem est omnis motus ab hoc inquantum mouetur, illud necessario consequitur vt anima ipsa dum mouetur, a seipsa digrediatur, & corrumpatur, ꝙ autem ipsius seſe mouens de ipsius substantia prædicent, veluti ſm hoc ipsum moueatur anima, inquantum substantia est, id aperte in Phędro Plato declarat. Postquam. n. dixit ꝙ omnis anima immortalis est, immortale est enim ꝙ per se mouetur, paulopost infert. cum aũt demonstratum sit immortale esse ꝙ per se mouetur, animæ substãm & rationem hoc idem esse dicere quẽquam non pudebit. quare et substam, & diffinitionem animæ hoc seſe mouens manifeste dicit. bene igitur Arist construxit, ꝙ si ſm substantiam mouetur, de se alienabitur, & corrumpetur. Sæpenumero aũt diximus, ꝙ oẽm operationem motum Plato vocans sic seſe mouentem aïam dicit esse, veluti per se operabilem; ꝙ in naturalium vllo videmus. etenim natura, vel potentia mouet, mouentur aũt quæ hisce subiecta sunt. Quidam vero inquiunt eam mouere corpus, in quo est, eo modo, quo ipsa mouetur. Postquam superius demõstrauit illud esse absurdum dicere ꝙ anima dum mouetur, impulsione, et veluti quodam vecte corpus mouet, nã si daretur hoc, illud itidem fieri posset, ꝙ aïalia, quæ mortua sunt, resurgerent. ne fortasse quispiam credat se eos damnare, tanq̃ impulsione quadam animam mouere corpus dicant, cum non hoc illi dicant: eorum opiniones in medium confert. ꝙ qui dicebant atomos (sic aũt Democritus, & Leucippus, & Epicurus, atque etiam Plato dicebat, quemadmodum deinceps narrabit) dicebant. n. inquit rotundas atomos, cum sint facillimi motus se cum corpus mouere, idem inquit dicentes cum Philippo Comico, qui Venerem ligneam, quæ mouebatur, Dædalum fecisse dicebat. nam Dædalus cum fecisset in statua quasdam concauitates, argentum viuum infudit, quo dum moueretur argentum viuum (est enim motu facile, & continue deuoluitur) atque impulsione sua statuam moueret, ex ipso statuam Veneris moueri faceret, apparere. valde autem breuiter, & consequenter Democrito se opponit asserens.

Nos aũt interrogabimus, si etiam quietem facit hoc ipsum, quomodo faciet hoc difficile, uel etiam q̃ dici non potest?

Magna quidem attentione dignã dicit. nam, quia animalia non modo moueri, verum etiam quiescere vñr, quę nam inquit est quietis causa? non. n. ex ipsorum suppositione, quæ sit quietis causa cognosci potest. nam si mouet animal anima, & quemadmodum operatio ipsa declarat, in quietem ducit, & dum sphæricæ atomi mouentur animal mouetur, per se autem atomi semper mouentur, quænam quietis est causa?

Omnino uero non sic uidetur mouere anima animal, sed per electionem quandam, atque intelligentiam.

Validissimum est hoc argumentum, nam quę ab illis dicuntur, sunt præter illud, ꝙ ex rebus efficitur, non. n. id videmus, ꝙ violentia & impulsione quadam corpora anima moueat, sed volũtate sola, simul. n. pro voluntate & moueri, & quiescere animalia facit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Eodem autem modo Timæus quoque phyſica ratione oſtendit animam mouere corpus, illã enim mouendo corpus quoque mouere, quoniam copulata ſit illi, eam enim conſtitutam eſſe ex elementis, atque diſtinctam harmonicis numeris.

Poſtquam dixit aliquos dicere ꝙ anima corpus mouet eo modo, quo ipſa mouetur: deinde propoſita Democriti opinione, factoq; breuiter argumento, ꝙ illa ſit præter ea, quæ manifeſta ſunt, & apparẽt: hinc Platonis, quæ eſt in Timæo, opinionem proponit, quæ fere ſimilis eſt, ait.n. ꝙ quo motu mundi anima mouetur, eodem mundi corpus, cui contingit, mouet. Quare hanc ipſam opinionem veluti cum illa Democriti cõicantem, in ordine ſtatim poſt illam ſubiunxit. inquantum.n. vtrique dicunt cum aĩæ motu corpus quoque ſimul moueri, pari opinione ducuntur. differunt autem, quia Democritus velut in vaſculo animam claudit: Timæus vero eam ait corpori, veluti catenæ eſſe cõnexam. At operepræcium videtur ipſam Timæi opinionem de aĩa prius exponere. ille igitur in creatione aĩę dicit ipſum Deum accepiſſe ſubſtantiam, & identitatem, & diuerſitatem, quæ oĩum exiſtentium elementa ſunt: ſubſtantiam autem non q̃libet, ſed mediam, illius quæ indiuidua eſt, ſemperq; ſm eadẽ ſe ſimiliter habet, & eius, quæ circa corpora diuidua eſt. hanc igitur ſubam, & identitatem, & diuerſitatem cum miſcuiſſet, inquit produxit, & lineam fecit, deinde hanc ipſam lineam in numeros harmonicos diuiſit, videlicet in vnitatem, & duitatem, & trinitatem, & quaternitatẽ, & in nouem, & in numerum octo, & in vigintiſeptem, hanc autem inquit lineam, in duas lineas ſcidit, deinde cum coaptauiſſet has ipſas duas lineas inter ſe in figurã. X. literæ reflexit, duoſq; circulos fecit, alterum maiorẽ, alterum minorem, hunc quidem interiorem, illum vero exteriorem coaptatos inuicem circa duo puncta, & exteriorem quidem circulum ad dexteram. interiorem vero ad ſiniſtram mouit, & exteriorem eiuſdem naturę nominauit, interiorem vero alterius, & exteriorem vnum, & indiuiſum dimiſit, cũq; interiorem ſexies diuiſiſſet, ſeptem circulos inæquales fecit, qui duplaq;, & tripla ratione inuicem ſuperabãtur, & tres quidem celeritate motus æquales, reliquos autem quatuor & ſibi inuicem, & illis tribus inæquales motu conſtituit & hæc quidem, eſt, inquit, anima mũdi. Deinde poſt hoc dicit, omne corporeum mundi intus clauſit, coaptataq; anima e medio vſque ad vltimum cœlum informauit, & ipſum extrinſecus omne circumtexit. quæ igitur Timæus dicit, hæc eſſe ait, & his contradicere ſe Ariſt. parat, id. ſ. faciens ac ſi quiſpiam poeticis fabulis contradicat, tanq̃ rerum naturæ minime conueniant. nãque, vt ait Plato iis, qui fabulas poeticas, vt apparent, accipiunt, nihil quidem magis ridiculum videatur, quemadmodum etiam nihil magis inſanum iis, qui mentem in illis occultatam, minime quęrunt, verum quẽadmodum ſemper Ariſt. conſueuit, hic quoque ꝙ extrinſecus apparet, arguit, ne quiſpiam cum quæ per ænigmata demonſtrantur cognoſcere non poſſit, in eo ꝙ apparens eſt, acquieſcat. ꝙ.n p ſymbola quędam, & allegorias doctrinam ſuam Pythagorei ferrent, id patet, ſæpiuſq; a nobis dictum eſt, vnde quoque illorum præcepta moralia ſunt iſtius modi, ſupra menſuram ne aſcendas. in via ne feces ligna. ignem gladio ne fodias. ſtateram ne tranſilias. cum ad templum te confers, ne de via flectas, ꝙ illis hoc idem ſignificat, ꝙ oportere eos, q̃ ducuntur ad ſacra, quę illic fiunt curare. hoc aũt ſtateram ne tranſilias, ꝙ iuſtitiam præterire non oporteat. hoc aũt ignem gladio ne fodias, idem eſt ac ſi diceremus iracundum verbis ne irrites: illud vero in via ne feces ligna, hoc ſignificat. quod in via virtutis vitam ſeparabilem ſtudioſe curans non hoc aĩæ, & corporis naturale vinculũ corrupto animali diſſoluas, hoc tãdem ſupra menſuram ne aſcende, dictum eſt pro eo, ꝙ eſt, ne vela, neque occulta propter ſuperbiam ꝙ iuſtum eſt. hoc autem propterea faciebant, ꝙ indignis ſapientiã ſuam manifeſtare haud oportere putabãt, vnde diſcipulos quoq; per quinquennium tacere moribuſq; ita ſe prius ornare iubebant, neque eos doctrinæ ſuæ participes faciebant ante, q̃ p quinquennium rectos, bonoſq; mores aſſecuti ſeipſos ea doctrina dignos oſtendiſſent ea autem quæ ſymbolice dicta ſunt per illud ꝙ apparet abſurdum, nos ad illam veritatem, quæ ibi occultatur, inquirendam deducunt: neque enim ſic fabulari putabant oportere, quẽadmodum poetę faciunt propter iuuenum nocumentum, qui in id, ꝙ intelligitur videre non poſſunt, neque etiam dogmata tradere manifeſte volebant: quare per illud, ꝙ præter rationem videbaĩ, in inquiſitionem veritatis occultæ deducentes doctrinam ſymbolicam compoſuerunt. nam vt primum dicam, qũo linea, quę ſine latitudine longitudo eſt, ſcindi poteſt? qũo item omnibus modis in numeros harmonicos diuiſa velut vna exiſtens ſm longitudinem vel ſcinditur, vel in circulos flectitur? propterea qũo linea recta ipſa circulus fit, cum neque linea recta circulus, neque circulus linea fieri poſſit? magnitudines.n, ſunt genere diſſimiles. Deinde etiam qũo circulorum vnus maior factus eſt exterior, cum linea neque additionem, neque ſubtractionem patiatur? qũo tandem ſi circuli hi anima, quorum intus vniuerſum corporeum clauſum eſt, coaptati e medio vniuerſi vſque ad vltimum cœlum coniuncti ſunt, qũo (inquam) ipſum totum cœlum circũtegunt extrinſecus? non.n. circulus exteriorem ſphæram circũtegere poteſt. propter huiuſcemodi ergo res, & alia multa clarum eſt ꝙ aliæ quædam illi innuere videbantur. Quod ſi maxime omnium mathematicorum cognitionis Pythagorei ſatagebant, Pythagoreus autem Plato erat, ante cuius ſtudium, nullus ignarus geometriç ingrediatur, ſcripſerat, nullus vero, qui geometriam ſummis ne quidem digitis tetigerit tale aliquid diceret auderet: quiſpiam ne adeo ſtultus erit, vt putet ipſum Platonem talia dicere, & intelligere ſicut apparent? at fortaſſe paucis, breuibusq; ſymbolorum ſententiam declarare non erit inutile. anima igitur mundi vita eſt, & vita intelligentiæ particeps: ꝙ autem vita ſit omnis anima ſimpliciter, ex iis, quibus ingenita eſt, patet, ꝙ in ipſo eſſe vitam prębet. nam ſi aliter eſt, quomodo id. ꝙ non habuit dedit? anima vero eſt vniuerſi, & intellectiua, fecit enim, inquit, mundum animal animatum, & intelligens. Cum igitur eius animæ vitale, & intellectiuum, lineam, circulumq; excipit, circulum quidem actiones intellectiuæ ſignum, nam regreſſus eſt ad ſeipſum circulus, & ab ſe incipit, inq; ſeipſum deſinit. qũo etiã intellectus ad ſeipſum conuertitur, ſecq; ipſum contemplatur, lineam vero vt vitæ ſignum capit. nam vita quidam progreſſus eſt, & veluti fluxus, qui ſe habet ab aliquo ad aliquod, a viuum faciente ad viuum factum. Quali modo eſt etiam linea, nãque habet vnde, et quo ab initio ad finem. tali ergo de cauſa lineamq; eſſe, & circulum ſupponit declarans eſſe vitamq;, & vitam intelligentiæ participem. ad hæc, cum vnam lineam feciſſet, quid ita hanc ipſam in duas ſcidit? quid.n. fuit impedimento, quin ex illa eadem mixtura duas lineas faceret? Rurſus igitur dico, ꝙ ea, quæ intelligibilia ſunt, & diuina, ſuperq; aĩam (quẽadmodum ipſe Plato dixit) indiuiſa ſunt, & per ſe. Similiterq; ſunt habẽtia ſtabilem ſubam, potentiam, actionem, & indetenta ad oẽm corporis naturam in ipſa vnitate deſignantur. Vitę autem naturales (vt ait) per corpora ſparguntur penitus mutantes ſubſtantiam potentiam, actionẽ, ſm dualitatem, nãque eſt ante multitudinem. Rationales vero animæ veluti intellectiuę, & ſm ſubam immutabiles exiſtentes, & habentes a toto corpore ſeparabiles actiones. Si quidem & ipſæ ante vnitatem ſunt. vt autem hæ, quę habitum ad corpus receperunt, & eius conuerſionem, & prouidentiam faciunt, ſic ante multitudinem ſunt, & dualitatem. Quare quoniam vnitatem, & dualitatem ipſam facit, indetentamq; eius ad corpus operationem demonſtrans illas itidem, quas in corporis habitu contemplantur: hanc aũt in numeros quoĩdã diuidit, non quoſlibet, at qui geometricam, & harmonicam, & arithmeticam proportionem facere poſſunt. ex quibus ſecundum primam diuiſionem capit eos, quos ego Numeros partitus ſum. qui compoſiti in ordine hi quidem pares. 2. 4. 8.

item

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

item hi in ordine impares. 1. 3. 9. 27. geometricam proportionem faciunt, quemadmodum enim se habet primus ad secundum, eodem modo se habet ad tertium secundus. in altera autem diuisione alios numeros accipit, qui musicam, & arithmeticam proportionem facere possunt, & sic qui exacte magis de his discere cupit, Alexandri commentariis occurrat. qua ergo gratia in hos numeros lineam diuidit? hoc quidem tum pro anima mundi, tum pro nostra acipere possumus. nam quidem oratio ipsa sicuti pro anima mundi est, ita etiam nostræ conuenit. animæ quidem mundi cõgruit, vt harmonice moueatur, mundumq; similiter moueat: nostræ vero quadrat, quod in se harmonicam naturam teneat, habet. n. harmonicam quandam, & ad iram, & ad cupiditatem, & quo cognoscitiuam virtutem cœlestium harmonicæ naturæ, & concentus habeat. Adhuc sane etiam mathematices huius harmoniæ, musices inquam, & reliquarũ. Quare ibi quidem factiuam harmoniæ potentiam accipimus, atque etiam simul cognoscitiuam. hic autem solũ cognoscitiuam. in duas autem lineã diuidit, & figura X coniũctas in duos circulos flectit. & alterum quidem exteriorem maiorem, alterum vero interiorem minorem, duobus in locis coniunctos, et ipsum quidem maiorem, quem vocauit eiusdem, ad dexteram, ipsum vero minorem alterius nominatum, ad sinistrã mouet. quid igitur sibi velit hoc diuidere lineam in duas, quod animo concepimus, a nobis dictum id est has autem figura X literæ inter se aptat. axes enim & eius partis, quæ dicit aplanes, & eius, quæ vaga ẽ, ita dispositi sunt, vt sphæra aplanes circa polos æquinoctii moueatur: vagæ vero circa zodiaci polos voluantur. hi autem diuisi sunt inuicem in figuram X literę. Quare horum quoq; axes in figura X literæ adiacent alter alteri. quod enim & aplanes, & sphæræ vagæ circa eosdem polos non moueantur, id ex hoc patet, quod per latitudinem moueri planetæ videntur, cum scilicet & ad boream ascẽdant, & ad notum descendant. Vnde & transitu solis ad australia, et borealia æstasque & hyems fit. nam si circa eosdẽ polos cũ aplane planetæ mouerentur, non quidem per latitudinem distantiam facerẽt. has igitur duas lineas in circulos reflexit. per duos autẽ circulos ille idem, quod per duas lineas significat. duplices enim sunt animæ virtutes, alteræ sublimipetæ, per quas excitatur ad ipsum Deum: alteræ generationis operatrices, per quas ad ea, quæ sunt hic, conuertitur. has aũt virtutes duo circuli subobscure significant, quas alio in loco, equum pulchriorem, & peiorem vocauit: & circulus quidem exterior potentiam animæ sublimipetam significat, interior vero virtutẽ generationis operatricem. meliorem autem nominauit eiusdem, peiorem vero alterius, quoniam diuina quidem prope vnitatem sunt, & identitate prope vnum nimirum existentia: quæ autem sunt in generatione, & discrimine a primo valde remota sunt. Adhuc etiam commodius illi hi circuli declarant animæ motus, quibus ipsa quoque cœlestia mouentur, & quidem circulus eiusdem aplanen notat. alterius vero sphæras erraticas, quos quoque duobus in locis coniungit, zodiacum significans, & æquinoctialem. coniungũtur autem ij in Libra. & Ariete. Ad dexteram autem aplane sphæram mouisse dicit, quoniam principium motus est dextra. inde autem principium motus erraticis est ab oriente. Quare etiam sinistris humeris onera imponimus, quo dextra, quæ motus est princeps, facillime solui possit. princeps aũt est, velut ea, quæ promptitudinem magis habeat, promptitudinem vero magis vt calidior habet. calidior autem est, quoniam sanguinis officina hepar in dextris sedet. id igitur manifestum est, quod primum caliditate naturali fruitur. ad sinistram autem circulum, quem vocauit alterius, mouet, motum scilicet errantium, qui est ab occidente, declarans. Sic etiam Poeta dicit. Hi vel læua petunt, auroram, & Apollinis ortus: Vel dextra ad tenebras, densum & caligine cœlũ. vocat autem eiusdem aplanem, velut vnam existentem, æqualemq;, & semper eodem modo se habentem. Reliquam vero partem vocat alterius veluti non vnam existentem, sed variam, inæqualẽ, atque dissimilem, etenim sunt errantium motus inter seinuicem inęquales. alterius autem circulum in septem scindit ea proportione, quam errantes habent inuicem, talibus enim proportionibus diuidit, in qualibus ipsorum spatiaq;, & motus inuicem sunt. Quomodo igitur hoc animę nostræ quadret, id patet, quia illi conuenit per proportionem, quam in numeris harmonicis esse diximus. mundi nanq; anima virtutes horum factiuas, & exẽplares habet. nostra vero cognobilium perceptiuas, & imaginarias. habet enim perceptiuam potentiam, per quam mutuumq; rationes, & ipsorum consonantias, atque differentias cognoscit. Etenim quidam scripserunt horum esse inuicem rationem motuum, qualem proportionem ad vnumquemq; reliquorum motuũ, vnusquisq; motus habet, & de vniuscuiusque ad alterum cõsonantiaq;, & instauratione, & de omnibus simul, quam instaurationem per multa annorum millia fieri dicũt. fieri autem in tropicis aut in cancro, aut in capricorno. Tunc autem inde accidere vt vel incendiũ vel diluuium fiat. intus autem omne mundi corporeum capit, e medioq; coaptata ipsa anima, dispersaq; vsq; ad vltimũ cœlum circũtegere cuncta circulariter ipsum cœlum facit, id. s. significans extra cœlum nihil esse quicquã. Sed intra quæcunq; sunt vniuersa complecti, vitæq; nihil esse extra partem, verum omnibus ex anima mundi partem cõcessam, diuinitusque inspiratam vel obscurius, vel clarius, quemadmodum vniuscuiusq; mensura fert. etenim ipsa etiam quæ carent anima, quandam vitã participant, per quam potentias quasdam habent, vel enim calefaciunt, vel frigefaciunt, vel exiccant, vel humectant. Præterea etiam mouent, aut per alias quasdam virtutes inauditas operantur. quarum rerum alia quidem per experientiam multis cognitæ sunt: aliæ vero, qui scripserũt hisce de rebus, ab ijs memoriæ proditæ sunt. hæ autem sunt istius modi. Magnes lapis habet virtutem, quæ ad ad se ferrum allicit, & trahit. alius autem lapis est, qui quidem madefactus aqua exardet, sed oleo infuso extingui tur. alius item potentiam retinendi fœtus in vtero tenet, neque prius animalia illa, quibus hic lapis adiaceat, pariũt, quam lapis ablatus sit. alia quoque sunt huiusmodi innumerabilia, de quibus nunc dicere tempus non est. Vnde igitur (quispiam dicat) hæ potẽtiæ, siquidem omnino hæc ipsa, quæ carent anima, extra partẽ vitæ erãt? quid autem sibi vult ad ipsum mundi corporeum animæ ipsius coniunctio? ad hoc igitur dico quod cum sint tres rerum mistiones, vna per appositionem, per quam coaptati sunt inuicem lapides, quibus est ipsa constructa domus: altera per temperamentum, veluti in aqua, & vino fit: tertia per coniunctionem, vt in funibus: ea quidẽ, quæ per appositionem fit, haud compatitur, nulla enim lapidum inuicem compositorum compassio fit. at quæ per temperamentum est, ea confusionem eorum, quæ confunduntur, operatur: quę vero per coniunctionem facta est, media quodam modo est: neque enim id habet quod appositio, quæ compassione caret: neque eã, quæ est in temperamento, confusionem. quæ enim coniunguntur, per plures partes inuicem coniunguntur. bene igitur cum vellet animæ ad corpus vinculum declarare, non dixit, aut miscuit, aut temperauit, sed cõiunxit. Quare neque corpori commista est, veluti ea, quæ mouẽtur quales potentiæ naturales, & formæ sunt, neque est omnino aliena ab affectu, atque habitu, quem ad corpus habet, vt supramundana sunt. hæc igitur (vt summatim dicam) sunt ea, quæ in creatione animæ Timæo significata sunt. Reliquum autem est vt hanc ipsam dictionẽ consideremus. eodem autem modo Timæus quoque physica ratione ostẽdit animam mouere corpus. eodem modo, quo. s. Democrito visum est. quemadmodum enim ille dicebat corpus simul cum atomis rotundis motis, de quibus animam constare volebat, moueri: sic Timæus cum mundi corpori animam coniunxisset, vniuersum cũ ea simul trahi dicebat: veluti inquit fabula narrat Ixiona rõtæ vinctum pati, qui simul cum rota eodẽ motu moueatur. Timæum autem vocat Timæum Platonis. sic. n.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dialogos Platonis vocare consueuit. eam enim constitutam esse ex elementis, substãtia. s. identitate, & alteritate, namq; hæc apud ipsum Platonem sunt elementa, quemadmodum quoque superius dictum est, in generatione autem animæ substantiam capit mediam ex indiuidua, semperq; secundum eadem, similiterq; se habente, & ex ea, quæ circa corpora diuiditur. hoc enim modo verba Timæi dicunt, ex ea substantia, quæ indiuidua, & semp eadẽ filiſque est, & ex ea rursus quæ circa corpa diuidua fit, tertiam substãtiæ speciem ex ambabus in medio contemperauit, ex ea inquam quæ ipsius eiusdem naturæq; quæ ipsius alterius particeps esset. nunc quidem indiuiduam, semperq; se eodem modo habentẽ substantiã dicit intelligibilem, diuiduam vero speciem ipsam materialem Quare propria ratione quod est in materia factum indiuiduum separatur, atq; distinguitur cũ enim sit vna in hominum specie ratio, in materia per partiũ differentias distinguitur. quoniã igitur omnia cognoscit anima, similiaq; similibus cognosci oportet, eã ex eorum, quæ sunt principiis constituunt, vt cum ex ambabus teneat, hac quidẽ intelligibilia, ea vero sensibilia percipiat, quoniam quoq; sensibilium cognitio nõ per res materiales, atque corporeas, verum per vniuscuiusque speciem fit, atque hoc modo substantias ipsa percipit. Quoniam vero præter substantiam sunt etiam, quæ substantiæ accidunt, hæc autem sunt præter substantiam genera, illam ex eo, quod est eiusdem, & ex eo, quod est alterius constituunt. in omnibus nanq; hisce est oppositio quædam, hinc quidem quod melius est, inde vero quod peius, veluti in quantitate moderatum, atq; immoderatum, quorum moderatum melius est, in qualitate bonum, & malum, in relatione dextrum, & sinistrum. in vbi supra, & infra, in quando prius, & posterius, & in reliquis similiter. Pythagorei vero in omnibus existentibus duo principia, atque elementa accipientes, alterum quidem decẽs meliusque, & finitum faciunt, alterum vero peius priuatiumq;, & infinitum. Quoniam autem in omnibus qđ melius est, idem simplexq; est, & ipsum sibi conueniens: quod vero peius est, idest varium, sibiq; dissonum: propterea ipsum melius ad ipsum eiu dem reducunt, ipsum vero peius, ad illud quod alterius est, veluti bonum, & malum. quorum alterum quidem. s. bonum, simplexq; est & vbi conuenit, alterum vero scilicet malum varium est, a seque ipsõ dissonat, atq; discordat. Similiter quoque est rectum, & curuum, asperum, & leue, planũ, & montuosum, æquale, & inæquale, sanitas, & morbus, & quęcunque sunt huiusmodi alia. Quo igitur horum anima cognitionem haberet in eius temperaturam Deus opifex naturam, quæ est eiusdem, quæq; est alterius, accepit. At sane sciendum est, quod si quæ sunt inter substantiam indiuiduam, & non diuiduam quidem per se, sed circa corpora diuiduam (dicit enim animæ substantiam duorum esse incorporeorum) inter duo. s. incorporea esse ipsam dicit. inter duo autem incorporea, & eadem indiuidua, nanque ipsum incorporeum est indiuiduum. quæcunq; igitur veluti de animæ magnitudine dicuntur, ea per allegoriam dicuntur. nanq; si ea est circa corpora diuidua, non est corpus, non enim esse eam corpus, sed circa corpora dixit eam esse diuiduam id patet, quia neque super hanc corpus est. q; si corpus non est, id sequitur omnino quod neque magnitudo est neque enim superficies est, neque linea, quæ quidem substãtiam propriam non habent, sed in corpore esse illis est. manifestum est ergo, quod omnia circa animam symbolice accipit, et ipse Aristoteles in eos inuehitur, qui sic non quod significatur, sed quod in superficie apparet, enarrant.

Vt sensumque, & instam harmoniam habeat, & uniuersum ferat consonis lationibus rectæ lineæ ductum in circulum flexit, cunque traxisset ex uno circulo duos circulos duobus in punctis coniunctos, rursus unum diuisit in septem circulos, tanquam sint cœli lationes ipsius animæ motus.

Aliqui dicunt, ex quo ea, quæ de mundi anima dicta sunt, omni quoque animæ rationali conueniunt, hoc videlicet, vt sensumq;, & instam harmoniam habeat, assumẽdum esse veluti super animam nostram dictum sit, quod ea sit harmoniæ magis effectiua, quam sensitiua. Quod vero sequitur, videlicet, vt vniuersum ferat consonis lationibus de mundi anima capiẽdum esse. sed hæc interpretatio non valde quodammodo cõsonanter consideration dictorum conuenit. vtraque enim in eodem constituit. fortasse igitur, vt harmoniæ, cuius est mundo causa, sensum accipiat hoc est *vt non sine ratione*, quem admodum natura facit, sed cum ratione, & sensu percipiat: nonne igitur harmoniam & ea quę ratione carent, exaudiunt? nõne per fistularum sonitum ouium greges aguntur? nonne iridem sub tuba equi superbientem in bellum audaciam suscitant? quomodo igitur in creatione animæ hoc vt animæ rationalis proprium tradidit, quod non animæ mundi solum, sed etiam nostræ conuenit? dico igitur quod & si natura illis vt exaudiãt datum est, simpliciter tamen veluti quandam vocem audiunt, concinnitatem vero nec ne habeant, id quidem minime iudicant est enim nostræ illud animæ proprium, quæ si cantus audiat, illud scit, & iudicat, vtrum vocum consonantia concinnitudinem faciat, an non. Notandum autẽ est, quod ipse Timæus lineam ex illa temperatura factã primum diuidit. deinde in duos circulos flectit. Aristoteles vero contrarium dicit, eum lineam flexisse, deinde in duos circulos diuisisse. sed hoc illi nihil ad propositũ conferebat, ideo indifferenter historia ex opinione Timæi vsus est, veluti cœli lationes sint ipsius animæ motus. at ipse Timæus quemadmodum apparet, illud dicere videtur, quod cum anima simul reuoluta cœlestia, motu eodem cum ea simul ferantur. sed id sane non est, quod cœli motus, sint animæ motus, verum sicuti dixi illa est horum causa. quod si præpositionem hanc secundum præponamus, dictio ipsa manifesta est. tanquam sint cœli lationes secundum ipsius animę motus, atque aliter, in cœlestibus quidem sunt animabus corpora coniuncta, & ipsa corpora sunt ad animas ipsas conuersa, illæ vero animæ non corporibus distrahuntur, quemadmodum nostræ. quoniam igitur quod est animæ in illis dominatur, magis quam corporeum, & ipsa corpora principiorum sunt, ideo lationes cœli motus animæ esse dicit. vel etiam vt apparet ad literam, ita accipiẽdum est, quod cœli motus sint animæ motus, nanque anima mouendo cœlum mouet, quemadmodum si quispiam animali in cera clauso, quod dum mouetur ceram quoque moueat, dicat cęræ motus esse quoq; motus animalis intus clausi.

Primum igitur non bene est dicere animam magnitudinem esse.

Hinc ad argumenta Timæi opinionis ingreditur, & quam validissimis quidem rationibus vsus est ostendendo quod anima magnitudo non est. quod igitur Plato dicat vbique animam incorpoream, & sine magnitudine id patet: verum etiam ex his, quæ dicuntur hoc in loco, quãuis per ænigmata sint. inueniendum ideſt nam si (quod ego dicebam) dicit eius esse substantiam inter eã, *quæ non diuiditur*, & eam quæ ci. ca corpora diuiditur, omnino necesse est id quod est inter duo incorporea, vel ex duobus incorporeis, illud esse quoque incorporeum. pręterea si corpus illam dixit, quomodo poterat ipsum corpus existens, & intus seipsum cepisse corpus mundi, & econuerso hoc ipsum de medio coaptatum vsque ad vltimum cœlum dispersum esse: atque aliter cum dixerit corporeum mundi per distinctionem, si quidem illa in mundo est incorpoream eam demonstrauit. sed certe nõ lineam ipsam, aut superficiem dixit. quod autem non dixerit eam lineam, patet eo, quod ait eam extrinsecus omne cœlum circũtexisse. sed neque superficiem. quomodo enim si esset anima superficies coaptari e medio, deinde vsque ad vltimum cœlum dissipari, ipsumque totum circũtegere poterat? quare neque lineam, neq; superficiem quidẽ esse animam diceret. Quod enim in omnibus mathematicis scientijs geometria, arithmetica, musica, & astronomia haberet habitum Timæus ex ipsis verbis il-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lud manifeſte videre eſt. quare nec quidem, nec lineam, nec ſuperficiem exiſtentem, quod ait, hoc poſſe facere iu dicauit. ideo ſi neque lineam, neque ſuperficiem, neque corpus eſſe animam dixit, id ſequitur quod neque magnitudinem eſſe eam dicit. etenim in his magnitudo eſt. Quamobrem Ariſtotelis contradictio ad eos magis expoſitio eſt, & contradictio. quodq; etiam ipſe eos Ariſtoteles cognouit, & non ſic, vt apparent ea ipſa accipere, ex illis patet, quæ dicit Ariſtoteles. in ipſa autem dictione inſiſtemus: ne eadem bis dicere coacti ſimus.

Nanque animam uniuerſi ſcilicet, talem eſſe uolunt, qualis eſt qui uocatur intellectus, non eſt enim neque qualis ſenſitiua, neque qualis concupiſcentiæ uis, harum nanque motus non eſt circularis latio.

Abſurdum inquit eſt animam quamuis eſſe magnitudinem dicere. intellectum vero multo magis. quod enim illi dicentes circulos eos eſſe animam mundi, non quālibet, vt ita dicam, nutritiuam, aut iraſcibilem, aut concupiſcibilem, ſed rationalem, & intellectiuam dicebant: id patet ex eo, quod illam circulariter moueri dicunt. circulariter autem moueri dici ſoli conuenit animæ rationali, ipſa enim in ſeipſam conuertitur, & circulum imitatur. at ſane ſentiendi vis, aut iraſcendi, aut cupiendi, quęcunque ea ſit, haud habet circularem motum. eiuſmodi enim potentiæ lineæ quædam ſunt, etenim viſus ab oculis per lineam demittuntur: & rurſus per reuerberationes recurrentes per ſuam ipſorum lineam reflectuntur. iracundia vero, & cupiditas progreſſus quidam ſunt imitantes lineas, cunque non circulariter moueātur, de ſua ſede proferentes operationes circa corpus ſine vlla conuerſione eas habent, neque enim quærunt ipſæ quid agāt, aut qd ſentiant, neque omnino ipſæ ſe cognoſcere poſſunt. quare linea quædam eſt harum motus. Rationalis vero animæ circulus quidam videtur eſſe, quoniam ipſa & agit, & quærit, & ipſa ſeipſam cognoſcit ipſa circa ſe quærens que, inueniens. hoc autem circuli proprium eſt a ſe in ſe conuerti: atque aliter ſenſus, & ira, & cupiditas animalibus auxilio indigentibus in ſalutem datæ ſunt, at diuina nullius auxilii extrinſecus egent: præterea procedēs ipſe dicit, has ipſas potentias a ſecundis dijs mortales exiſtentes immortali animæ, quam Deus ipſe primus creat, eſſe ſubcomplicatas, atque aliter, cupiditas. & ſimpliciter appetitus, eſt rei abſentis, cuius aliquis indigeat deſiderium. Mundus autem cum omnia intra ſe contineat, & nihil extrinſecus habeat, nihil quicquam deſiderat, quare in ipſo neque ira, neque cupiditas eſt: ideo qui mundi animā eſſe intellectum dicunt: cum deinde illam magnitudinē ſupponant eſſe, abſurdiſsima quidem faciunt. & ipſa qui dem dictione Deum feciſſe mundum narrat animal animatumque, & intelligens. Contentus ſane ſit ipſe hac ſola coniectura, quod intellectum dicunt animam, quia ipſam circulariter moueri dixerūt: aduerſus ergo ipſum dicamus, tu quidem ipſe ſcis te propterea circularem accepiſſe motum, quia talis eſt quædam operatio intellectus, non igitur magnitudinem dicebant, ſed ſymbolice intellectum latenter per circulos innuebāt. nam ſi penitus animæ actionem, cum potentijs irrationalibus rectitudinem porrectam, operationem vero intellectus eſſe circulum ſymbolice, & per ſimilitudinem dicis, id patet q; in dictis Timæi circulos, & reliqua ſymbolice per proportionem capiemus: non autem veluti ſit animæ magnitudo. manifeſte igitur & ipſe ſciuit quali intelligentia hæc ipſa diceret: & argumenta ea dirigit nō aduerſus eos, ſed contra illos, qui male quod apparet excipiunt.

Intellectus autem unus, & continuus eſt, quemadmodum intellectio. intellectio autem ſunt intelligibilia. hæ autem ſeriatim ſunt unum, ueluti numerus, non autem ut magnitudo. quapropter neque intellectus hoc modo continuus eſt.

In cōtrarium producit opinionem: quemadmodum enim ſuperius quum ſe illis oppoſuiſſet, qui animam moueri dicerent, oſtendebat quod ea non ſolum non ſponte mouetur, ſed nec omnino mouetur: eodem quoque modo hoc in loco illis, qui magnitudinem dicūt eā eſſe, repugnat. Id autem patet quod omnis magnitudo continua eſt, tantum inquit abhorreo dicere quod intellectus continuus ſit, quod conuenientius ipſum diſcretum eſſe dicerem: quod ſi penitus ipſum continuum dicere oportet, ita continuus erit, quemadmodum diſcretam quantitatem eſſe cōtinuam dicimus: numerum autem dico qui ſic habet continuationem, vt numeri ſint ſeriatim nullo interiecto, intermedio, nanque inter vnitatem & dualitatem, & reliquos numeros ſeriatim iacentes nihil eſt alieni interpoſitū inuicem, itaque continui ſunt numeri, quoniam inuicem ſeriatim diſpoſiti ſunt. igitur inquit ſi intellectum continuum dicere oporteat, ita eum quemadmodum numerum eſſe continuum dicemus: non autem veluti illi magnitudinem dicunt: hoc autem ex ijs quæ ſunt naturæ poſteriora nobiſq; magis cognita: confirmat: ſic enim, inquit. continuum intellectus habet, vt intellectio. intellectio vero vt intelligentiæ. at intelligentiæ, vt numerus ſeriatim obtinent. ſeriatim autem illud eſt, cuius nullum affine eſt intermedium: ſic autem numerus poſt vnitatem, dualitatem, ſeriatim habet. deinde ternitatem, deinde quaternitatem, inter quos numeros nullum interiectum. ſimili quoque modo propoſitiones abſq; intermedio ſunt: eſt enim prima & deinceps alia, nihilq; eſt in termedium, quapropter in hiſce eſt cōtinuatio deinceps, non autem quemadmodum in magnitudinibus. Sic igitur & in intellectu continuum diuiſim capit intellectum, perfectum agentem eum, qui in diuinis eſt: non qui potētia intellīs eſt: actio aūt intellīs, intellectio eſt. intellectio vero nihil aliud quam intelligentiæ ſunt veluti quoq; ſenſus actio eſt ipſæ ſenſationes, etenim in intelligentiis intellectioni eſt eſſe: neque enim ſine intelligentijs intellectionem intelligere licet. Quemadmodum igitur continuū intelligentiæ habent, habent autem deinceps. quū enim natura inuicem differant, deinceps intelligendo cōtinue habent. non enim ſimul omnia intelligunt. vt ille mundi primus & abſtractus intellectus, ſed ſine tempore quidē quoniam neque in tempore eſt, huius eſſe ſeriatim autē veluti numerus. Igitur ſic etiam intellectus continuus habet, non etenim ad ea quæ ſunt extrinſecus, actio eius extenditur: at in ſeipſo videns omnia, videt quoniam in eo ipſo ſunt omnium rationes, totum quidem, quæ ante ipſum ſunt imaginari, eorum vero quæ poſt ipſum exemplariter Quoniam igitur ſeipſum videns omnia videt: eſt enim formarum plenitudo, eo quod plures omnino ſunt intelligentiæ, erit vt numerus. Quod autem eodem ſeriatim ſint ſic vtique veluti intelligentię erit continuus poſſunt autem intelligentiæ interpretari pro ipſis intelligibilibus. quemadmodum etenim intelligibilia inuicem cōtinua ſunt (ſunt etenim ſeriatim ſecundum entium ordinem, atque progreſſum) eodem modo quoq; de ipſis intellectio continuum habet: vt enim ſe habent intelligibilia, ſic ſe habet intellectio, & quo modo ſe habet intellectio, eo modo intellectus continuum habet eo quod deinceps intelligat, ſed etiam tu ſane ſcis Ariſtoteles te & numerum & intellectum per proportionem vocare continuum. non autem veluti magnitudo exiſtentia. at fortaſſe diceret: ego non eſſe numerum dixi, ſed veluti numerum, neque continuum ſimpliciter ſed veluti continuum, illi vero eodem loco numerum atque cōtinuum dixerunt: ſed illud patet q; ænigmata vniuerſaliter erat eorum doctrina.

Sed aut impartibilis, aut non, ut magnitudo aliqua, continuus eſt.

Maxime quidem inquit impartibilis eſt, atque incorporeus intellectus, quod ſi penitus illi continuationem dari oporteat, illi ſic erit continuum, quemadmodum dictum eſt.

Quomodo enim intelliget magnitudo exiſtens? utrum uniuerſaliter, an in quacunque partium ſuarum?

Quoniam circulariter Timæus animam mouet. vt ipſa circunductione attingens intelligibilia ſuſcipiat: ideo dicit, quo modo quum ſit circulus attingens vel ſenſibilia,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vel opinabilia, vel intelligibilia, ipſa ſuſcipit: porro etiam opinionum verarum & falſarum cõiecturales cauſas reddit: quoniam vt dictum eſt, eius de omni anima ſermo eſt. Propoſitum ergo Ariſtotelis eſt, vt hanc ipſam opinionem refellat. quid enim dico inquit, non poſſe fieri vt intellectus ipſe ſit circulus, eum nãq; eſſe magnitudinem, ex impoſsibilibus eſt: non enim fieri poteſt, vt ſi ſit magnitudo, quicquam intelligat. Argumentum autem ex diuiſione procedit, hoc modo aut inquit intellectus quũ ſit circulus mouendo tangitq; intelligibile, & ſic intelligit, nam ſi magnitudo eſt, alio modo non cognoſcet, aut tangendo intelligibile, neceſſe eſt omnino, qđ aut in puncto tangens intelligat, aut in partibus quod ſi in pũcto, aut vno in puncto intelligit: aut non vno in puncto. Nã ſi quidem vno ſolo in pũcto intelligat, alia ſupflua ſunt. quid igitur motu circulari, aut omnino magnitudine eſt opus? nãq; ſi punctus vnus ad intelligendum ſufficit, ſuperflua eſt ipſius magnitudinis ſuppoſitio, quum nihil intellectui conferat. Nam ſi intellectus eo quod intelligit intellectus dicitur: punctus autem ſolus eſt is qui intelligit, hic ſane punctus ipſe eſt intellectus: q; ſi vno in puncto non intelligit, id ſequitur, quod aut in pluribus aut in omnibus intelligat. Quod igitur in pluribus intelligat id quidem fortuitũ videtur, in quot enim aut quare tot neque aut in pluribus aut in paucioribus intelligit, et rurſus quæ relinquuntur ſuperflua erant. ſi autem in omnibus punctis intelligit aut ſingula pũcta intelligibilia omnia intelligit, aut ad ſingulum intelligibile omnium punctorum conſpiratione opus eſt, & nõ aliter intelliget aliquid niſi omnia pũcta intelligibile tetigerint aut hoc quidem pũcto hoc intelligit, alio vero aliud, & ſic deinceps, vt contingit viſus quidem viſibilia: auditus autem audibilia, reliquique ſenſus aliud quodpiam capiunt ex ſenſibilibus. Quod ſi vnumquodq; omnia intelligit, infinita autem puncta frequenter dicit, aut infinite illud idem intelliget: nunc autem apparet & ſemel contingens eſt. fieri nanq; id poteſt, vt quum ſemel aliquid ante intellexiſſet, amplius illud non intelligat. vt quod eius oblitus ſit vel q; illud ex diſcurſu non aggreſſus fuerit, quare ſi contingit q; ſemel aliquid intelligat: vt quoque autem punctorum omnia intelligente & circulari latione ſemper intelligibilia tangente neceſſarium eſt, vt idem infinities intelligat. Igitur ſuppoſitio talis falſa eſt: atque aliter ſi infinita puncta ſunt. infinita autem impoſsibile eſt ambire, nunq; ſecundum totum ſe intellectus intelliget. verum ipſum intelligibile hoc ſane huius intellectus intelliget: illud vero nequaquam. ſit in vnoquoque intelligibili omniũ tactu opus eſt, atque non aliter niſi omnibus tactis aliquid intelligit, quid inquit fecit quum vnumquodque tangeret? id enim patet quod vnumquodq; aliquid fecit. dixit ideo quiſpiam quæ nam eſt in vnoquoq; apprehenſio? q; ſi aliquis diceret veluti per conſiderationem hoc quidem hanc propoſitionem tangere aliud vero aliam, & ipſam omnium periodum eſſe concluſionem, & velut totum intelligibile, videlicet intellectio perfecta: ad hũc dicemus quod deinceps Ariſto de viſu ait oſtẽdens eſſe incorporeum quod ſi quidem hæc hanc intelligit propoſitionem, aliud vero aliam: quid eſt quod iudicat atq; dicit, q; hæc ab hoc altera eſt? hoc enim idem eſt ac ſi hoc ego, tu vero illud ſentias quid autem colligens ex omnibus collecta concluſio? oportet enim q; omnes ipſe propoſitiones cognoſcat, vt eo modo dicat. ex his hæc colligi poteſt: quod enim tetigit hanc ipſam propoſitionem non alteram cognoſcet, quam alterum punctum tetigerit, nanque altera ſuppoſitio fiet, omniaq; cuncta apprehendent item aliter quoniam vnaquæq; propoſitio, eſt etiam enuntiatio quædam: manifeſtum certe eſt, quod quando propoſitionem veluti enuntiationem intelligit, vt quodpiam intelliget nihil aliorum punctorum contactu indigens præſertim, ſi puncta quidem ſunt infinita. opus autem ſit ad aliquid intelligendum tactus infinitorum, infinita vero in determinato tempore præterire impoſsibile eſt, nunquam intelliget: intelligere enim non eſt niſi omnia rei intelligibilis tãgat, omnia autem quæ ſunt infinita tangere impoſsibile eſt: nunquam igitur intellectus intelliget. reliquum eſt, vt quæramus num aliquando, vt ſenſus, ita intellectus alio puncto alia intelligibilia ſuſcipiat. quod ſi ſit rurſus quidem non ſecundum ſe totam omnia intelliget. hoc autẽ non ipſa actio dicat. haud enim quum volumus animã quodlibet intelligere, hanc intellectus partem mouemus, alia vero abiecta eſt, & in reliquis ſimiliter. quomodo autem ſenſui aſsiſtens eſt intellectus, quod oculus quidem colores, auris autem ſtrepitus: alius vero ſenſus alia ſenſibilia percipiat. Et quod nunquam ſenſus alius ſenſibilium aliorum ſenſibus aſsiſtit, & his qui diuerſa ſuſcipiunt ſenſibilia, atq; aliter quæ diuerſa ſuſcipiunt ea eſſe ſecundum ſubſtantiam diuerſa neceſſe eſt. Diuerſa igitur ſecundum ſubſtantiam puncta erunt. quæ autem differentia ſubſtantialis puncti ſit ad punctum, neque id volentibus fingere facile eſt. ſic igitur vt in puncto intellectus intelligat, haud fieri poteſt, q; ſi ſecundum partes intellectio fiat, aut rurſus vna ex partibus ad intellectionem ſufficit, aut nõ. ergo ſi pars vna ſola ſit intelligens, aliarum ſuppoſitio ſuperflua erit. hæc.n. ipſa intellectus erit, alioqui illud quæremus, vtrum hæc ipſa pars in puncto tangens intelligibile intelligat, an ſecundum partem. Et primæ rationes venient ſed ſupponatur q; vniuerſaliter intelligat quis igitur reliquorum eſt vſus? quod ſi ſecundum vnam partem intellectio minime fiat, quoniam illud contingit quod omnis magnitudo infinita & in infinita diuidatur. etenim diuiduntur infinita magnitudines ſi in eadem, ſiue in æqualia ſecundum quantitatem diuidantur velut in digitalia vel cubitalia. omne.n. finitũ definitur ab omni finito, in infinita autem ſi in eadem ſecundum rationem diuidantur, ſi ſcilicet in duas æquales partes ſecentur. in duas enim æquales partes diuiſio in infinitum tendit. ideo quia ſemper in magnitudines diuiſio fit, omnis autem magnitudo continua eſt, omne autem continuum diuiſibile. Quare ſi in definita diuiſio fiat, aut vnum quodque omnia intelliget, aut aliter non intelligit, niſi omnia aut aliqua tangat, & eadem rurſus dicemus, quemadmodum prius. atq; ſimiliter ſi infinitę partes ſupponantur, iiſdem rationibus vtemur, quibus in ſuppoſitione ſecundũ punctos vſi ſumus. argumenta enim ſimiliter omnibus cõuenientia ipſe Ariſtote partitus eſt nos autem omnibus omnia accommodamus.

Partium autem, aut in magnitudine aut in pũcto, ſiquidem & hanc partem dicere liceat. ſi igitur in puncto, ipſa autẽ puncta infinita ſunt, manifeſtum eſt, quod nunquam percurret.

Quoniam magnitudines partes ſimilares ſunt, nanq; ex magnitudinibus magnitudo eſt, non ex punctis punctus enim magnitudo nõ eſt, at magnitudinis principiũ. propterea quum dixerit, partium autem. aut in magnitudine, aut in puncto, ſignificauit per abuſionem loquens, an punctum ipſum partem dicere oporteat.

Quod ſi in magnitudine ſæpius, aut infinities intelliget id: uidetur autem & ſimul contingens.

Sæpius quidem ſi indefinitas partes diuidatur, infinities autem ſi infinitas.

At ſi ſatis eſt tangere qualibet partium, quid opus eſt mouere: aut etiam omnino magnitudinem habere?

Hoc eſt ſi quamlibet partem circuli tangens intelligibile ſuſcipere poteſt, quid circulari motu opus eſt? etenim ipſa etiam ſuſcipiet, quid enim illi ad ſuſceptionem circulariter mouendo confertur, nihil autem illi neq; magnitudo ad intellectionem prodeſt. ſi quauis partium intelligat, ſi nãque aliquid diuiſum maneat, nihil minus, quod abſq; affectu eſſe ex diuiſione poſsit. hoc aliud eſt præter id quod diuiditur, & ipſum per ſe dimenſione carens eſt, & impartibile, veluti ſuperficiei perpetuo diuiſæ albedo ipſa in vnaquaque partium ſeruatur, at quantitas ex diuiſione patitur, atque minuitur. vt enim ita dicam quæ bicubitalis eſt, cubitalis fit, quum tamen album eodem modo ſe habeat, aliud igitur eſt albũ præter illud quod diuiditur, hoc ſane modo, ſi quauis partium circuli ſimi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lis intellectio fit, maximaq; in parte, & in minima igitur intelligens est, præter magnitudinem. nihil ergo ad intellectionem magnitudo confert, si quidem maioremq; & minorem partem similiter intelligit.

Quod si necessarium est intelligere toto circulo tangentem, quis est ipsis paribus tactus.

Quū sit diuisio quod aut in parte sui ipsius intelligit, circulus aūt in toto, in parte autem aut secūdum magnitudinem, aut in puncto, quumq; exposuerit ea quæ absurda accidunt suppositioni dicenti quod in parte intelligit, reliquum nunc exponit, toto scilicet intelligere circulo. nam si non prius intelliget, quam ambiuerit circulus quid vnaquæque partium facit? si enim partes ambientes nō intelligant, totius autem circuli tactus in partibus fit, neque ipse quidem intelliget, nullibi enim nisi in partibus eius tāgit intelligibile. at enim dicere id restat, quod vnaquæque partium intelligibilis partem cognoscit, circulus autem totus ipsum totum. quod autem hāc opinionem absurdum sequitur ipse inducit, postquam enim dixit quis est ipsis partibus tactus, tanquam in eo q̄ tacetur illud acceperit, quod partibus ipsius intelligibilis tangunt, subintulit.

At etiam quomodo intelliget ipsum partibile impartibili, & ipsum impartibile impartibili.

Si enim partes non possunt intelligere totum, sine autem intellectione partium totum non intelligit, nanq; intellectionis partium collectio est, ipsa totius intellectio: nullum quidem impartibile intelligere potest. quare ipse quum sit partibilis intelligibile quum sit impartibile non intelliget. item si vnaquaque parte pars intelligit ipsa intelligentia tota composita erit, quo modo igitur intelliget intelligentia simplex? tota enim sic intelligentia composita erit. At qui si simplex non sit intelligentia, neque etiam composita erit. omne enim cōpositum ex simplicibus constat, hac de causa nulla erit intelligentia, neq; ideo intelliget. igitur non existente intelligentia, intellectus destruetur. apposuit autem ipsum partibile impartibili veluti arguens eos, qui dicant intelligentiam tactu fieri, si nanq; impartibilis est intellectus, quomodo ipsum partibile intelliget? impartibili enim contanget, impartibile non partibile, aut quo modo impartibili ipsum partibile intelliget, vt sit adiacens ipsum in puncto? quomodo enim ipsa in puncta susceptio partibilia intelliget. hoc autem etiam quomodo intelliget ipsum partibile impartibili, aut ipsum impartibile partibili, sic quoque velut ab alio principio interpretantur, quoniam nō esse intellectum magnitudinem dicunt, ne quispiam credat eum sic ipsum impartibilem dicere vt punctus hæc ipsa apposuit: neq; enim inquit si magnitudo sit impartibilia intelliget, neque partibilia si punctus, Aliter autem ipse in intellectu dicit impartibile: ipsius enim intellectum impartibile substantia per se subsistens est, ab omni magnitudine separata, punctus autem in linea habet esse & est ipsius magnitudinis principium. quomodo autem intellectus quum sit impartibilis intelligat, omnia in tertio libro narrabit, alioqui vt in altero argumento hoc audiendum communiter omnibus dictis suppositionibus conuenire, nam quia circulus intelligens tanget aut in puncto tangit, aut in parte, quod si in puncto tangens intelligit quomō partibilia intelligit. (corpora; non enim punctus magnitudini conuenit. quo igitur modo si non conuenit intelliget? quod. n. non tetigit nullo modo hoc intelliget, quod si in partibus intelligit quo modo quæ impartibilia sunt intelliget? partibile enim non conuenit impartibili, hoc autem ad verā rationem nullo modo amplius adduci potest, quoniam quocunq; modo intellectus quum sit impartibilis, omnia partibiliaq; & impartibilia intelligit, impartibile enim nunc dicimus id quod partibili opponitur videlicet punctum, intellectus autem impartibilitas alia quædam est neque multi partibilitati corporis opponitur, nam veluti in se omnium rationes habens intelligit.

Necesse autem est intellectum esse circulum hunc, intellectus nanque motus intellectio est: circuli uero circunlatio est. & intellectus quidem fuerit circulus, cuius talis circunlatio intellectio est.

Ne quispiam dicat, Timæum non dixisse animam circulum sensibilem sed vniuersalem circulum, & ipsius rationem circuli qui sine magnitudine est & incorporeus, propterea omni circulo pari modo paruoq; & magno adaptat, & hoc per hæc ipsa præparat, omnino enim inquit ex ijs quæ dicta sunt sensibilem circulum intellectū dicere Timæum credendum est. Quod enim hoc ipsum demonstrat illud sensibile significat. hoc enim est ipsum demonstrans. Vnde igitur hoc quod ipsi dicebant vniuersalem circulum non moueri? quia ratio est. quam autem rationem intellectus habet ad intellectionem hanc eandem circulus habet ad circūlationem, vtraque enim motus est, intellectio quidem ipsius intellectus, circulatio vero ipsius circuli. ideo econtrario etiam quam rationē intellectio habet ad circunlationem, eandem quoque ad ipsum circulum intellectus habet. Quod si intellectio circunlatio est, igitur intellectus quoque circulus est: & si circuli sensibilis circunlatio est, nam circulus vniuersalis non circunducitur igitur etiam intellectus sensibilis circulus est,

Semper autem aliquid intelliget, id enim opus est, siquidem æterna est circunlatio.

Aut hoc ait quia idem sepius intelliget, aut quod semper oporteat in infinitum altera atq; altera intelligere, si quidem circunlatio sit intellectio, ipsa autem intellectio æterna. hoc autem nullam necessitatem habere videtur, dixerit enim semper aliquid intelligere necessarium esse & ab eodem in idem rursus venire, etenim quia nulla talis est anima, qualis est intellectus primus, qui collectam & sine tempore habet intellectionem, non quidem modo, hoc modo illud, verum simul omnia intelligens. At quoniam omnis anima, etiam si vniuersi animam dicas, habet intellectionem transitiuam, ab hoc intelligibili ad alterum transiens: ideo semper mota, semper aliquid intelliget, causa vero æternitatis propter infinitatem temporis necesse est vt rursus in idem reuertatur, & sic imitetur circulum, neque sane infinita intelliget, quia neque infinita sunt intelligibilia. nunquam igitur hoc dicit quod idem semper intelliget, quia nunquam totum intellexerit. nanq; circunlatio similis similiterque se habens de eodem aliquo erit, quare tale esse oportebit illud quod intelligitur, quale nunquam intellectum fuerit, quod hoc igitur est, quod nulla est intellectio infinita, per ea quę sequuntur, adducit.

Etenim factiuarum uel actiuarum intellectionū sunt fines, omnes enim alterius gratia sunt.

Intellectiones actiuas esse finitas ex actionibus ostendit, omnis nanq; actio gratia alicuius finis est. igitur quū finem cuius gratia fiunt, consecutæ fuerint, operatione supersedent. nulla nāq; actio tendit in infinitum, quicquid enim cupimus, alicuius gratia cupimus. habent præterea actiones ipsæ principia. quare veluti sunt actiones, ita se speculationes de illis habent. actiuæ igitur se speculationes finitæ sunt, veruntamen (vt sæpius in aliis diximus) econtrario speculationes & actiones se habent inuicem, ipsius nanque actionis finis principium speculationis est & econuerso, principium igitur architectonices est (si quidem contingat actio) fundamentum iacere, vel materias ipsas præparare: finis vero tectum, hoc est ab imbribus, & caloribus protectio. speculationis igitur & actionis eiusdem ijdem sunt econuerso termini.

Contemplatiuæ autem rationibus similiter terminantur. ratio uero omnis aut est diffinitio, aut demonstratio: demonstrationes autem & a principio sunt, & habent quodammodo finē syllogismum uel conclusionem.

Quod neque contemplatiuæ intellectiones infinitæ sunt ostendit nisce rationibus, quæ circa eas fiunt ex clarioribus obscuriora dilucidans, nuntij enim sunt intelli-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gentiarum rationes hæ autem nobis manifeſtæ magis ſunt magiſq; cognitæ, q̃ ſint habitus: vnde proceduntᵉ. eſt igitur omnino neceſſarium quod quemadmodum eᶜ quæ ſunt de contemplatiuis intellectionibus rationes ſe habent:ita ſint etiam ipſæ intellectiones. Quare ſi oſtendero rationes ipſarum finitas eſſe: illud etiam conſequetur quod & illæ finitæ ſunt. rationes autem de contẽplatiuis intellectionibus demõſtratio, & definitio ſunt. Qđ autem nulla harum ſint infinita, inde patet q̃ omnis demõſtratio principium, & finem habet, principium quidem communes notiones, finem vero ipſam demõſtrationem concluſionemq;: nulla igitur demonſtratio infinita eſt, definitiones quoque ipſe finemq; & principium ſimiliter habent, principium quidem genera generaliſſima, finem vero ſpecialiſſimas differentias, ergo neq; diffinitiones ipſæ ſunt infinitæ. Item aliter quum nulla ſubſtantia ſit infinita, ſed terminata neceſſe eſt etiam quod earum rationes definitiuæ ſint finitæ. Item aliter ſi omnium quæcunq; ſunt generaliſſima decem genera ſunt, & horũm non eſt in infinitum progreſſus, verum vſque ad indiuiduas ſpecies, poſt quas ſingularia ſunt diffinitio ex omnibus finita erit: ex his igitur ſunt ipſæ diffinitiones omnis ergo diffinitio finita eſt. At in demõſtratiua quoque oſtenſum eſt, id nullo modo fieri poſſe, vt in infinitũ demonſtrationes progrediantur. Nãq; ſic omnis cognitio & ſcięcia deſtrueretur. ſi enim in diffinitionum aſſumptionem infinitas differentias accipere oportet: infinitũ autem finito tempore pertranſire impoſsibile eſt. verum definitione non cognita rei naturã cognoſcere haud poſſibile eſt: ignota autem rei natura neq; per ſe ipſi in exiſtentia cognoſcere poſsibile eſt, circa quæ demonſtratio ſit: omnis igitur cognitio deſtruetur. Non igitur diffinitiones in infinitum tendere poſsibile eſt: quare ſi rationes intellectionum contemplatiuarum finitæ ſunt, ipſas quoque intellectiones finitas eſſe neceſſe eſt. ſyllogiſmum autem ipſam concluſionem dicit quamobrem poſtquã dixit ſyllogiſmum, interpretans adduxit vel cõcluſionem, velut alterum pro altero dicens, quod autem rationes de contemplatiuis intellectionibus duæ ſolæ ſint, definitio .ſ. & demonſtratio, inde patet q̃ omnia quæcũque ſunt, aut ſubſtantiæ ſunt, aut ſubſtantiis accidentia, eſt enim aliquid ſubſtantia animæ, & eſt aliquid quod circa illam accidit, vt mortalis ſit, vel in vniuerſo medium habet ordinem, vel aliquid ſimile. ſubſtantiarum igitur ꝯprehenſio per diffinitiones inuenitur, accidentium vero per demonſtrationem, ſed eorum accidentium, quæ per ſe ſunt.

Quod ſi non terminantur, ſaltem non regrediuntur rurſus in principium: ſumentes autem ſemper medium extremum recta proficiſcuntur. circulatio uero rurſus in principium reuertitur, definitiones autem omnes finitæ ſunt.

Si quiſpiam inquit hæc dicat quod in infinitũ demonſtrationes extendi poſsint is quidem maxime a ſcopo veritatis errabit, quemadmodum nos oſtendemus: iam vero & ſi progrediãtur in infinitum, recta tamen intedũt, & non in id quod a principio eſt. Iterum veniunt veluti quum ſic dico: homo eſt riſibile, riſibile vero rationale eſt: igitur homo eſt rationale: quum huic ipſi demonſtrationi vno addito termino alteram demonſtrationem coapto, ſi quidem extremum appoſitum feci, quique erat ante extremum, eum medium conſtituti, nanq; hoc ipſe etiam declarat quum dicit, ſumentes medium & extremum Appono igitur animal ſic: omnis homo rationalis eſt, omne rationale eſt animal: igitur omnis homo eſt animal. adiungo etiam corpus animatum: talis autem demonſtrationum progreſſus in rectitudine fit. nõ enim vnquam reflectitur in principium, ideſt non amplius reuertitur ad demonſtrandam propoſitionem dicẽtem quod homo riſibile eſt id enim iam demonſtratum eſt, nanq; ſi demonſtratum non eſſet nec ipſa omnino procederet, demonſtratio ſimpliciter, quoniã non reflectitur in communem mentis conceptum quæ eſt ipſarum demonſtrationum principium, de quo prima propoſitio cõtexitur quæ ipſa per ſe fidem faciens demonſtratione non indiget, circulus vero in ſeipſum reuertitur: quod autem non progrediatur in infinitum demonſtratio: inde etiam patet, aut enim a generibus generaliſſimis incipit, & pronunciat vſque ad ſpecies ſpecialiſsimas, aut econuerſo ex his incipit, & pronunciat in illa. Hoc autem quod ait ſumentes medium terminum male ab Alexandro percipitur: medium nanq; propoſitionis ipſum terminum ponit veluti medium hominis & riſibilis & rationalis. non amplius igitur demonſtrationem ſeruat, ſi quidẽ habeat propoſitionem quæ per medium quendam terminum demonſtrationis indigeat. At quemadmodum diximus extremus quidem extrinſecus aduenit, medius vero nõ aduenit. Verum extremus ab hoc poſitionem permutat mediuſq; fit, & ſi ſic acceperimus quod intra propoſitionem terminum accipiunt, veluti in quem propoſitio nõ eſt medio carens, neq; etiam tãquam recta incedatur neque circulum imitentur, nec enim primus terminus qui erat ſubiectus in cõcluſione prædicatus fiet, neq; qui prædicatus erat ſubiectus fiet niſi termini conuertantur ipſi, in quibus etiam demonſtratio ſit circularis non per demonſtrationem methodon, ſed per ipſam materiam veluti cum dico: homo riſibile, eſt riſibile autem mentis, & ſcientiæ capax. homo igitur mentis, & ſcientiæ capax eſt & econuerſo mentis, ſcientię capax riſibile eſt. riſibile vero eſt homo. ſcientiæ igitur & mentis capax eſt homo.

Præterea ſi eadem circunlatio ſæpius fiat, opus erit ſæpius intelligere illud ibidem.

Cum dixerit q̃ infinita intellectio circunlationem fine carẽtem ſequitur, ſiue cum idem ſemper in intelligendo ſit neque factum fuerit vnquam, ſiue cum ſæpius idẽ reuoluatur, demonſtrato abſurdo quod prius ſequitur, nunc quod hæc ſequitur oſtendit. ſi nãq; eadem eſt ſemper intellectus circunlatio, idem quoque ſemp erit, quod intelligitur: quare illud idem ſemper intelliget & nihil vnquam aliud: quare nec omnia intelliget.

Atque item, intellectio ſimilis eſt quieti cuidam et ſtatui magis, quam motui: eodem quoque modo ſyllogiſmus.

Coronidem pulcram impoſuit. nam ſane quidem motui quæſtio ſimilis videtur, qui nanq; dubitat, in multa perturbatione & motu eſt, qui vero inuenit quod idem eſt ac ſi dicam intellexit in quiete & tranquilitate poſtea eſt. vnde quoque ſcientia dicitur ἐπιστήμη quia ἐπιστάσιν ideſt in ſtatum animam ducit, & is, qui ratiocinatus eſt, & per demonſtrationem quod quærebat inuenit, deinde quieſcit. quare ſi ipſam intellectionem & concluſionem ſyllogiſmi, circunlationem eſſe dicunt, magis ipſa quies eſt quam motus quod ſi viam quæ ducit in intellectionem eſſe circunlationem dicunt, in priores rationes veniemus quid vnaquæque partium facit aut finitæ ſint aut infinitæ, quid etiam ſit illud, quod ipſas propoſitiones coniungit. namque aliud cum aliud intellexerit, niſi quodpiam aliud ſit, quo conducente omnia ſuſcipiantur, neque concluſio ipſa deducetur. neque enim erit aliter, ac ſi hoc quidem ego tu vero illud ſentias quod ſi ſit aliquid, hoc eſt anima non circulus.

At uero neque beatum quidem eſt quod non facile, ſed uiolentum eſt.

Poteſt hoc etiam per ſe eſſe argumentum atque ſuperioribus coniungi, nãq; cum dixerit intellectionem quieti magis cuidam quam motui ſimilem eſſe, cunq; ex hoc oſtenderit quietem magis eſſe intellectui ſecundum naturam quaſi adductum eſſet ea de cauſa motum eſſe prꝛeter naturam, quia ſi ſecundum naturam quies eſt illud neceſſario ſequetur quod præter naturam motus erit, quare ſi moueatur intellectus violenter mouebitur, quodcunque enim præter naturam eſt, id violentum eſt. cum igitur ex prædictis illud adductum ſit, quod intellectus violentia mouetur hoc iure optimo ſubinfert. at vero neque beatum eſt, quod non facile, ſed violentum eſt. At vniuerſi animam in beatitudine eſſe oportet, quod ſi neque ſecundum naturam mouetur quia quies magis eſt intellectio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quam motus, neque etiam præter naturam ne sit extra partem beatitudinis, nullo igitur modo mouetur. potest autem quoque per se esse argumentum: cum nanque demonstrauerit ea quæ absurda sequuntur opinionem illorum, qui secundum naturam moueri animam dicunt, nunc edocet quid sequeretur, nisi secũdum naturam moueretur, quia præter naturam mouetur, vi mouetur, omne autem violentum nequaq; beatum est: at vniuersi animam beatam esse oportet.

Quod si est motus eius non substantia, præter naturam sane mouebitur.

Potest hoc etiam huic quod ante est, esse continuum. nam postquam dixit illud haud esse beatum, quod non facile sed violentum est quo modo id erit violẽtum, per hæc inducit, si quidem, inquit non est in substantia eius motus, non erit autem in substantia motus, quoniã quieti magis quam motui ipsum intelligere simile est, id etiã per se absolute potest intelligi: nã si mouetur intellectus, anima etiam mouetur. At quieti magis quã motui proportione respondet intellectus, præter naturam motum habet. nihil autem quod præter naturam se habeat, semper est, sed vbi est illud quod est præter naturam, id etiã omnino quod est secundum naturam, sequitur. at non sane quod est secundum naturam sequetur omnino id quod præter naturam se habeat, igitur id quod præter naturam mouetur, motum secundum naturam continebit. At vero secundum naturam, (quemadmodum demonstratum est) moueri non potest, ergo neque præter naturam mouebitur.

Laboriosum autem quoque est esse mixtum cum corpore non uolens dissolui.

Quomodo sit motus violentus & difficilis & præter naturam, per se hæc ipse declarauit, quod enim corpori commixta sit, cunq; eo trahatur ea, de causa motũ laboriosum continet, ea quodammodo quæ Ixion ferens. nã si cœlo coniuncta est, vt ipsum quoque motu suo secum circũducat, motum quidem non facilem sed laboriosum continet, hoc autem nequaquam beatum est.

Est insuper fugiendum, si quidem melius est intellectui non esse cum corpore, quemadmodum & dici consueuit, & multis simul uidetur.

Ex his, quæ consueuerunt a Platone dici, quæq; etiã multis videntur, absurdum esse confirmat, illud etiã Platoni quoq; videtur esse animæ melius vt ea sit sine corpore, nãq; illi laboriosa est in corpore vita. quod etiam mundus nõ sit soluendus, illius opinio est, vnde in priori sorte sempiterno æuo anima quam mundus erit, neq; id habens quod animæ nostræ, quæ a corpibus aliquando soluuntur, cum illa semper cum corpore coniuncta sit. Bene igitur hæc Aristoteles induxit, si vere, quemadmodum Timæus dicere videtur, substantia eius corpori coniuncta est. At vero quemadmodum cũ corpori dominatur anima, sequens, atque obediens corpus habet, nõ autem motus corporis ipsa sequitur: hoc modo, multo magis ipsum cœleste corpus eum ab omni difficultate, mortali longe absit, an mæq; sola volũtate moueatur, nullam ex ea re anima difficultatem habet. vt etiam nostræ animæ in luminoso corpore quod vocant αὐγοειδὲς esse nihil difficile est.

Item quod circulariter feratur cœlũ, causa latet: neq; enim ipsius animæ substantiæ causa est, quod circulariter feratur, sed per accidens eo modo mouetur: neque corpus ipsum causa est, uerum ipsa anima magis corpori.

Nunc veluti id ostensum sit quod anima cum sine magnitudine sit atque incorporea, nõ per se sed per accidẽs mouetur, merito quæ nam circularis cœli motus causa sit, in dictis illorum minime patere dicit. si nanque anima dum mouetur mouet, demonstratum est autem quod per se non mouetur, quæ nam cœlo motus circularis causa est? neque enim per ea quæ demonstrata sunt, anima ipsa per se mouetur, neque sane corpus ipsum sibi causa est motus, id enim negat Plato vt illi secundum naturam sit circularis motus, sed ex anima hũc ipsum illi esse vult: igitur per eos circularis motus causa non patet. Aristoteles enim corpori cœlesti naturalem motum tribuit, concurrere autem cum naturali ex anima motum dicit, qui motus cum in ipso sit, sic mouet.

At uero neque quia melius dicitur, & quidem oportebat ipsum Deum propterea circulariter facere ferri animam quia melius ipsi est moueri, quam manere, moueri autem sic, quam alio modo.

Non solum inquit, ex ijs quæ dicta sunt in Timæo, ignoramus quæ sit causa motum circularem faciens, verum etiam finalem. nullo enim modo cõfirmauit esse cœlo melius moueri quam quiescere, & id circulariter quã alio motu, nec præterea omnia quæcunq; sunt in natura ad ipsum finem respicere, quod quidem pulcherrimũ est omnium, quæcunque circa eam ipsam rem fieri possunt. ipse enim & motus, circularis motus finalem causam demonstrat: & quod motus ipse circularis æternitati conueniat, quia neque principium neq; finem habeat, & quod ipsi magis erat bonum moueri, quam stare, neque operari quam nihil facere melius est. At etiam Plotinus circularis motus finalem causam reddit, ita dicens. quare enim circulariter mouetur? quia intellectum imitatur, etenim intellectus operatio circularis est, id dixisse videtur, quod nos dicendo consecuti sumus. quoniã igitur peiora ad ea quæ sunt meliora conuertuntur, sic & ipsum circulariter mouendo intellectus imitatur operationem. item aliter, quoniã vbique simul esse diuina res est. Quod autem vbique circulari motu accedit, id quod vbique est imitatur, præterea finalem figuræ sphæricæ causam Plato reddidit, decentem enim inquit atque cognatam figuram illi dedit, nanque complectenti omnia figurarum capacissimam dedit, in planis autem figurarũ quæ sunt æqualis mensuræ, circulus est capacissimus, in solidis vero sphæra.

Verum quia est talis consideratio aliorum sermonum magis propria, eam quidem dimittamus nunc.

Illud enim quærere, cur sic cœlum moueatur, & quare eo modo, melius a scopo proposito aberrat, sermonibus enim de cœlo & motu talis consideratio magis conuenit, instans autem propositum de anima est. id igitur solum locutus, quod ea Timæo prætermissa sunt, ad sermonem propositum reuertitur.

Illud autem absurdum accidit & huic sermoni, & plurimis illorum de anima. coniungunt enim & ponunt in corpore animam. non prius determinantes quam ob causam, & quõmodo se habente corpore, & si uideatur hoc necessarium esse. nam propter communionem hoc quidem facit, illud uero patitur: & hoc quidem mouetur, illud uero mouet, horum autem nihil adest inuicem quibusuis. at illi solum conantur dicere, quale quid sit anima, de susceptiuo autem corpore nihil adhuc determinant, quasi possibile sit secundum Pythagoricas fabulas quamlibet animam in quoduis ingredi corpus. uidetur enim unumquodque propriam habere speciem & formam. similiter autem dicunt ueluti si quispiam diceret tectonicam in fistulas ingredi. oportet enim artem quidem uti instrumentis, animam uero corpore.

Postquam contra vnamquanq; opinionem de anima, particulatim dixit, nunc vnam atque eandem communem omnium simul, hisce qui de anima dixerunt, quasi accusationem infert. Nam cum de anima dixerint, ij de susceptiuo eius corpore nihil quicquam dixerunt, qualis anima quali corpore vtatur. Atqui corpus & anima hęc quidem facit, illud vero patitur, sed agentium, atque patientium quidam est habitus, & communicatio. non n. quoduis a quolibet patitur, neque enim ab dulcedine albedo, quare neque in omni corpore ipsa aget anima, neque de quauis anima quodcunque corpus acciderit patietur. nanq; si inuicem secundum formam differunt animalia, forma vero animatorum est vniuscuiusq; anima,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nãq; ipſa ſubiectum perfectum facit, eadem autem forma in diuerſa materia nunquam naſcetur, vniuſcuiuſque enim formæ propria materia eſt. Alia nanq; eſt æris materia & lapidis, alia & aliorum ſimiliter. non igitur quælibet anima in quouis corpore naſcetur, quemadmodum igitur qui de ære Phlioſophus naturalis diſputat, nõ eius ſolum formam ſed materiam quoque dicere debet, vt ipſe in quarto meteororum atque alibi fecit: eodem quoq; modo eum qui de anima diſputat facere oportet de corpore ſcilicet, quod eam ſuſcipiat enarrare. videlicet quale quid ſit, & natura & potentia, ſi quidem anima corporis eſt anima: ſed illi, inquit de anima locuti de corpore nihil prædeterminauerunt, veluti id fieri poſſit, inquit, vt quemadmodum Pythagoreorum fabulæ volũt anima quælibet in quoduis corpus ingrediatur, ſermone quidẽ valde vſus inurioſo, fabuloſa ſunt, (ait) neque ſermone digna quæ ex illis dicuntur, quale eſt illud Empedoclis, qui & ipſe Pythagoricus fuit.

Olim nanq; fui ceſpeſq; puerq; puellaq;,
Et volucris cœli, atq; alti maris incola piſcis.

Eſt autem hoc ipſum abſurdum, nanq; vnaquæq; res formam propriam tenet. quare ſi ſunt animalium differentes formæ, forma autem maxime eſt anima, non omnium erit animalium ipſa eadem anima. nã velut ars alia alijs inſtrumentis vtitur, nec vnqua tectonica fiſtulis vtetur: ſic animis quoque naturalia propria ſunt inſtrumenta corpora ipſa quibus vtuntur, oportet enim quod appetitionibus animæ ſit idoneum corpus, quod ipſarum appetitionum ſuſceptiuum ſit. quemadmodum enim ſe habet ars ad inſtrumenta, ſic anima ſe ad ipſum corpus habet Quod ſi non illud fieri poteſt vt inſtrumẽto quoli bet ars hæc vtatur: id etiam ſequitur quod eo, quodcũq; acciderit corpus, anima quæuis nõ vtetur. oportebat igitur eos qui de anima dicerent etiam dicere de eo corpore quod animam ipſam ſuſciperet, quod ipſe in tractatu de partibus animalium fecit, vnã quanq; enim parrem figurari dixit non de ſola animæ ipſius operatione, neque de ſola corporis compoſitione, ſed ex ambabus, velut oculus, qui non ſimpliciter de tot talibuſq; tuniculis verumetiam cum tali animæ potentia compoſita pars eſt, ſimiliter quoque in aliis vniuſcuiuſque partibus. hic autem non ſolum de ſenſibus, verumetiam de ſenſuum ſedibus potentias ſenſitiuas capientibus diſputabit. bene autem non omnibus dixit, ſed plurimis qui de anima tractauerunt, excipiens videlicet ipſum Platonem, qui multis de anima declaratis, multum quoque de ſuſceptiuo corpore ſermonem fecit, & in Timæo, & in Phædro, propterea enim caput ſuperiorem totius corporis habere partem ſphæricutnque eſſe, quia id rationem quæ corpori præeſt, ac dominatur, maxime complectatur, quod etiam mundi pars præſtantiſsima cœlum vitaque animalis, quæ in hoc eſt, totius mundi ſupremum locum tenet, ſphæricumque eſt. quid ita autem ait cor ipſum cono ſimile eſt, quia inquit animoſitas in eo ſedet, quæ quidem ignem ipſum imitatur. quare ipſum quoque cor ad ſimilitudinem coni figuratũ ipſius ignis ſubſtantiam ſequitur. ſimiliter etiam de hepate reliquis quæ partibus, & toto humano corpore naturaliter diſputat hoc modo, quod conſurgit de toto corpore rotundum caput, ſcilicet reliquum vero rectum, ſequitur, ideſt quod humanæ aĩæ mixtũ demõſtrat, videlicet qđ ex ratione & irrõnabili, mortaliq; atq; ĩmortali vita compoſitum cõmixtumq; eſt. quæcunq; enim vitæ ſunt immortales ſolũ eæ non aliud quã corpus ſphæricum conſecutæ ſunt. id n. quod immortale eſt propriã ſibi ſimilemq; figurã adpetit: ea autem circularis eſt, quæ neq; finem, neq; principiũ habet: quæ vero ſunt ſolum mortales vt eorũ quæ ratione carent vitæ ſunt, ijs ſolũ corpora recta ſorte obtigerũt. vt enim diximus vitæ irrõnales lineæ ſunt ſimiles, & ea quidẽ obliqua, pnaq; adeo ſunt vt nullã cognationem cum cœleſtibus habeãt. homo autem qui vita mortali atq; ĩmortali conſtat, corporis proprii figuram conſecutus eſt, ſuperiorẽ quidem partem rotundam rõnalis atque æterna vis illa tenet, quæ corpori princeps impare debet: inferior vero pars recta eſt, vnde mortalis atq; irrationalis immortalẽq; & rationalem vitam ſequitur. ſic ille quidem cũ dixiſſet in Phædro de immortalitate animæ, deq; corpore illi proprio (quẽadmodum diximus) figurato ait. non enim niſi cognouerit id quod eſt, in hanc ipſam figurã venerit tãquam ſit aliqua anima, quæ id neſciat, quod eſt videlicet irrationalis, quę nunq; in humanam figuram veniat vt patet, quo corpori præſit eidemq; imperet. hoc aũt Ariſtotelicum ab eo antequã Ariſtoteles id diceret, dictum eſt, non quãlibet animam in quoduis ingredi corpus quid autem ita dicebat id quod eſt: id ſcimus quod ipſum intelligibile innuebat: vere enim hoc, quod eſt, vt immateriale & nihil habens potentia eſt, ſed ſine potentia ens actu eſt: omne autem ſenſibile non eſt ens. Quare ſemper quod potentia eſt idem eſt, ac ſi dicam quod non eſt. igitur ſolum rationalis vt intellectualis intellectuale cognoſcit.

Alia etiam quædam opinio tradita eſt de anima.

Queſtus Ariſtote cõiter de omnibus ijs qui de anima diſſeruerunt, quia ve corpe ipſam ſuſcipiente nihil dixerint: oportebat. n. cum non quælibet anima in quodvis corpus ingrediatur, quia tali ꝓprietate quæ corpori ad ſuſceptionẽ talis aĩæ cõueniat opus eſt, alia nãq; eſt compoſitio & tẽperamentum eorum animalium quæ in irraſcibili deſignantur: alia eorũ quæ in cõcupiſcibili, alia eorum quę ꝑm conſilium atq; rationem notãtur, & ſimpliciter ad animæ ipſius operationum cõuenientiã, corporiſq; & eĩntorum temperamentum, & apparatus inſtrumentorum pertinent. his igitur dictis, quæ proprie conſequitur opinionem de aĩa coaptat, ad hoc. n. quidam reſpexerunt quod animæ non quodcunq; accidit corpus, eſt particeps, ibi. n. temperamento, quod aĩæ conueniat opus eſt, veluti etiam harmonia quæ non ita vt obtigerunt quibuſcunq; chordis fit, verum conuenientiã quanta extenſione opus eſt. adde etiam quod ipſam aĩam eſſe corporis harmoniam putauerunt, & varias eſſe animarũ ſpecies, quæ ad varias corporis harmonias aptanť. Hanc igitur exponit opinionem atq; refellit: & interim ſolam hanc opinionem in hiſce inquirit paulopoſt aũt rationes ponit quibus illi in hanc opinionẽ venerunt. at ante etiã in aliis videlicet in Eudemo dialogo contra hanc opinionem dixit, & ante eum Plato in Phædone huic opinioni inſtans quinque dialecticis argumentis eſt vſus. & hoc primum, harmonia ipſa adaptatis aduenit, adeſſe enim chordas, quas deinde tantum oſtenſas eſſe. vnde poſtea ſic harmonia aduenire oportet: quare harmonia poſterior eſt earum quæ adaptantur, ſed anima ante corpus adaptatum præexiſtit, ſi quidem diſciplinæ reminiſcentiæ ſunt. non igitur ipſa anima harmonia eſt. hoc autem argumentum dictum eſt tanquam demonſtratum id ſit præexiſtente animam, propterea quod id enim oſtenſum eſt eſſe diſciplinas ipſas reminiſcentias. hoc igitur argumentum ad animam ſolam rationalem facit. alia autẽ partim ad omnem animam: alia vero ad rationalem ſolam faciunt, vna quidem ratio eſt ea, quæ dicta eſt: altera vero quę ſequitur. Harmonia inquit adaptatis haud repugnat, ſed ſequitur ſic ſe habens quomodocunque ſe habeat adaptata. anima autem corpori repugnat, atq; illi imperat: non igitur harmonia eſt anima. Quod autem fieri non poſſit, vt adaptatis harmonia repugnet id patet, quia in illis habet eſſe. vnde impoſsibile eſt vt illis ea ſit contraria. nihil eſt enim quod non eſſe cupiat. anima vero corpus ipſum negligit, corporis conatibus contraria eſt, & omnino corrumpi ipſum cupit, vt quæ in eo non habeat eſſe. Tertio ratio eſt, harmonia ipſa ſuſcipit magis, & minus, dicimus enim quod hac lyra hęc magis aptata eſt. At anima magis ac minus non ſuſcipit, non enim ſeipſa anima magis anima & minus anima ſit. At neque alia magis alia: non igitur eſt anima harmonia. Quarta ratio eſt, anima virtutem, & vitioſitatem ſuſcipit: quarum virtus ipſa eſt harmonia potentiarũ nãq; animæ ipſe conſonantia eſt, vitioſitas vero diſſonantia, quæ potentiarum animæ ipſius pugnæ, atq; ſeditio eſt,

vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quæ animæ ipſa cõſonantia eſt, vitioſitas vero diſſonantia, quæ potentiarum animæ ipſius pugnæ, atq; ſeditio eſt. vnde anima ipſa harmoniam & inconcinnitatem ſuſcipit: hæc enim virtus & vitioſitas eſt. Harmonia autẽ harmoniam & inconcinnitatem non ſuſcipit, ridiculum namq; ideſt dicere quod harmonia inconcinnitatem, vel econuerſo quod inconcinnitas harmoniam ſuſcipit: non eſt igitur hæc ipſa anima. Quinta ratio eſt, ſi anima ipſa eſt harmonia ea non ſuſcipit inconnitatem: inconcinnitas autem animæ vitioſitas eſt, quod ſi anima vitioſitatem non ſuſcipit omnes bene ſimiliter erunt, at ſecundum videlicet conſequens falſum eſt, igitur & antecedens. non eſt ergo anima ipſa harmonia. Ad tertiam rationem quæ dicit, harmonia magis & minus eſt harmonia, ſed anima magis & minus non eſt anima, (ſic enim propoſitiones accipit Plato) fertur ab Epicuro ratio qua per ſimilia ipſam redarguere tẽtat dulce, inquit, magis & minus ſuſcipit, mel ipſum magis vel minus nõ ſuſcipit (eſt enim ſubſtantia) nõ eſt ergo dulce mel. quod quidem abſurdum eſt. vterq; autem ſyllogiſmorum, in ſecunda figura ſimiliter complexus non ſine ſyllogizandi ratione eſſe videtur: quare neceſſe ideſt, aut vtrunque eſſe verum, aut ſi manifeſte falſus, & ſine ſyllogizandi ratione eſt ſyllogiſmus Epicuri, tale quoq; Platonis eſſe argumentum neceſſe eſt. In omnibus enim comparatio ſimilis eſt, quod autem ſine ratione ſyllogizãdi ſint vtriq; facti dicere poteris, ſi medium terminum qui in vtroque ſyllogiſmo eſt acceperis, & prius Platonis ſyllogiſmum, non enim eundem medium terminum, in vtriſq; propoſitionibus inueneris, habet enim ſe ſic ſyllogiſmus, harmonia magis & minus eſt harmonia, anima non eſt magis & minus anima: quare in maiore magis et minus harmoniam eſſe prædicatum eſt, in maiore vero magis & minus non eſſe animam, non eſt ideo medius terminus vnus, non igitur cum ſyllogizandi ratione factum eſt argumentum. in alio quoq; ſyllogiſmo ſimiliter, alibi enim magis & minus dulce prædicatum aſſumptum eſt, alibi autem magis & minus mel: vnde medius terminus, non eſt vnus. nam quanquam videtur accipere vnum medium in vtriſque cum dicimus, mel magis & minus non ſuſcipit, dulce autem magis & minus ſuſcipit, vnum inquam eſſe in vtriſque prædicatum videatur licet ſuſcipere ſcilicet magis & minus, non tamen id verum eſt, quod ſit vnus terminus, nõ enim ſimpliciter hoc dulce magis & minus ſuſcipit, ſed inquantũ dulce, neque enim inquantum corpus, ſimiliter quoque ipſum mel non ſimpliciter magis & minus non ſuſcipit, ſed inquantum mel, non ſane inquantum dulce ſuſcipit. ſimili quoq; modo anima ipſa inquantum anima, magis & minus nequaquã ſuſcipit: at quo ad affectus id quidẽ ſuſcipit. oportet igitur in propoſitionibus aſſumi, inquantum quidem hæc eſt, ſuſcipit magis & minus inquãtum vero illud, nequaquam. Quod ſi ei apponatur terminus medius diuerſus eſt, quod ſi ita eſt ipſa ſine ſyllogizandi ratione complexio facta eſt: verum ipſam comparationem non eſſe ſimilem videre poſſumus, ipſumq; Platonem recte quidem ratiocinantem: Epicurum vero, non recte: ſic enim dico, harmonia magis, & minus eſt harmonia: anima magis & minus non eſt harmonia. ſic autem vtrum medium terminum facio. Præterea manifeſtior erit ratio ſi quemadmodum accepit Plato propoſitiones non acceperimus ſed paulum tranſponendo adaptabimus. Nam Plato ſic accepit harmonia magis et minus eſt harmonia. nos autem ſic accipiamus, omnis harmonia magis & minus ſuſcipit, nam ſi hoc modo dixerimus, non illa additione, vt ſcilicet dicamus inquantum harmonia, opus eſt: non enim ſimul vtrunq; eſt in harmonia, neque cum ſubiecto, quemadmodum dulce eſt, hoc enim corpus ipſum quod dulcedinem ceperit ſignificat, velut etiam id in quo ſit harmonia. nã ſane harmonia quoddam ſimplex eſt, vt dulcedo, nanque ipſam ſõlam qualitatem declarat, etenim ſi quod harmoniam habet, acceperimus, additione nobis opus erit, omne enim quod harmonia compoſitum eſt, inquantum harmonia compoſitum magis ac minus ſuſcipit, quod ſi harmoniam capiamus non procedit quod harmonia magis & minus ſuſcipiat. Anima autem inquantum anima eſt magis & minus non ſuſcipit: id enim apponendum eſt, animæ inquantum anima, ideo diximus animam inquantum eſt anima harmoniam non eſſe, ſic igitur Platonem ratiocinantem nobis oſtendiſſe liceat. Epicurus autem rationem cepit in dulci, non in dulcedine, nã ſi eam in dulcedine accepiſſet, nihil quidẽ falſum adduxiſſet: id enim verum eſt, quod ipſum mel dulcedo non eſt. ergo quia ipſum dulce vtrunque quoddam ſimul eſt, additionis indiget: non enim propoſitio vniuerſalis vera erit, nanq; omne dulce inquantum dulce magis & minus ſuſcipit, & non ſimpliciter, ſed mel inquantum mel eſt haud ſuſcipit magis & minus, ex quibus nihil cõgregatur, quia non eſt medius terminus communis, quare ſi prædicatis hoc inquantum hoc additum fuerit, non ipſum medium commune accipiemus, vt dictum eſt, quod ſi ſubiectis addatur, vt inquantum dulce ipſum dulce, magis & minus ſuſcipit mel ipſum inquantum mel, magis & minus non ſuſcipit, id concludetur, non eſt igitur mel inquantum mel eſt dulce inquantum dulce eſt, hoc autem cogitari non poteſt. eæ igitur ſunt quinq; Platonis argumenta, quæ diximus. ipſe autem Ariſtoteles (vt iam dicebã) in Eudemo dialogo hiſce duobus vſus eſt, vno quidem ſic, harmoniæ inquit eſt quoddam cõtrarium ipſa inconcinnitas, animæ vero nihil eſt contrarium: anima igitur non eſt harmonia, ſed ad hoc fortaſſe quiſpiam diceret, quod harmoniæ contrarium non eſt proprie contrariũ. ſed magis priuatio indefinita atque animæ veluti cuidã ſpeciei exiſtenti eſt aliquod oppoſitum indefinitum, & quemadmodum ibi talem harmoniam in inconcinnitatem mutari ſic etiam in talem priuationem animam tranſire dicimus. ſecundum autem ſyllogiſmum ſic protulit, harmoniæ inquit, corporis inconcinnitas corporis contraria eſt, animati autem corporis inconcinnitas eſt, morbus & imbecillitas, & turpitudo: Quorũ quidem a ſymmetria elementorum morbus eſt, partium vero ſimilarium imbecillitas, at inſtrumentalium turpitudo, quod ſi morbus & imbecillitas & turpitudo eſt, ipſa inconcinnitas, id ſequitur quod ſanitas & robur & pulchritudo eſt ipſa harmonia, ſed horum nihil eſt anima non eſt inquam anima, neque ſanitas, neque robur, neque pulchritudo, namq; etiam Therſites cum turpiſſimus eſſet, habebat animam, non eſt ergo harmonia ipſa anima, & hoc quidem in illis huic autem quatuor argumentis hãc opinionem refellentibus vſus eſt, quorum tertium dictũ in Eudemo ſecundum eſt, quę autem ſint hæc, proceden tes in litera ſciemus.

Probabilis quidem multis neque minor ulla earum, quæ dicuntur.

Quod igitur opinio quæ dicit eſſe animam corporis harmoniam, ſit probabilis, nunc ſimpliciter ponit. Deinde autem poſt obiectiones ad illam factas per opinionẽ probabilem quoque imponit. in Phædone etiam Simmias ait, nullam rationem, ſic ipſi de anima probabilem videri, vt ea quæ ipſam eſſe harmoniam dicit.

Rationes uero ueluti damnatas dedit, his etiam quæ in communi dicuntur rationibus, harmoniam nanque quandam ipſam aliqui dicunt.

Et ſi, inquit, probabilis eſt opinio, rationes tamen dedit veluti condemnata, videlicet in rationes, pfecta damnata eſt, & reprobata, vt ea, quæ mendax eſt. Deinde apponit vbi nam damnata fuerit, in communibus, inquit, rationibus, quæ dicuntur, hoc factum eſt, innuens fortaſſe vel ſua contra alios, non ſcripta colloquia, vel externas commentationes, de quibus dialogi ſunt, quorum eſt Eudemus, quas quidem vocauit externas ideo, quod non ad legitimos auditores, ſed in communem multorũ vtilitate ſcriptæ ſunt.

Etenim harmoniam temperationem, et compoſitionẽ quan

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dam contrariorum esse, & corpus componi ex contrarijs.

Postquam igitur exposuit opinionem illorũ, qui esse animam harmoniam dicebant, hic eam rationem ponit, per quam confirmare rem suam conabantur, syllogismus autem talis est. Harmonia componitur ex contrarijs, & animatum corpus ex contrarijs quatuor elementis componitur, videlicet arido, liquido, frigido, calido. corpus ergo animatum est harmonia. quod ergo harmonia ex contrarijs constet, id verum est: Harmonia enim quemadmodum Pythagorici volunt, est πολυμιγέων καὶ δι'ἀλλοφρονεόντων ἕνωσις, idest multorum permixtio qui inter se in vnitate diuersa sentiunt, hoc sane quod animatũ corpus ex contrarijs componatur non vniuerse est verum. nanque cœlestia animata cũ sint, ex contrarijs haud quaquam componuntur, sunt enim simplicia, alioqui sine ratione est facta syllogismi complexio, cum sit ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Præterea etsi ratio talis erat, non tamen concludit quod anima ipsa est harmonia, sed ipsum corpus. temperationem vero, & compositionem dixit harmoniam, temperationem quidem elementorum. bene enim vini, & aquæ fusionẽ esse compositam dicimus. dicimus autem quoque per appositionem, harmoniam. Dicimus enim bene esse compositam ianuam, quam compositionem vocauit. Dico autem appositionem, quando enim sic tabulæ compositæ sunt, vt nihil eiusdem generis admittant, ianuam bene compactam fuisse dicimus.

Atqui ipsa quidem harmonia mixtorum quædam ratio est, uel compositio, animam uero neutrum esse horũ possibile est.

Hinc argumenta sunt, & hoc ex quatuor argumentis primum est, talis autem syllogismus est. harmonia ratio est, vel compositio mixtorum, sed anima neq; ratio est, neque compositio. igitur anima nõ est harmonia, quod autem neque ratio, neque cõpositio est anima, nunc quidem veluti id manifestum sit, accepit, nanque id quidem absurdum est animam, siue rationem, siue compositionem dicere, veluti duplã, vel sesquialteram; vel aliã quandam, siue rursus compositionem, quæ corporum est appositio, substantia nanque est anima horum autẽ neutrum substantia est. Deinde vero idem procedendo demonstrat.

Præterea autem mouere non est harmoniæ, animæ uero hoc attribuunt omnes, maxime ut ita dicam.

Secundus hic est syllogismus, & ipse in secunda figura. harmonia, inquit, ex quibus est, ex ijs non mouetur, nõ enim chordas ipsa harmonia mouet. anima vero mouet ipsum corpus, cuius est anima, non est igitur anima harmonia; nullo nanq; motu harmonia mouet ea, quorum est harmonia, neq; enim ea, quæ harmonice cõposita sunt, harmonia localiter mouet, nanq; artifex ea extrinsecus mouet, neque secundum quantitatem, neque etiã secundum alterationem, neque enim chordas ipsa harmonia alterat, sed ipsa quidem motis & alteratis chordis fit, non tamen in quibus est, cum fit, ea alterat.

Conuenit autem magis de sanitate dicere harmoniam, atq; omnino de corporeis uirtutibus, quam de anima.

Hoc est tertium argumentum, est autem secũdum eorum, quæ sunt in Eudemo. quod autem harmonia sit sanitas, in illis demonstrauit est morbi contrario, syllogismi autem deductionem supra diximus.

Manifestius autem, si quispiam reddere tentauerit affectus, & operationes animæ harmoniæ cuidam, difficile nanque est accommodare.

Aperte, inquit, apparet absurda ea ratio, quæ animã esse harmoniam dicit. si vnumquẽq; affectum, aut operationem animæ in aliquam harmoniam transferre tentemus, si nãq; anima est harmonia, operationes quoq;, & affectus eius harmonia erunt. veluti quoq; ipsius simpliciter harmoniæ partes, aut species ipsæ sunt harmoniæ. qualis ergo est harmoniæ species, ira, vel cupiditas, vel sensus & reliqua? Lydia ne, an Phrygia, an Iaspia, an aliq; quædam? quod si nihil horum est harmonia, neq; anima deinceps erit horum quicquam, hoc est igitur argumentum quartum, sic autem se syllogismus habet, si anima ẽ harmonia, species aũt harmoniæ sunt Lydia, Phrygia, & reliquæ: id sequitur, quod harum quædam sit anima, sed hoc dicere absurdum est, nõ est igitur anima harmonia. Verum posset quispiam ad hoc cõtradicere hoc modo, nos quidem non dicimus chordarum harmoniã esse animam, sed quandam talem compositorum, siue temperatorum rationem. neque enim ipsa corporis harmonia, aut elementorum secũdum potentias, aut instrumentalium secundum compositionem, vel Lydia, vel Phrygia est harmonia. nullo igitur modo in hoc sermonẽ Aristoteles deducit, sed in id quod est harmonia quædam. videlicet in harmoniam eorum, quæ tali, aut tali ratione composita sunt, non autem Lydia, aut Phrygia, sed hoc enarratum est. Quod autem fieri non possit, vt harmoniæ cuidam corporis animæ opera, & affectiones reddantur, ex ipsa patet progressione, nam dicere intellectum, si sit temperatio, duplam esse rationẽ, sensum autem, si ita sit sesquialteram, atque etiam aliam quandam potentiam, ridiculum est, neq; hoc tale accommodare est facile.

Præterea si diceremus harmoniam in duo respicientes, propriissime quidem magnitudinum in habentibus motum, & positionem positionemq; compositionem ipsarum, postquam sic coaptatæ sunt, nihil eiusdem generis suscipiant, inde autem quoque mixtorum rationem.

In primo syllogismo dixit harmoniam esse rationem, vel compositionem mixtorum: animam autem neutrũ esse horum: at vnde id patuit, quod anima nihil est horũ? ibi quidem sine probatione id accepit, hic vero reliquũ demonstrat. dicimus enim inquit, harmoniam duobus modis, & quidem prima ratione, compositionem corporum, quando sic appositæ sunt, vt nullum eiusdem generis corpus interseri possit. Veluti cum lapides, quibus constat domus, adeo bene compositi sunt, vt alius lapis, aut lignum, aut quid eiusdem generis interseri non possit, aut grauium corporum aliquid accommodari, dicimus lapides, & horum harmoniam compositionem, apposuit autem eiusdem generis, quoniam fieri potest, vt aer, vel gluten, vel quodpiam tale constructis lapidibus interseratur, ex his autem inquit harmoniq nomen in mixtorum rationem transferimus, veluti & in temperatis, & in his quæ sunt in musica, rationem nanq; mixtorum sesquialteram, vel sesquitertiam, vel aliam quandam ex compositis per translationem harmoniã dicimus. Quid autem cum dixisset, proprijssime quidem magnitudinũ, subintulit in habentibus motum, & positionem? quoniã voluit hæc a mathematicis distinguere, nam mathematica quoque sunt magnitudines, verum neq; motum, neque positionem habent, quandoquidem neq; subsistentiam, in consideratione enim sola habent esse; & motum quidẽ, vt a mathematicis naturalia corpora diuidat: positionem autem, quo et lineas, & superficies naturales ab ipsis mathematicis distinguat, positionem nanq; hæc ipsa naturalia dico, quãuis motũ non habeant. quare autẽ secundum primam rationem harmoniam sub appositione nos contemplari dicit? id inquam ea de causa, quod nobis magis cognita sit, nanq; & in prædicamentis proprijssime, & primo, & maxime esse substantiam indiuiduam dicit, vel vt nobis magis cognitam.

At neutro quidem modo consentaneum est, neque compositio ipsarum corporis partium ualde facilis inquisitu est, multæ enim compositiones ipsarum partium sunt, & multis modis. cuius igitur, aut quo modo putare oportet intellectum compositionem esse, uel etiam sensitiuum, uel appetitiuum?

Neq; cõpositionem inquit, neq; mixtionẽ facere animam rationi consentaneũ est, minime autem magis compositionem,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

poſitionem, quoniam facile valde argumentis ratio conuinci poteſt. ſi nanq; partium ſimilarium compoſitio animam facit: quoniam in vnaquaq; parte inſtrumẽtalium, eſt ipſa ſimilarium partium compoſitio, etenim manus ex oſsibus, & neruis, & carnibus, & reliquis, eodem modo & pes, & caput, & reliqua omnia particulatim eſſet vtique anima, nam ſi ſimpliciter anima ipſa compoſitio eſt, vna autem quæq; pars, alia aliter, componitur, animamq; habet, vnuſquiſq; etiam multas animas habet, aliter enim tota manus compoſita eſt, & aliter partes ipſius manus digiti, aut aliud quodpiam, & in vnaquaq; parte multæ animæ ſunt, quod quidem dicere abſurdũ eſt, non eſt igitur anima compoſitio: nam ſi alicui cõpoſitioni corporis nulla animæ pars conuenit, ex quanam cõpoſitione intellectus, aut ſenſus conſtat? non igitur tota toti compoſitioni congruit, nanq; ex ſingulorũ compoſitione tota compoſitio conſtat: quali igitur compoſitione, & quali in parte vnaquæque animæ potentia fit? difficile eſt, hoc etiam fingere, vt ipſe ait: multæ autẽ partium compoſitiones ſunt, & multis modis, multæ quidem quoniam multa quoque membra ſunt, multis autem modis, quoniam partium ſimilarium compoſitionem aliter aliud habet.

Similiter autem abſurdum eſt, & rationem miſtionis eſſe animam, non enim eandem habet rationem mixtio elementorum ſecundum quam caro, & ſecundum quam os eſt, accidet igitur multaſque animas habere, & ſecundum totum corpus, ſi quidem omnia ex elementis commiſtis, mixtionis autem ratio, harmonia eſt & anima.

Per alterum inquit ſignificatum harmoniæ, animam eſſe harmoniam dicere abſurdum eſt, nam enim multæ rationes temperationum in corpore per partes ſimilares ſunt, elementa enim eadem, ratio autem temperationis horum, alia quidem in oſſe, alia autem in carne, in ſanguine vero, & in reliquis partibus ſimilaribus alia. Quare p hanc ipſam rationem multas habere animas ipſum corpus neceſſe eſt. quod ſi temperatio ipſa harmonia eſt, harmonia aũt anima, multæ quidẽ ſunt ipſius corporis partium temperationes: quod ſi quiſpiam dicat haud ſimpliciter quancunq; compoſitionem, ſiue harmoniam animam dixiſſe, neque huius, aut illius partis: verum totius corporis compoſitionem, & harmoniam eſſe animam, dicimus quod maxime quidem vt ad ſimpliciter dicentes harmoniam, neq; prædiſſinientes ratio dicta eſt. deinde etſi aliquis hanc ipſam rationem confutabit, aliæ tamẽ ſunt, quæ quidem conuinci non poſſunt. ad omnes autẽ dicimus quod ſi harmonia ẽ anima, quæ ſuperiora ſunt, inferiora facient: nam quæ ſine anima ſunt, animorũ cauſa erunt, quæ ratione carent, rationis, & ſenſus ea, quæ non habent ſenſum, quod quidem abſurdum eſt, dicere ſcilicet peiora eſſe meliorum cauſam.

Petiuerit autem quiſpiam hoc etiam ab Empedocle, unumquodque enim ipſorum in ratione quadam dicit eſſe, utrum igitur ratio eſt anima, an potius aliud aliquid exiſtens, innaſcitur membris? Præterea utrum concordia cuiuſuis cauſa miſtionis ſit, an eius quæ ſecundum rationem ſit? & hæc utrum ratio ſit, an præter rationem aliud quodpiam? hæc igitur habent tales dubitationes.

Poſtquam eos, qui harmoniam dicunt eſſe animam, redarguit demonſtrando quod quãcunq; harmoniæ ſpeciem ſupponamus & ſecundum temperationem, & ſecundum compoſitionem, abſurda multa ſequentur, veluti contra Empedoclem merito ex dictis in trãſgreſſione dubitat, quoniam & ille ex temperatione elementorum ipſas animalium partiũ ſpecies fieri dicebat. id enim narrabat, quod alia elementorum ratio carnem facit, alia os, alia vero aliud quodpiam, & eius infra proponetur ſermo, quo dicere conatur, quæ nam in vnaquaq; parte temperationis elementorũ ratio ſit. quoniam igitur partium formas eſſe temperationis rationem dixit, eſt autẽ ipſa quoque anima totius animalis forma: non immerito quærit, vtrum & ipſa anima ſit ratio mixtorum, de quibus animal totum conſtat, an aliud aliquid exiſtens præter rationem mixtis ipſis innaſcitur. nam ſi ratio mixtorum eſt anima, quomodo inquit? terra. etenim terram vidimus, non enim ratio ſunt elementa. adhuc aũt quemadmodum formæ inquit multæ ſunt animæ in animali, magis autem in vnaquaq; parte, quoniam multę quoq; rationes ſunt, ſi aliud aliquid exiſtens præter rationẽ mixtis ipſis innaſcitur, quid exiſtens & quomodo innaſcitur? & rurſus quomodo inquit? terra etenim terram vidimus. quod ſi elementa ipſa ſunt anima, quare in alijs quidem formis oſsis, & carnis, & ſimilium non elementa, ſed ipſam rationem cauſam eſſe dixit, in anima autem ipſa elementa? nam ſi forma melior eſt, quam materia, & ipſa materia ſunt animalis partium elementa, forma vero ratio ipſa: id ſequitur quod ratio temperationis ipſorum, ſit elemẽtis melior. quare forma, ſcilicet caro, os, et ſimilia melioribus erunt peiores, videlicet ratione temperationis, immo ratio ipſa erunt, melior aũt forma anima ex peioribus videlicet ex materia erit, hæc enim aliarum formarum materia erat: meliora igitur ex prioribus erunt, quod quidem abſurdum eſt. Deinde quoniã Empedocles dicebat amicitiam eſſe cauſam temperationis elementorum, ſeriatim de ipſa dubitat. nam amicitia vel eſt eadem miſtione, vt miſtionem amicitiã eſſe dicimus, vel eſt alia, vel etiam alia cuiuſuis eſt cauſa miſtionis, vel eius, quæ eſt ſecundum rationem. quare ſi eſt eadem miſtione, quæ nã eſt ipſius miſtionis cauſa? nullo enim modo id fieri poteſt, vt res ſine cauſa generationem habeãt, vt ait Plato. quod ſi alia eſt, cuius nam miſtionis eſt cauſa? at ſi cuius vis eſt, illud accidet, quod ex quacunque miſtione formæ fient, neque ſolum quæ genitæ ſunt, verum etiam diuinæ, quod quidem abſurdum eſt. neq; enim videmus quamlibet miſtionem quodlibet facere, ſed miſtionis cuiuſcunq; formæ ratio definita eſt. quod ſi eius eſt, quæ eſt ſecundum rationem, quod quidem conſentaneum eſt, & ſi non hoc Empedocles dixit, neque id ex eius dictis ratione ſubducta colligi poteſt. oportebat ipſum dicere quæ nam ſit ipſa, & quam naturam habeat, non enim eſſe amicitiam dicere ſufficit, verum illud etiam addendum eſt, quid nã ſit amicitia. hæc igitur contra Empedoclem dicere conuenit, & quemadmodum diximus, non ita Ariſtoteles diuiſionem fecit, verum ſic ſepulchrius habet, his igitur per digreſsionem contra Empedoclem dictis in de harmonia rationem redditur.

Quod ſi eſt aliud anima ab harmonia, quidnam ſimul cum ipſo carnis eſſe tollitur, & aliarum partium animalis?

Cum expoſuiſſet opinionem illorũ, qui harmoniam eſſe animam dicunt, hanc ipſam eſſe rationem probabilem dixit. nunc igitur huic ipſi rationi cõtradicens cauſas opponit, per quas talis opinio probabilis eſſe videtur, & vt breuibus dicam ſic ait, ſi ipſa anima nõ eſt harmonia ſecundũ rõnem miſtionis facta, quid ita ablata corporis harmonia, anima quoq; tollitur? nam ſi aliud eſt ab harmonia anima, veluti citharœdi ab cithara alij ſunt, quemadmodum cũ chordarum harmonia depreſſa eſt, quod adhuc citharæ citharœdus adſit, nihil prohibeat eum eſſe alterũ ab harmonia, et cithara: ſic etiam animam, ſiquidẽ non erat idem cum harmonia. oportebat aliquando diſſoluta harmonia corpori adeſſe. intellectus igitur propoſitorum talis eſt, litera vero ſic ſe habet. quod ſi aliud eſt animata miſtione, hoc eſt ſi harmonia non eſt anima, harmonia autem eſt ſecundum miſtionẽ, & temperationẽ, eſt enim ea quoque eſt ſecundum compoſitionem, quid nam ſimul cum carnis eſſe tollitur, & aliarum partiũ animalis? quod eſt, ac ſi dicat, quid ita vna parte harmoniæ ablata, reliquarũ quoq; partium harmonia aufertur? vt extra literã nos concludemus, quod harmonia omnium partium ablata, anima quoq; ſimul aufertur, in carne autem tanq; ſi ea magis manifeſta, rationem exercet, nam ſi forma carnis ab animali aufertur, reliquarum quoque

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

partium forma ſpecies auferuntur, oſsium ſcilicet, & neruorum, & reliquorum, cum quibus etiam anima ſimul aufertur: quia non ſolum carne ablata, reliquorum ſublatio ſequitur, verum etiam ſi aliorum quæ diximus, auferatur vnum ſic Alexan. valde cõmode interpretatur, vt dubitatio ipſa pariter ſit interpretatio eorũ, quæ de harmonia dicta ſunt. magis autem vnius dicẽtis ex eo, quod anima dicitur harmonia, id accidere, quod multas animas animal habeat, nam ſi inquit non eſt anima harmonia, verum quodpiam aliud miſtionis, quare miſtione carnis corrupta, reliquarum quoq; partium miſtio corrũpitur? nã ſi quidẽ id ſit, vna quidem omnium partium eſſe miſtio videbitur, non multæ, quare enim cum vna ſimul omnes corrũpuntur? Sic autẽ anima ipſa vna erit & non multæ, in quod abſurdum deduci videbatur ſermo, qui animam eſſe harmoniam dicit: quamobrem ſi miſtione vna ablata animal aufertur, vna igitur quoque anima cum ſit harmonia, alio quoq; modo exponitur, ſi non eſt harmonia anima, quare ſimul cũ carne ablata aufertur? Deinceps vt ab alio principio: ſimiliter autẽ & aliarum partium animalis pro eo, quod eſt, vnoquoq; ablato cum aliis partibus tollitur, partes autem intelligit ſimilares, oſs, carnem, neruum, venas, & reliqua, quorũ quopiam ablato ſimul quoq; animal aufertur, non ſane quouis inſtrumentalium, tolli autem dicit, non ipſum ſimilarium partium ſubiectum, ſed ipſam formam: quare non dixit ablata carne, ſed carnis eſſe.

Ad hæc, ſiquidem non vnaquæque partium animam habet, ſi non eſt anima ratio miſtionis, quid eſt, quod corrumpitur anima deficiente? quod igitur neque harmoniam poßibile eſt eſſe animam, neque circulariter circumferri, patet ex dictis.

Alio modo circa hoc ipſum dubitat, immo non omnino eſt alia ipſa dubitatio a ſuperiori, ſed cum ſit eadẽ, ad illam vice verſa ſe habet. prius enim dubitauit, quod ita compoſitione, & harmonia corporis corrupta ſimul abit anima: ſiquidem non eſt harmonia. nunc autẽ econuerſo, qd ita ab anima relicto corpore, harmonia ſimul corrumpitur? ibi quidem ab harmonia facto principio in animam, hic vero ab anima in harmoniam corporis deſinit. nã ſi, inquit, haud eſt harmonia corporis anima, quare ſic ab anima derelicto corpore, harmonia ſtatim corrumpitur? quanquam non aperte dixit hoc modo, quod ſcilicet haud eſt anima corporis harmonia, ſed qd huius opinionis abſurdum ſequitur, id vt prius accepit, nam dicendo animam harmoniam ſequebatur id, vt ſecundum vnamquanq; partium animam diceremus. Si ergo non eſt inquit ſecundum vnamquanq; partiũ anima, videlicet ſi anima non eſt harmonia: hac de cauſa poſtq; obſcuritatem cõtẽplatus eſt, ipſam rationẽ reſumpſit dicens, ſi non eſt anima ratio miſtionis. Deinde ſubinfert, quid eſt quod corrumpitur anima deficiẽte? quod eſt, ac ſi dicat, corrupto animali in defectione animæ nihil aliud, niſi temperationem, & harmoniam corporis, corruptum videmus. nanq; temperata elementa nõ corrumpuntur, ſed adhuc ſunt. anima igitur eſt harmonia, ſiquidem corruptio animæ nihil aliud niſi corruptionẽ harmoniæ corporis operata eſt. Ariſtoteles igitur cum dubitauerit, nõ ſolutionem ſubinde tulit veluti ea ſit manifeſta, & aliquo modo in ſuperioribus dicta, ſolueret autem ſic ipſam, quemadmodum quoq; alibi diximus, Qd ratio miſtionis, et cõpoſita (quod eſt idẽ, ac ſi dicat, harmonia) rationem eorum, ſine quibus nõ ſunt, ad animam habent: non enim fieri poteſt, vt, ſi hæc non ſint, ipſum ſit corpus organicum: quod ſi neque corpus organicum ſit, animam ipſam in eo eſſe impoſsibile eſt, nõ tamẽ illa ſunt anima, quẽadmodum neq; ſine lapidibus & lignis domus eſt neq; tamen lapides, & ligna ſunt domus, velut etiam non ſine aeris pſpicuitate lux ipſa agit, neq; tamen lux, & perſpicuitas idem ſunt, eodem modo ſic ſe habet in anima, & in corporis harmonia. Quid ita igitur harmonia ablata, anima quoq; ipſa tollitur, immo animæ in corpus actio tollitur? quemadmodum etiam tranſparente aere ablato, non ipſum lumen, ſed ipſius luminis in tranſparens actio tollitur, videlicet eorum, ſine quibus eſſe non poteſt, rationem ad animæ operationẽ harmonia habet. Rurſus autem econuerſo ſi defecerit anima, harmonia ipſa ſtatim deficiet. Quare qd ipſam continet atque apparet, ideſt, quod aptata eius ſemper conſeruauerat deficit. quod autem ipſa anima nõ eſt harmonia, id quidẽ per plura oſtenſum eſt, cum vero dicimus adeſſe citharœdum citharæ, chordarum diſſoluta harmonia, ſimile eſt ac ſi ignarum muſices, aut omnino inanimatum quodpiam citharæ adeſſe aliquis dicat, nõ enim vt citharœdus, & aptus ad citharam ille adeſt. ſed veluti, ſi etiam lapis adſit. non enim vnquam citharœdi modo in ipſam citharam non aptam operatus eſt. quemadmodum neq; anima in corpus non aptum operatur. Quare magis exemplum illi, quod per animam fit, adeſt quam contrarium ſit. adeſſe enim fortaſſe animam corporiali, quando, etiam poſt exitum nihil prohibebit, non tamen quod in eo operetur admittitur, quemadmodum neq; citharœdum in cithara non apta operari conceditur.

Per accidens autem moueri (quemadmodum diximus) poteſt, & mouere ſeipſam, ueluti moueri quidem in quo eſt, hoc autem moueri ab anima, aliter autem impoßibile eſt moueri ſecundum locum ipſam.

Cum illud confutauerit, quod anima per ſe moueatur, quod & Democritus, & Timæus dicebant, alter quidem ſecundum lineam, alter vero circulariter mouens, cum inquam oſtenderit animam per ſe eſſe immobilem nunc dicit quod ipſa per accidẽs motu ſolo locali ſe mouere dicitur. ex quo enim corpus ipſa mouet, & in eo eſt dum corpus mouetur, cum eo ſimul mouebitur. quare mouendo corpus in quo eſt ſeipſam per accidẽs mouet. per ſe autem, & ſecundum ſubſtantiam, neq; mouetur, neq; in loco eſt, nanq; eſt incorporea. motu igitur ſolo locali mouere ſeipſam per accidens anima dicitur. nullo autẽ alio motu: neq; enim etſi mutatur corpus ipſa mutatur, neq; augetur, neq; minuitur per accidens autẽ moueri (quẽadmodum diximus) Dixit enim quando contra Timæum dicebat non autem patet cauſa, quare cœlũ circulariter feratur. neq; enim animæ ſubſtantia cauſa eſt, quod cœlum circulariter feratur, ſed per accidens.

Rectius autem dubitauerit quiſpiam de illa, ut quæ mouetur, in talia cum reſpexerit: dicimus enim animam triſtari, gaudere, confidere, timere, atq; etiam iraſci, & ſentire, & cogitare, hæc autem omnia motus eſſe uidentur. unde putauerit quiſpiam ipſam moueri, ſed hoc non eſt neceſſarium.

Cum animam in loco per ſe moueri confutauerit, ſi nanque mouetur inquit in loco per ſe, in loco eſt, quod ſi hoc eſt, etiam corpus, nunc igitur hoc confuta o, quoniam maxime motibus variatiuis moueri videtur, timore enim, & ira, & aliis affectibus mutatur nunc inquam ad hoc inſtantiam fecit, contexit igitur ſic, quod anima eo modo moueri videatur, anima triſtatur, & gaudet, & timet, & ſimilia, hi autẽ ſunt motus, anima igitur mouetur. harum autem propoſitionum maiori quidem concedit, vbi timor, & ira, & reliqua, motus eſſe dicuntur: minori vero nequaquam. non enim concedit, quod anima per ſe hiſce affectibus patiatur, ſed hoc eſſe vtriuſque ſimul, nanq; ſunt hi affectus in animalis anima, ex manifeſtis autem huic ipſi rei fidem facit. quemadmodũ enim inquit texere, vel ædificare eſſe opera animæ non conſentaneum eſt dicere, at ne quidem corporis, ſed animalis cũ corpore: eodẽ mõ iraſci, & timere, et ſimilia eſſe animalis cũ anima dicimus, nãq; illud eſt animal, quod per corpus texit, & ædificat, in corpore vero per animam iraſcitur, & triſtatur. quare ſi motus eius eſſe concedantur, non tamen ſunt animæ per ſe, ſed vtriuſque ſimul. nos autem id quærimus, an ipſa per ſe moueatur anima, & quiſpiam id quæſierit qũo cogitationem vtriuſque ſimul eſſe dicat, nãq; & alia, quæ ſunt irrationalis partis animæ, quæ quidem non eſt a corpore ſeparabilis, ſed eſt animati corporis forma, vt in materia corpore exiſtens forma inſeparabilis. quod ſi per ſe eſſe non poteſt,

conſequens

cõſequens illud eſt, vt nulla operatio eius ſolũ, ſed vtriuſque ſimul dicatur. cogitare vero eſt ipſius animæ rationalis proprium, quę quidem ſeparabilis eſt, hoc igitur quo modo vtriuſq; ſimul eſt? ad hoc ergo dicimus quod anima rationalis cum extra corpus eſt, & ſeparata habitu, quem cum corpore habebat, cogitatione nõ vtitur, non .n quærit, & inuenit, neq; per propoſitiones ad concluſiones procedit, ſed purus cũ ſit intellꝰ abſq; inquiſitione res ipſas perfecte percipit, vt ea, quæ omnium in ſe rationes habeat, & hiſce non corpore pturbata, quando vult, abſq; tempore occurrit. etenim corpus eſt illi ignorantiæ cauſa, quamobrem inquiſitionis, & inuentionis indiget, & quia non eſt eius vinculum ad corpus inuictum, ſed compatiens, propterea ex ipſius animæ motibus in corpus, & ex corpore in animam veſtigia tranſeunt. alia eſt igitur rei cogitatæ ſpecies, & alia rei, quæ triſtitia affecit: & in reliquis (vt dixi) in corpore veſtigium quoddã motus animæ manifeſtatur, vnde ipſi quoq; phyſiognomi ex aſpectu corporis animæ diſpoſitionem conijciunt. qđ autem ex affectibus corporis quidam in animam tranſeat, manifeſtum eſt, nam cum dolente ſimul dolet, & cũ lætante lætatur. quod autem corpus tali, vel tali modo diſpoſitum ſit, vel non ſit illi impedimẽto, nullus eſt, qui ignoret, quod quidem impedimentum nõ erat ex eo in illam futurũ, niſi ex habitu, quem ad corpus habet naturalis quidã conſenſus, & affectus cõis in aīam trãſiret ſic, quemadmodum ſi retro alicuius cerebri ventriculus patiatur, ipſam memoratiuam virtutem pati dicimus: alio autem ventriculo patiente, ratiocinatiuam. atque eo modo pro diſpoſitione bona, aut mala bene, aut male imaginari animam. eæq; differentes animarum aptitudines, & hoc, quod in hos, aut in illos affectus propenſæ ſint, ex eo habitu, quem ad corpus habeat, et ex communi in affectiones conſenſu aduenit. vnde etiam quidam id putauerunt, quod animæ virtutes corporis temperationes ſequantur. hac igitur de cauſa cogitationem, cum ſit imperfectus intellectus, eſſe vtriuſque ſimul dicit, at hoc minime neceſſarium eſt.

Nam ſi & quam maxime triſtari, uel gaudere, uel cogitare motus ſunt: & unumquodque moueri horum, moueri autem eſt ab anima, ueluti iraſci, uel timere dum cor ſic mouetur, cogitare autem, uel tale, fortaſſe autem aliud quodpiam eſt.

Non eſt inquit neceſſarium ex his, quæ dicta ſunt, vt animã moueri dicamus. qũo autem non id neceſſariũ ſit, per ea, quæ ſequuntur, confirmat. nam cũ prædicta per conceſsionem motus eſſe dederit, hoc enim per hoc manifeſtat dicens, nam ſi & quã maxime, pro eo quod eſt, & ſi quam maxime concedamus præterea ſuperius, cũ dixiſſet, hæc autem omnia motus eſſe videntur. ſed litera obſcuritatem habet, nanq; ſententiæ redditionem interlocutione vſus longam fecit, eſt enim dictorum redditio. Dicere autem iraſci ipſam, quod quantum ad literæ conſtructionem ſuperfluum eſt. at quoniam multa vſus eſt interlocutione, iterum ſumpto intellectu coniunctione inceptiua vſus eſt, literæ igitur conſtructio ſic ſe habet. Nam ſi & quam maxime triſtari, vel gaudere, vel cogitare motus ſunt, & vnumquodq; moueri dicere, iraſci ipſam, ſimiliter & quæ ſequuntur. quẽadmodum enim inquit texere, & ædificare eſſe animæ non aliquis dixerit, ſed ipſius hominis cum corpore: ſic miſereri, diſcere, iraſci, & ſimilia ſunt hominis opera cum anima, quare motus hi non ſunt animæ ipſius per ſe motus, vtriuſque ſimul propter aīam. Quod vero quęritur eſt, an ipſa per ſe anima moueatur, ea eſt igitur literę cõſtructio; reliqua vero in interlocutione dicta ſunt, cũ nanq; dixiſſet quod triſtari, & gaudere, & talia ſi ſunt motus, quomodo ſint hi motus enarrauit, iraſci enim inquit, aut timere, & ſimilia motus ab anima facti ſunt, quod autem ſint ij motus, in promptu eſt, vnus enim quiſque ipſorum pro motu cordis fit, nanq; in iracundia circa cor ſanguis feruet, & in ſuperficie diſpergitur, in timore vero in ,pſundo contrahitur, & ipſum cor hoc vel illo modo mouetur: hæc autem talia non ſolum fiunt ab animo quodam motu verum etiam ipſa cogitationis actio non ſine tali quodã motu fit, cerebro ſcilicet aut alia quadam parte motum quẽdam ferente, hinc illud eſt, quod eorum qui cogitãt, vultus mutabiliores fiunt.

Horum uero contingunt alia quidem ſecundum lationem quibuſdam motis, alia uero ſecundum alterationem: qualia uero & quomodo, alia ratio eſt. dicere autem iraſci animam ſimile eſt ac ſi quiſpiam dicat animam texere, uel ædificare, melius enim fortaſſe eſt, nõn dicere animam miſereri, uel diſcere, uel cogitare, ſed hominem anima.

Horum .ſ. quod iraſcatur quod timeat, quod cogitet, & reliquorum alia quidem contingunt ſecundum lationem, quibuſdam motis, alia vero ſecundum alterationẽ, aliqua autem & ſecundum lationem, & ſecundum alterationem, nanq; illud, quod iraſcatur ex ambobus accidit: cor enim palpitat, qui motus eſt in loco, & ſanguis circa cor alteratur, nam iram ſanguinis circa cor eſſe feruorem dicimus, feruor autem eſt alteratio: miſereri autẽ, vel timere, vel gaudere alterationes quædam ſunt, at etiam fortaſſe fuſione quadam, vel contractione ſanguinis facta motus in loco ſunt: cogitare vero eſt alteratio quædam & cerebri, & alij corporis, maxime autem faciei, ſed ipſa quidem ſequitur eam, quæ eſt propter cerebrum, & vt cauſa quædam eſt. vnde quoque qualis eſt cerebri temperatio, tales, vel tales actiones circa ratiocinatiuas facit: cogitare autem inquit, vel tale ſit, vel aliud fortaſſe quodpiam, vel tale, videlicet motus in loco: hoc enim motu dicebat moueri cor palpitans in ira, vel ſi nõ hoc eſt cogitare, ſaltem tale quodpiam eſt, videlicet alteratio. Quales autem & quomodo contingant, alterius rationis eſt, hoc eſt quales vniuſcuiuſq; partis, aut operis animæ ſint motus, veluti quales in iraſcendo motus accidunt, vtrum ſecundum locum, an ſecundum alterationẽ, ſimiliter & in triſtando, & in gaudẽdo, & in cogitando, vel quomodo hi motus fiunt, ideſt qua parte cum animę affectu compoſita, veluti hepate cum concupiſcibili, cum iraſcibili vero corde, & alia quadam parte cum alio quodam, & quali modo hoc moueatur, videlicet quid ab affectus animalis motu patiens: alterius quidem rationis talia ſunt. ſunt autem ſiue de partibus animalium, ſiue etiam de animalium motu tractatus.

Hoc autem non ut in illa motu exiſtente, ſed aliquando quidem uſque ad illam, aliquando uero ab illa, ueluti ſenſus quidẽ ex hiſce, reminiſcentia autem ab illa, ad eos, qui ſunt in ſenſorijs motus, uel manſiones.

Quoniam dixit oportere dicere, quod anima mouet homo, non ſic inquit ego dixi, veluti in ea per ſe motus exiſtat, verum quod aliquando quidem vſq; ad illam a corpore ſumpto principio motus fit, veluti ſe habet in ſenſu, nanq; a ſenſibilibus principium fit ad ſenſoria. Deinde hiſce ſeparatis, vel comparatis, & ex ſenſibilibus talem quendam affectum patientibus in potentiam tranſit affectus, & ſic in ipſam animam, quæ ipſum affectũ, & cognoſcit, & iudicat. fit autem quidam motus talis etiam circa ea, quæ carent anima: quę igitur corpora leuia ſunt & polita, ſi quibuſdam directe ſtantia ponantur, hiſce, qui ſunt in viſibilibus colores, illuſtrantur, vt ſpecula, ſed minime ſentiunt, quia in ſe non habent animam, quę ipſam affectionem dijudicet, at ea ſentiunt, quæcunque habent animam, in quam is, qui ſit in ipſis affectus, remittitur: in eo igitur quod vſque ad illam per ſenſus affectus diſtribuitur, anima moueri dicimus, nanque & per animam ſentit animal, & affectus vſque ad ipſam tranſit. Reminiſcentia ſane ſumpto principio ab anima in corpus viuum factum deſcendit, reminiſcentes enim timoris alicuius nobis facti ſæpenumero palluimus, & memores facti nauigationis nauſeauimus. at quomodo in reminiſcentia motũ ab anima, ſumere principiũ dicimus? nõ vt illa ipſa per ſe reminiſcente, ſed vt per ſenſus motũ ab ſenſibilibus ſumpto principio eouſque, vbi ſenſitiua,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& iudicatiua potentia eſt, pertranſiſſe dicimus, hic autem ſpiritus eſt. ſic & in reminiſcentia dicimus, quod a ſpiritu, in quo anima eſt principium motus eius, qui in reminiſcentia fit, factum eſt: econuerſo in ſenſu, in quod enim ſenſus deſinit, ab eo reminiſcentiæ eſt principium. nanq; reminiſcentia cuiuſdam phantaſmatis eſt inuentio, quod aliquando in ſpiritu fuit, in hoc enim innaſcuntur phantaſmata, in quo anima ſenſitiua ſedet, ab his monumentis, quæ ſunt in ſpiritu, in quo eſt anima, quæ phantaſmata vocamus, quæ monumenta ex apprehenſionibus quæ per ſenſus fiunt, obtinuit, ab his (inquam) motuum ſecundum reminiſcentiam principium fit: obiecta igitur rurſus phantaſmati, quod prius habuit: hoc eſt impreſſione prius in ſpiritu innata reminiſcitur, & per propriũ ſenſorium ſenſit, ſic igitur ſenſorio corpus diſponitur. veluti ſenſus quidem ex hiſce: vt in exẽplo ratio eſt ex his, vt ex ſenſibilibus principium motus habet: reminiſcentia autem ab illa ad eos, qui ſunt ſenſorii motus, vel manſiones, hoc autem, vel manſiones appoſuit, quoniam non, veluti cum ſentimus, ipſa ſenſoria moueri neceſſe eſt, deinde ſic in animam ipſum affectum tranſire: & ſic quando reminiſcimur, penitus oportet illud ipſum ſenſorium moueri, per quod prius ipſum motum habuimus. Verum fit aliquando hoc ipſum, velut ex his, quæ propoſuimus, exemplis: aliquando vero non, neque enim omnino cum reminiſcentia ſenſorium mouebitur: ſed illis requieſcentibus tantum cogitantes reminiſcimur, nanque per ipſum ſenſorium nobis ipſa apprehenſio facta fuit.

Intellectus autem uidetur innaſci ſubſtantia quædam exiſtens & non corrumpi: maxime enim corrumperetur ab ea, quæ fit in ſenectute, offuſcatione

Poſtquam demonſtrauit animam per ſe localiter non moueri, inueſtigauitq; quid ita maxime ira, et cupiditas, & timor, & ſimilia motus animæ alteratiui, viderentur, declarauitq; quod & ſi id cõcederetur, motus eſſe, vtriuſque tamen ſimul ſunt, non ipſius animę: conſequenter in intellectum ſermonem traducit, & eum penitus eſſe immortalem dicit. quapropter Alexander, cum quæ ab Ariſtotele perſpicue dicta ſunt reſpicere non poſſet, intellectum ipſum velit nolit, eſſe immortalem fatetur. non enim aliam expoſitionem inuenit, quæ literæ quadraret ſcopoq; ſuo conſonaret, multis quidem in locis quadam cum dubitatione ſermonem facit, & hic intellectum eſſe immortalem dicere Ariſtotelem fatetur. paulum autem progreſſus in continuatione ſermonis incidẽs in literam quæ dicit, intellectus fortaſſe eſt diuinumque, & impatibile, de diuino, inquit, intellectu ſermo eſt. at ſi de diuino dicebat, quid ita, fortaſſe appoſuit? verum id diligentius cum eo peruenerimus, cognoſcemus, ille etiã idem Alexander de anima librum proprium ſcripſit, in quo air, quod cum duo ſint in exiſtentibus, materia ſcilicet & forma vnumquodque ſecundum propriam formam deſignatur, materia enim communiter omnibus ſubſternitur. quare & homo ipſe ſecundum propriam formã deſignatur, ea autem forma eſt anima rationalis veruntamen vnaquæq; forma corruptibilis eſt, & inſeparabilis a materia. igitur anima quoque rationalis. enimvero nos dicimus quod aliæ formæ ſunt a materia ſeparabiles, aliq; vero non, animamq; ipſam rationalem ſeparabilem eſſe, quamobrem Ariſtotc. cum animam diffiniuiſſet, nõ animam rationalem priuatim, ſed ſimpliciter omnem animam diffiniuit, & cum dixiſſet eſſe entelechiam corporis naturalis inſtrumentalis potentia vitam habentis, addidit manifeſtum eſt autem quomodo entelechia, vtrum velut inſeparabilis, an vt nauiculator a naue. quare formam quoq; eſſe ſeparabilem ſciuit. Quod autem hoc in loco manifeſte de intellectu humano diſſerat, ex ipſa dictione conſidera, intellectus autem inquit videtur innaſci ſubſtantia quædam exiſtens, & non corrumpi. ſed quis diutnum eſſe intellectum coniectabit? videtur enim inquit non corrumpi, deinde etiam manifeſtius, maxime enim inquit corrumperetur ab ea, quæ fit in ſenectute offuſcatione, quid autem clarius quam, quod hic ſermo de noſtro intellectu eſt? paulo autem progreſſus nomen intellectus in animæ nomen tranſumit. quare ſenectus inquit eſt, non quod anima quicquam paſſa ſit, ſed quia id in quo eſt, aliquid paſſum eſt, velut in morbis, atq; ebriatibus fieri ſolet. quamobrem illi quidem calumniantur quicunque Ariſtotelem rationalem animam mortalem dicere ſuſpicantur, hoc autem in loco Alexander bene quærit, quomodo hæc ipſa cum prædictis conueniant, nanque ſermo in ſuperioribus de hoc erat, an oporteat vocare motus ipſas animæ operationes, videlicet iram, & timorem, & quæ ſunt his ſimilia, non autem, an incorruptibilia, an corruptibilia ſint. quomodo igitur veluti facta de illis inquiſitione, de intellectu infert hoc, qd' intellectus videtur innaſci ſubſtantia quædam exiſtens, & non corrumpi? ſed hoc dubium bene ſoluit. de illis. n. inquit potentia demonſtrauit, an corruptibilia ſint, hoc oſtenſo quod hæ quæ propriæ eius operationes videtur in anima ſunt vtriuſque ſimul, quemadmodum texere eſt in corpore ſimul vtriuſque potentia. igitur eas operationes corruptibiles eſſe demonſtrauit. in ſuperioribus. n. illud præſumptum eſt, quod ſi operationum, aut affectuum animæ aliquid eſt propriũ, eã eſſe ſeparabile probabilem eſt, ſin minime id cõceditur, nullo modo. Quoniam igitur potentiæ illæ nullã habent ab corpore actionem ſeparabilem, propterea ab ipſo corpore inſeparabiles erunt. velut igitur hoc oſtenſum ſit, id cõſequenter de intellectu quærit, quo modo ſe habeat. Hoc igitur dicit, quod intellectus non ſic ſe habere videtur, ſed ſubſtantia quædam eſſe, & innaſci, & non corrumpi, & dictionem ipſam conſidera, nam dicendo innaſci videtur, maxime quidem ſignificabat eum non ex corporis aut animę ad hoc ipſum complexione, germinare: ſed extrinſecus accedere, quemadmodum in his, quæ ſequuntur, ait. Deinde quoniã in corpore accidentia quoq; innaſci videntur, & ſi non extrinſecus, appoſuit, ſubſtantia quædam exiſtens: at etiam quia formæ in materia innaſcũtur, & ſubſtantia ſunt, corruptibiles tamen, adiecit & non corrumpi deinde huiuſce rei fidem ſtudioſe addidit. maxime. n. corrũperetur ab ea, quæ fit in ſenecture offuſcatione, nã ſi ab corpore inſeparabilis eſſet, & vigere & corrũpi cũ eo oporteret, ſi quidem in eo ſubſiſtentiam haberet. talia igitur ſunt ira, & cupiditas, & ea quæ ſunt ex his. intellectus autem econuerſo ſe habet, nam florente quidẽ corpore, vix apparens, at etiam fortaſſe nõ? eſt: ſenelcente vero, augetur. namq; prudentiam, & veræ gloriæ bonum Plato dicit, ſi ſic in profundam ſenectutem aduenias.

Nunc autem quemadmodum in ſenſorijs accidit, ſi enim acciperet ſenex oculum talem, uideret quidem ſicut & iuuenis.

Dubium quoddam iuſte ad ea, quæ dicta ſunt habẽs dubitationem, diſſoluit Ariſtoteles. Dixit enim, ſi quiſpiam intellectum cum ſenectute non cõtabeſceret oſtendat, ipſum eſſe incorruptibilem demonſtrat, quod ſi cũ corpore contabeſcere eum probet, corruptibilem igitur in vltima ſenectute, & delirantibus magis corruptus videtur. valde enim ſeneſcentes delirant, hoc autem & in ebrietatibus, & alijs quibuſdam affectibus, veluti melancholiis, atque etiam in ſomnis patitur. Quod ſi corporis motibus alteratur, ob eam rem corruptibilis eſſe videtur, hoc igitur dubium ſoluens ait, idem in dictis affectibus intellectui contingere, quod potentiæ ſenſitiuæ quando ſenſoria læſa ſunt nam quemadmodum ſenſorijs læſis non quidem ſentimus, attamen iam ſenſitiua potentia minimæ læditur. non enim cum huiuſce craſsi corporis inſtrumentis ea, quæ illis vtitur potentia ſimul patitur. quod enim non ipſa potentia patiatur, ſed ipſum ſenſorium laboret, id paret ex iis, quæ ſuppoſuimus. diximus enim & ſi qualis eſt oculus iuuenis, oculum ſenex acceperit, quemadmodum iuuenis operabitur ſenex, quod quidem non eſſet ſi potentia læderetur. exemplum autem in ſuffuſionibus humorum manifeſtius eſt, nam ſi humorem illum deiiciamus illi vident, qui eo humore impediti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

impedit prius non videbant id autem propterea accidit, quod in hoc corpore ſenſitiua potentia non habet eſſe, ſed in ſpiritu ſic etiam ſi oculus ſenum ex tempore debilitatus ſit, & tunicule craſsiores factæ, & tanq; ſordeſcentes, non ſit transluceant. Si præterea intus humor nõ trãſlucear, atque etiam, aridiores ex tempore, & prope congelatæ, neque poſsint affectus ſenſibiles in ſpiritum viſuum transferre, id accidit, quod ipſi ſenes minus videt, ſed non quod ipſa viſiua potentia aliquid patiatur. Qđ ſi in ſenſibus, in quibus id minus eſſe oportebat, hæc accidit, multo magis in intellectu. quare ſolum corpus, cũ quid ipſis intellectus operationibus paſſum ſit, impedire dicimus, non aliter, quam ſi alicuius operationis ſtudioſæ cauſa, veluti lectionis, vel contemplationis, vel oratio nis vicinum vicinus nugator expellat. quod ſi ille cum erga ſtudioſum reſpectum omnino non habeat, eum tamen de propinquitate loci expellit, quanto magis intelectum? cum erga ipſum corpus reſpectum habeat, ppter naturale vinculum? non enim vinculum hoc omnino ſimul eſt impatibile. Quod ſi quiſpiam dicat, vnde igitur id patet, quod intellectus, quemadmodum ſenſus non in aliquo præter hoc corpus eſſe habeat? velut in ſpiritu? nondum enim in ijs, quæ dicta ſunt, hoc manifeſtum eſt, hoc autem tantum patuit, quod in hoc nõ habet eſſe, veluti ſenſus. Dico igitur quod hoc ipſum deinceps Philoſophus demonſtrabit, eſſe ſcilicet ipſum ab omni corpore ſeparabilem, neque veluti ſenſus ab hoc ſolum, nõ autem difficile eſt & hoc prius explicare in aliquo eorum, quæ dicit. quod enim quemadmodum ſenſus in alio nõ habeat eſſe intellectus, inde patet. nam ſenſus ab ſenſibilibus maioribus præoccupati, minora ſuſcipere non poſſunt: velut auditus ſi maiorem ſtrepitum audierit minorem nequaquam perceperit: & lingua ſi acerrimum ſuccum guſtauerit, inferiorem non ſenſerit, atque in alijs ſimiliter, hoc autem, quoniam proprie ſenſuum inſtrumentumq;, & vehiculum, ſpiritum dico, corpus eſt. Ipſe vero intellectus nimirum incorporeq; intelligens, nullo corpore in intelligentiam vtens quanto maiora intelligibilia ſuſcipit tanto magis minora capit. atque aliter nulla potentia, quæ in ſubiecto corpore eſſe habeat ipſa ad ſe conuertere poteſt. nam & corpus ad ſeipſum, in quo eſt, pariter conuertetur, nullum autem corpus ſibiipſi cohęrere poteſt, neque etiam alij niſi per ſuperficiem. ſed intellectus ipſe ad ſe conuertitur, ſeque ipſum videt, ipſe de ſe quærit, & ipſe inuenit. ſubſtantia igitur a corpore ſeparabilis, neque aliter quicquam aut contra ipſum aut contra ſubiectum ſuum pugnat, anima vero corpori repugnat cum ſic affectus corde feras. nihil autem ſubiectum ſuum corrumpit. omnia enim eſſe cupiunt, at ipſa virtute corpus cõſumit, non igitur in ipſo eſſe habet, etſi aliquando ſeparatim operatur, quando in diuinorum contemplatione eſt, illud patet, quod etiam ſubſtantiam ſeparabilem tenet.

Quare ſenectus eſt, non quod de anima patiatur aliquid, ſed illud in quo eſt, ut in ebrietatibus, & morbis.

Senectus, videlicet non illud interpretamur, quod ita dicebat maxime. n. corrũperetur ab ea, quę fit in ſenectute offuſcatione, & quod nunc ait, ſed ibi quidem moderatum, hic vero, quod multũ, et vltimũ eſt, vt. n. dixi qđ, quia non eſt omnino aduerſum corpus ſine reſpectu, noſter intellectus proportione corporis indiget, vt cũ proportionabiliter ſe habeat, nihil turbetur. illi vero in flore ætatis aduerſus opationes ppias p affectuũ pturbationẽ immoderatũ fit, & in vltima ſenectute ga mortificatũ idẽq; materię proximum eſt idem igitur, inquit patitur, intellectus in ſenectute, qđ in ebrietatibus, & morbis. nã velut ibi ppter corporis intẽperiem ad operatiões impeditur, quod patet, quia, cũ de tali ſtatu corpus ipſum diſceſſerit, iterum relucet, ſic in ſenectute etiã accidit. quod aũt poſt ebrietatis liberationem, non alius quiſpiam innaſcitur intellectus, quaſi rurſus ex tẽperamento fiat, perſpicuum eſt, quod cum primo eſt vnus, & idem numero, nam ſi ſimpliciter ex tẽperatione fit, vt album, non quidem eſt vnus, & idẽ numero, nã neq; ante, & poſt ebrietatem vna, & eadem numero temperatio eſt, ſed certe ſpecie, quod autem numero intellectus eſt vnus, & idem patet ex eo, quod poſt ebrietatem quæ prius facta ſunt recordatur, nam ſi veluti quiſpiam putauerit, idem ſpecie, non autem numero eſſet, non quidẽ quæ facta eſſent ante ebrietatem, ea recordaretur, ſed illi altera diſciplina opus eẽt, ſimile enim inquit Ariſtoteles hoc eſt, ac ſi qui dem hoc ego, tu vero illud ſentires, neq; enim quoniam ſunt eædem ſpecie animæ quæ iam ego ſcio, alius ſit: qđ ſi vnus & idem numero eſt, & ante, & poſt ebrietatem, nihil quidem aliud, niſi operationes ebrietas impediebat at illud ſciendum eſt, quod illi qui omnem animam eſſe ſeparabilem volunt, has ipſas dictiunculas aſſumũt. ecce enim dixit, inquiunt quod anima nõ patitur aliquid, ſed ipſum corpus, in quo eſt, verum nos dicimus quod illi non de omni anima, ſed de intellectu ſermo eſt, & hunc ipſum animam vocat, quod & ex prædictis & ex his, quæ poſtea infert manifeſtum eſt, nanq; adhuc de intellectu ſermonem facit, ſic enim cum dixiſſet, quod intellectus ipſe non eſt qui patiatur, verum corpus in quo eſt, quare inquit neque intelligere, neque cõtemplari ipſum corrumpitur. ſed alio quodam corrupto marceſsit, nam ſi intellectus non patiatur, operationes eius videlicet intelligere, & contemplari minime patiuntur, de omni igitur non eſt eius ſermo. eſt enim ridiculum putare eum de omni dicere, cum & eius ſubſtantiæ, quæ a corporibus ſeparabilis eſt, & eius, quæ non ſeparatur, nobis regulas manifeſte tradiderit. & nota quod quem intellectum dixit incorruptibilem eſſe, & foris aduenire corpori, hunc ipſum ſtatim animam vocauit, vt intelligeres quod non aliter aliquem dixit eſſe intellectum præter animam rationalem extrinſecus nobis aduenientem, ſed animam ipſam rationalem intellectum vocauit. manifeſtiſsime igitur per hæc animam noſtram eſſe immortalem Ariſtoteles demonſtrauit: corpori autem rationalis anima innaſcitur poſt animalis perfecti figuram alijs animæ virtutibus, videlicet rationibus ipſis ſimul cõiectis cum ſperma te, quod ſi quiſpiam ad omnem animam hoc eſſe dictũ accipiat, videlicet quare ſenectus eſt, nõ quod anima paſſa ſit accipiemus (vt Alexandro etiam videtur) omnem quidem animam perſe impatibilem eſſe, ſed itrationalẽ quidem, quia neque illi eſt, vt per ſe ſit, ſed vt cum ſpiritu corrumpatur: intellectum vero, cum ſit ſubſtantia ſeparabilis eſſe impartibilem.

Et ipſum intelligere, & ipſum contemplari marceſit alio quodam intus corrupto, ipſum autem impatibile eſt.

Alio quodam intus videlicet ſpiritu, nam quia non in ſolis delirationibus intelligere ipſum marceſſere accidit, verum etiam in flore ætatis ſępenumero intellectionum deſipientias, & hebetudines fieri contingit, hoc inquit fieri cum ſpiritale corpus, in quo animales potentiæ primum relucent, aliquam corruptionem ferat, cunq; non adſit ſymmetria, cum ipſam illectionem turbet, atque impediat.

Cogitare uero, & amare, & odiſſe non ſunt illius affectus, uerum huius habentis illud, quatenus illud habet: quapropter & hoc corrupto neque recordatur, neque amat, non enim illius erat, ſed ipſius communis, quod periit.

Quod ipſum cogitare per ſe non ſit ipſius animæ, ſed vtriuſque ſimul iam diximus, non enim, inquit vt ipſum intelligere, & contemplari proprii ſunt ipſius intellectus affectus (affectus enim quemadmodum ſæpe diximus, operationes vocat) ſic & cogitare, & amare, & odiſſe, ſed huiuſce, videlicet animalis habentis animam, quatenus illud habeat, hoc eſt inquãtum habeat animã, nam veluti (vt ſæpius dictum eſt) ipſum texere eſt animalis in corpore, ſic animalis ea ſunt in anima. Quare inquit animali corrupto nihil horum anima habebit, quæ ipſi ex complexione corporis aduenerant, conſequenter autem neque recordari ipſam dicit, quia ibi quidem cognitio eius præterfluens eſt, & in detentionem cogni-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

torũ memoria indiget,at poſt ipſum corpus,vt ea, quæ cognitionem ſtantem habet,& ipſis rebus occurrit,memoria non eget.eorum enim,quæ quondã cognita ſunt memoria eſt.tunc enim neq; prius, neq; poſterius habet cognitio,niſi per contemplationum repræſentationem, ſed ſemper inſtituta eſt,& præſens inquirit.

Intellectus autem fortaſſe diuinius quiddam, & impatibile eſt.quod igitur impoßibile eſt moueri animam, manifeſtum eſt ex hoc,quod ſi omnino non mouetur,patet quod neque a ſe.

Non vt dubitas illud fortaſſe adpoſuit,ſed vt qui non dum perfecte id demõſtrauit,quod ſi & hic,& ſuperius, atque etiam magis inferius vult ipſum intellectum eſſe immortalem, hoc eſt ipſam per ſe rationalem animam, dementes ideo ſunt, qui putant ipſum opinari eam eſſe mortalem.manifeſtum eſt enim quod non de diuino intellectu,verum de noſtra rationali anima ſermonem facit:neq; enim ille in corpore neq; ab iis,quæ dicta ſunt, impeditur.ab iis enim quæ ſimul cognita nobis de eo apertum eſt,illius autem ſunt ignobiles operationes,alio qui ſi de diuino intellectu eſſet illi ſermo,non quidem illud fortaſſe appoſuiſſet veluti dubitans,an ille ſit impartibilis,atq; diuinus,ex oſtenſis autem ſummatim ſermonem colligens inquit.quodſi id oſtenſum eſt, quod anima non mouetur,id etiam patet, quod ſi non omnino mouetur,neque etiam per ſe mouebitur.

Multo uero dictorum ſtultißimum eſt,dicere numerum eſſe animam mouentem ſeipſum.ſunt enim ipſis impoßibilia,prima quidem,quæ ex motu accidunt,propria autem,quia dicunt ipſam numerum.

Quod propoſitũ eſt, Xenocratis, quid fuit ſucceſſor Platonis,opinionem de anima refellit, qui animam numerum ſeipſum mouentem dicebat eſſe:manifeſtumque eſt,quod ſi ita dicebat, quemadmodum apparet, facile redargui poteſt hic ſermo.Sed (quod etiam in ſuperioribus dixi)nullus quidem etiam qui ſummo digito diſciplinas guſtauerit,talia dixerit. dicebat igitur numerum animam propter ſpecierum plenitudinem eſſe animam, & ex rationibus rationem, omnium nanque rationum (ſicut diximus)in ſeipſa rationes habet.numeros autem vocabant ſpecies,vt dictum eſt.ipſe etiam deinceps ait. & bene quidem dicentes animam ſpecierum locum, ea de cauſa igitur numerum.ſeipſum vero mouẽtem dicit, quia ipſa per ſe viuit.non enim eſt illi ab alio vita, eſt.n. ipſa ſponte viuens. At Ariſto.quemadmodum cõſueuit quod apparet rationis,id arguit.cõia igitur dicit eſſe eas opiniones,quas cum hac ipſa redarguit. nam quæcunq; ſequuntur abſurda eos,qui dicunt animam moueri,eadẽ hunc ipſum ſequentur,qui eam numerum ſeipſum mouentem dicit.propria autem,quatenus dicit eſſe animam numerum,ad quod nunc inſtat.

Quo nanque modo oportet intelligere unitatem motam? & a quo? & quomodo impartibilem, & indifferentem ex ſtentẽ? ſi enim eſt motiua, & mobilis,differre oportet.

Videtur idem dicere, cum bis quomodo dixerit. at non ſic eſt,verum primum eſt modi ipſius cognitionis, videlicet quis eſt modus intellectionis, qui nos in vnitatis motæ cognitionem inducere poteſt,neque enim ſenſu,neque cogitatione hoc ipſum cognoſci poteſt. id autem,quod dicit,a quo ideſt vtrũ ipſa ſibi motus eſt cauſa,an aliæ alia vnitas? illud vero ſecũdum,quomodo eſt modi ipſius motus,vtrum ſcilicet per lineam moueatur, an circulariter? an alio quodammodo, veluti per mutationem,aut augmentum, & corruptionem. quomodo igitur vnitatem motam intelligere oportet? nam ſi omnis numerus eſt vnitatum multitudo, id quidem neceſſe eſt,vt moto numero vnitates moueantur,quomodo igitur vnitas mouetur? nã ſi a ſeipſa mouetur, quia mouẽs inquantum mouet aliud quoddam eſt ab eo,quod mouetur:neceſſe eſt & ipſam vnitatem a ſeipſa differre,nanque aliud quoddam eſt inquantum mouet, & aliud inquãtum mouetur,quæ igitur eſt ipſius ab ſe vnitatis differentia,cum ſit indifferens & impartibilis? q; ſi aliæ mouent,atque aliæ mouentur quæ nam inter vnitatem, & vnitatem differentia eſt? oportet enim quod mouens,in quantum mouet ab eo,quod mouetur,differat,ſi quidẽ potentia quadam naturæ: hoc eſt aptum mouere illud vero moueri,atque aliter Si aliæ vnitates mouent, aliæ mouent,quæ quidem mouent,eæ erunt anima,nõ quæ mouentur.quẽadmodum.n.in animali, quod mouet eſt anima,quod mouetur corpus: ſic etiã quia vnitatũ aliæ mouent,aliæ mouentur,quæ mouent quidem,eæ erunt anima,q; ſi hoc eſt,non quidem numerus ſeipſum mouens erit anima,ſed ſolum mouens.

Præterea autem,quia dicunt motam lineam ſuperficiem facere,punctum uero lineam, ipſi etiam unitatum motus lineæ erunt,punctus enim unitas eſt poſitionem habens,numerus autem animæ iam alicubi eſt,& poſitionem habet.

Aliud argumentum.in hoc aũt lóco ipſos deridet.hoc inquit ex geometria videtur,quod punctus fluens lineã facit.linea vero itidem fluens ſuperficiem, q; ſi hoc eſt,ipſi animæ motus,cum ſint vnitatum motus, lineæ erunt ira & cupiditas,& reliqua nam, inquit vnitas nulla alia in re a puncto differt,niſi quod quidem alicubi punctus iacet in linea enim,vnitas vero non eſt ex his, quæ poſitionem habent, nihil igitur aliud eſt vnitas,quam punctus ſine poſitione, punctus vero vnitas cum poſitione: qui igitur numerum eſſe animam dicunt, ij in corpore eam eſſe fatentur. quare numeri vnitates alicubi iacent, in corpore enim ſunt igitur vnitates ipſæ poſitionem habentes puncta ſunt.igitur ea cum mouentur, lineas faciunt.

Præterea autem a numero ſi auferat aliquis numerum, uel unitatem, relinquitur alius numerus. plantæ autem, & animalium multa diuiſa uiuunt, & uidentur eandem animam habere ſpecie.

Tertium hoc eſt epicherema,ſi inquit ab numero vnitatem detraho, velut ab decem, alium numerum, facio nouem,alium quidem parem,alium vero imparem. ſimiliter etiam ſi numerũ auferamus,qui relinquitur, ſpecie alius fit,nam ſi ab ſedecim,qui tetragonus eſt auferamus tria,non amplius tetragonus eſt, q; ſi etiam Gnomona a tetragono aufero,veluti ſeptem a ſedecim tetragonus nouem fit,non igitur eſt idem ſpecie, ſed genere. Quod ſi,inquit,a planta ramum abſciderís,eadem & in relicta planta, & in ipſo ramo anima manet: ſimiliterq; in diuiſis animalibus hoc ipſum cõtingit. diuiſa enim ad quoddam tempus animæ operationem habere videtur, ſenſum,inquam,& motum,non igitur numerus eſt anima.in plantis autem ratio manifeſta eſt. q; ſi non in omnibus partibus rationem acceperis,in alijs animalibus vera eſt,quibuſdam enim partibus amputatis eadem manet anima,quod etſi non omnino in animatis ratio vera,eſt attamen in quibuſdam eſſe verum argumentum ſanum demonſtrat.

Videbitur autem nihil differre unitates dicere, uel corpuſcula parua,etenim ex Democriti ſphærulis ſi fiant puncta, ſonum autem maneat quantitas,erit quiddam in ipſo, aliud quidem mouens, aliud uero motum, ſicut in magnitudine. non enim quia magnitudine differant, aut paruitate, hoc accidit, quod dictum eſt,ſed quia quantum eſt. quocirca neceſſe eſt eſſe aliquod mouens ipſas unitates, ſi aũt in animali, mouens anima eſt, & in numero,quare non mouens, & motum anima eſt, uerum mouens ſolum.

Xenocratis opinionem in opinionem Democriti contrahere vult,ille enim de ſphæricis atomis animam conſtare dicebat,ſi igitur inquit atomorum magnitudinem quiſpiam auferat,puncta erunt,vnde eadẽ abſurda vtriſque conſequentia erunt.nihil autem ſuppoſitionem Democriti lædit,ſi atomorum continuum auferamus. neq; enim quia continua corpora eſſent, ea moueri dicebat, ſed propter ipſorũ multitudinẽ in impulſione mutua,ſic etiam Xenocrates non quia ſupponeret impartibilia,

ea,de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ea, de quibus aïa constabat, dico autem vnitates, iõ ipsas moueri dicebat. Verum q̃ erat q̃tum id, q̃ erat ex ipsis s. numerus, in hoc igitur conueniunt, inquãtum moueri ipsam dicebant, alter quidem atomos, alter vero numerum, sequitur necessario vtrũq; hoc dicere, alia quidem siue atomorum, siue numerorum moueri, alia vero mouere. ab ipso autem in septimo, & octauo physices demõstratum est, q̃ idem inquantum idem & mouere, & moueri impossibile est, neq; in continuo, neq; in diuiso. hæc autem consequitur hoc, q̃ vterq; ipsorum aïam sese mouentem diuisum q̃tum facit. Quapropter si atomorum, & numerorum alij quidem mouent, alij vero mouẽtur, erit quidem tota congregatio sese mouens: quemadmodum etiam totum aïal sese moueri dicitur, sed hoc quidẽ moto, illo vero mouente. vt igitur in aïali mouens est anima, & non motum, sic & in aïæ numero non omnis numerus erit aïa, sed eæ, quæ mouent vnitates. similiter & in sphæricis atomis, eæ, quæ mouent, atomi aïæ erunt. sic igitur in eãdem opin. Democritus, & Xenocrates conferuntur, & ideo quæcũq; absurda Democriti opinionẽ sequi demonstratiuus, eadem Xenocratis opinionem sequentur. at fortasse quispiam diceret aut illud esse verum q̃ omnino Democriti, & Xenocr. opinio in idem conueniat. non n. animam q̃tum diuisum Democritus simplr faciebat, vt Xenocrates, atque ideo supponebat animam esse non ex quibuslibet atomis, verum de sphæricis, vt motus causam ipsam traderet. non igitur vtrasq; opiniones in idem simpliciter adducit.

Accidit autem quomodo unitatem hanc esse? oportet enim esse ipsius differentiam ad alias: puncti autem unici quænam differentia est præter quam positio?

Vnitatem dixit, pro ex vnitatibus, si igitur inquit aïa est vnitas, vel ex vnitatibus: id patet q̃ vnitates ex q̃bus anima constat, oportebit differre ab aliis vnitatibus, quæ non faciunt animas, non. n. simpliciter omnes vnitates, aut hæ, ex quibus aïa constat, ipsæ sunt animæ factiuæ, sed hæ mouentes solum. quæ nam igitur vnitatis ad vnitatem dria est? non hoc quidem potest intelligi nisi quãtum aliæ quidem ipsarum positionum habent, aliæ vero non. verum oẽs vnitates, ex quibus numerus est. i. aïa, positionem habent, in corpore enim sunt, quæ igitur ipsarũ differentia est? esse autem driam hac de causa oportebat, vt aliæ quidem moueant, aliæ vero moueantur, quod quidem fieri non potest. non contingit igitur q̃ numerus, aut vnitas anima sit. pulchre autem dixit pũcti vnici, nam si vnitas accepta positione punctus fit, & vnitates sunt ex quibus anima est in corpore, id sequitur q̃ erunt puncta, quia autem non simpliciter puncta dicebant, sed vnitates, & ipse hæc esse punctos ostendit, ideo puncta vnica merito dixit.

Siquidem igitur sunt diuersæ, quæ in corpore sunt unitates, uel puncta, in eodem erunt unitates, occupabit. n. locum puncti.

Adhuc contra Xenocratem sermo demonstrat, quod vnitates ex quibus aïa constat puncta sunt, q̃m punctus est vnitas sine positione, sed vnitates animæ positionem habent, nãque sunt in corpore, qua de causa puncta sunt: similiter puncta sunt vnitates positionem habentes, q̃ si puncta sunt vnitates, & vnitates puncta, in toto aũt corpore sunt puncta, virum vnitates quæ faciunt aïam, siue puncta cum punctis siue vnitatibus, quæ sunt in corpore, in quo est aïa, sunt eædem, an diuersæ? q̃ si aliæ sunt vnitates animæ ab vnitatibus corporis, q̃n anima ipsa fit in corpore, puncta aïæ cum punctis corporis cohærent: punctus autem puncto cohærens vnum punctum facit, nam si impartibile cum impartibili componatur, fit impartibile. q̃ si vnum aïæ punctum alij corporis puncto cohæret, & nihil magis ex ambobus fit, quid prohibet plures aïæ punctos eidem corporis puncto cohærere? nãque infinita impartibilia composita magnitudinem minimẽ faciunt, quare fieri id potest, vt oïa animę puncta vni corporis puncto cohęreant. quæcũque autem puncta cohærebunt, ea punctum vnum facient, quare in puncto suiipsius erit aïatum corpus, inquantum omnia animæ puncta cohæserunt, neque aliquod impossibile supposito ipsa habet. nam si numerus est aïa, q̃ idem est, ac si diceremus, punctorum distinctorum cumulus, accidit autem q̃ infinita puncta vni, & idem puncto cohæreant, vt centrum circuli, in quod linearum circũductarum termini conducuntur: contingens erit etiam q̃ oïa puncta ex quibus anima constat, vni puncto corporis cohęreãt, illud autem contingens est cuius, cum non sit necessariũ, sed positum, nihil euenit impossibile: at vero si numerus est anima quod est, ac si dicam, multitudo punctorum, continget, vtique quod oẽs puncti vni corporis puncto, actu quidã distincti cohæreant, hoc autem sequitur q̃ in puncto vno corpus animatum est, q̃ quidem fieri non potest. nãq; totum viuit, & aïatum est, non igitur est aïa numerus. hanc. n. suppositionem hoc absurdum secutum est, atque aliter id acciderit, q̃ aïa sit vnus punctus, licet etiam quispiam non hoc supposuerit, omnia animę puncta vni corporis puncto cohærere, sed vnum aïale punctum vni corporali puncto cohærere. at neque sic absurdum hic sermo effugiet, nam sic etiam necesse est non id ipsum totum corpus aïatum esse, sed in quibusdam in se punctis, omnino autem neq; ipsum esse aïatum corpus. omnino autem puncta, non corpus, quare aïales puncti sunt in corporis punctis. non autem corpus, & puncta, quæ sunt in eo, sunt idem. quemadmodum neq; est idem dicere terminum, & terminatum. nullum est igitur animatum corpus, q̃ si animæ puncta eadem sint cum punctis corporis, omne aũt corpus puncta habeat: id sequitur q̃ omne corpus aïatum sit, siquidem igitur vnitates quæ sunt in corpore diuersæ sunt & puncta, vnitates, & puncta de eodem dicit, videlicet de punctis corporis. dixit. n. q̃ puncta sunt vnitates habentes positionem, si igitur, inquit vnitates, siue puncta, quæ sunt in corpore, diuersæ sunt ab vnitatibus, siue punctis aïæ, locum puncti vnitas occupabit, vnitas videlicet aię locum puncti corporis occupabit. cõius autem locum puncti dixit, quia quod est indiuisibile, non est in loco, sed dixisse potest aïalis puncti locum, ipsum, q̃ est in corpore punctum.

Atqui quid prohibebit in eodem esse, si duo & infinita sint? quorum enim locus indiuisibilis est, & ipsa.

Habet suppositio q̃ consentaneum est nã si duo puncta conuenerunt ex necessitate, vnde puncta aïæ, quæ sunt in corpore, oïno cum punctis corporis cohæreant, quid prohibet, & plura, & oïa in idem cõuenisse? Quare vel in vno puncto corporis aïatum erit ipsum animal, vel oïa animæ puncta vni corporis puncto cohærebũt, vel in vnoquoq; eorum, quæ sunt in corpore punctorũ animal ipsum habebit aïam, vel etiam infinita erunt in corpore puncta, vel omnibus aïæ puncta cohærebunt, & sic in animali erunt infinitæ aię. erit autem sic & ipsum infinitum, vel oïbus, neq; erit totum idipsum animatum corpus, neque oïno (quemadmodum dictum est) animatum. nam quorum locus est indiuisibilis, & ipsa. q̃m dixit nihil prohibere in eodem puncto corporis infinita animæ puncta cohærere adeo, vt vnus punctus aïa fiat, hoc ipsum confirmare vult. Si n. innumerabilium punctorum locus aïæ punctus est, idem punctus corporis, hic autem ipse punctus indiuisibilis, infinita. s. puncta cohærentia cum vno corporis puncto erunt indiuisibilia. nam quemadmodum se locus habet, ita se habent ea, quę sunt in eo, quapropter vnus erit aïa punctus, & vno in puncto ipsum corpus animatum.

Quod si quæ sunt in corpore puncta sunt, ipse numerus animæ, uel si qui ex his, quæ sunt in corpore, punctis, numerus est anima, cur non omnia animam habent corpora? puncta enim in omnibus uidentur esse, & infinita.

Hæc est altera diuisionis pars. id enim diximus, q̃ vel eadem sunt animæ puncta cum punctis corporis, vel diuersa: cum igitur habueris ea esse diuersa, tunc quod reliquum est ante oculos ponitur. cum igitur dixerit q̃ puncta, quæ sunt in corpore ipse est numerus aïæ, in id quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

manifestius est sermonem repetit. non.n.puncta numerũ esse animæ dicebant, sed numerum eorum, quæ sunt in corpore, punctorum esse animam, si idem supponerent esse puncta animæ cum punctis corporis.

Adhuc autem quo possibile est separare animas, & absoluere à corporibus, siquidem non diuiduntur lineæ in puncta?

Xenocrates veluti is, qui esset Platonis discipulus, a corpore separabilem esse aiam dicebat, quo patet ipsum, nõ hunc numerum cognitum ipsam dixisse. quo.n.modo fieri potest numerum per se esse nisi per analogiam: ad id autem q apparet Aristo. occurrens ait. si anima separabilis est, & puncta a corpore separari non possunt: id sequitur q anima non est numerus. id enim sequeretur, si diceremus numerum, vt etiam puncta diceremus, numerus.n. sunt vnitates, quę positionem habentia puncta sunt. id autem fieri non potest, vt puncta, quæ sunt in corpore separentur, quia non in puncta lineæ diuiduntur, quemadmodum neque superficies in lineas, neque corpora in superficies, linea nãque lineæ pars est, punctus vero lineæ terminus est. quæ autem diuiduntur, in partes, non in terminus diuiduntur. non enim terminus ab eo cuius est terminus, separari potest.

Accidit autem, quemadmodum diximus, partim quidem hoc idem dicere his, qui corpus subtilium partium ipsam ponunt: partim uero ut Democritus moueri inquit ab anima. proprium hoc absurdum. si quidem enim est anima in omni sentiente, necessarium est in eodem duo esse corpora, si corpus aliquod anima sit. his uero, qui numerum dicunt, in uno puncto, multa puncta esse, uel omne corpus animam habere: nisi differens aliquis numerus aduenit, & alius quidam eorum, quæ sunt in corpore punctorum.

Hæc inquit absurda Xenocratis opinionem sequũtur partim quidem illorum opinionem, qui corpus aliquod subtilium partium esse aiam dicunt, partim vero Democriti opinionem absurdum sequitur. illi.n.animam exile quoddam corpus esse dicebant, vt oĩno posset per corpus procedere, & aiatum totum per totum faciens mouere. quare iuxta illos, si aia cum sit corpus, per totum procedit corpus, & aiatum totum per totum faciens mouet, duo corpora erunt in eodem, quod quidem absurdũ est. hoc igitur absurdum his etiam, qui illam numerum dicebant, accidebat. nam si aiæ vnitates aliæ essent cũ punctis corporis, hoc sequeretur, q oĩa animæ puncta cum vno corporis puncto cohærere possent. Sic igitur communicant aliter etiam sic vnitates ex quibus esse animam Xenocrates supponebat, aut corporeæ sunt, & numerabiles, aut non corporeæ, neq; numerabiles, sed impartibiles, & numerantes magis. omne.n.numerus corporeus, omnino numerabilis est: at numerans, incorporeus. simpliciter igitur, aut sunt vnitates aiæ corporeæ aut non, sed sunt impartibiles, q si corporeæ sint, id quidem sequitur, vt corpus per corpus procedat, & idẽ eueniat q his, qui corpus subtilium partium aiam esse dicunt. Quod si sint impartibiles, in eadem absurda, quæ Democriti opinio descendit, res ipsa deducetur, si quidem & ille cũ atomis corpus mouebat, non quod ad q̃titatem molem habeant vel simplr molem, sed quia numerus esset. Dictum est autem q non solum ex numeris atomis esse animam Democritus dicebat (sic.n quæcũq; contingebant atomi animam faciebant) verum cum mole sphæricæ figurata. non.n.fieri id potest vt sine mole figura sit, molis.n.terminus est figura. hæc igitur, si non eadem sint aiæ puncta, cum punctis corporis. Quod si sint eadem puncta aię cũ punctis corporis id sequitur vt omne corpus aiatum sit, magis autem consentaneum est, vt ipsi primum supponant, siquidem non omne aiatum dicebant. Sic igitur idẽ absurdum sequitur & eos. qui aiam subtilium partiũ corpus esse dicunt, & eos, qui numerũ eam esse volunt aliud etiam absurdum sequitur, q his, qui numerum eam esse dicunt, cum Democrito cõe est, in superioribus.n.demonstrauit nihil differre vtrum dicamus sphęrulas paruas mouentes simul trahere corpus, an numerum. neque.n quia sint hæ quidem magnitudines, illæ vero vnitates impartibiles, propterea motus ipsi fiebant, verum q̃titate ipsa. quare q absurdum alterum sequitur, id quoq; reliquum sequetur. multa aũt propria absurda sequebantur & opinionem Xenocratis, & Democriti, igitur quæ erant alterius alterum sequebantur, quæ autem sint ea in superioribus dictum est. Accidit aũt quemadmodum diximus partim quidem hoc idem dicere, hoc idem non ad opinionem, sed ad absurdum, q sequitur referens protulit. non.n.de aia eadem dicebant, verũtamen in eadem absurda deueniebant. partim vero, vt Democritus moueri inquit ab aia, proprium hoc absurdum, q aiam moueri Democritus dicebat, hoc cum Xenocrate cõicabat, vterque enim ipsorum dicebat, Alter quidem motas vnitates mouere aiam, alter vero atomos. hoc igitur communicantes cõe hoc absurdum sequens habebunt, q absurdum est, q̃tum ad opinionem dicentium aiam exile corpus quoddam esse Xenocratis, & Democriti proprium est. in hoc igitur communicabant, differebant aũt q alter quidem numeros dicebat, alter vero corpora atomos, siquidem.n.est anima in omni sentientium corpore, necessarium est in eodem duo esse corpora, si corpus aliquod anima sit. per hæc Xenocratis, & eorum qui subtilium partium corpus esse dicebant, cõionem demonstrat. nam eorum inquit, qui corpus exile dicunt, hoc est consequẽs, q corpus per corpus procedit, si quidem oporteat aiam per totum corpus procedere, quo totum sit aiatum corpus, totumq; moueatur. q si quispiam dicat aiam posse existentem in vacuis corporis, ipsum mouere, veluti ea, quæ sunt in vasculis, maxime si non quidem erit in corpore. illi.n.adiacebit, non in toto erit. quo igitur totum animatum erit? præterea si extrinsecus adiacens non ipsum animatum facit, neque intus id faciet.

Contingitq; ipsum corpus moueri animal ab numero, quemadmodum quoque Democritum diximus ipsum mouere. quid.n. refert sphæras dicere paruas, an unitates magnas? uel omnino unitates agitatas, utroque enim modo necesse est mouere ipsum animal, quia mouentur ipsæ.

Xenocratis, & Democriti per hæc opinionem comparat. eadem inquit absurda his quoq; contingent. vtique enim moueri corpus dicebant, q atomi, vel vnitates mouerentur, quæ aũt hos absurda sequuntur, ea non induxit, vt qui nunc eadem dixerit. videlicet q vel ab seipsis mouentur, vel ab aliis. quæ igitur differentia est vnitatis vel ad seipsum, vel ad aliam? vnitates.n.potentia, & atomi Democriti sunt, quia non quatenus erant cõtinuq; mouebantur, sed inquantum diuisa q̃titas, vt numerus. volens autem has opiniones inuicem contingere, sphæras quidem paruas, vnitates autem magnas appellauit. nam si de sphæris continuum tolles, puncta vel vnitates de magnitudine abstractæ erunt, etsi puncta vel vnitates magnitudinem assumerent, eæ erunt, quales quoque Democriti sphæræ erant, videlicet vnitates magnæ, vel omnino vnitates. Quoniam cum vellet ostendere nihil ad mouendum conferri, neque atomis magnitudinem, neque vnitatibus impartibile, paruas dixit atomos, & vnitates magnas, vt ostenderet hoc nihil interesse, ideo subintulit, vel omnino vnitates.

His quidem qui coniunxerunt in idem motum atque numerum, hæcq; accidunt, & multa alia huiusce modi.

Dictorum conclusio hęc est, demonstratur enim q nõ dicta solum absurda, verum etiam alia multa eos consequuntur. quæ nam autem sint, infert.

Non.n.solum definitionem animæ impossibile est talem esse, sed etiam accidens. id autem patet, si quis conetur ex hac ratione affectus, & operationes animæ assignare, ueluti considerationes, sensus, uoluptates, mœstitias, & quæcunque alia sunt ciusmodi. quemadmodum enim diximus prius neque uaticinari ex ipsis facile est.

Cum probauerit id esse impossibile quod animę sub-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſtantiæ ſit diffinitio ab Xenocrate data ratio, ꝙ.ſ.anima ſit ſeipſum mouens numerus: deinceps oſtendit, ꝙ neq; eorum quicquam, quæ animam ſequũtur, & ipſi adſunt affectus, & operationes, ſeipſum mouens numerus eſſe poteſt. affectus nãque animæ ſunt conſiderationes, triſtitiæ, voluptates, timores, & talia. quid igitur ſeipſum mouens numerus dici poteſt? nec quidem quiſpiam, niſi ve riſimili vtatur ratione, vaticinabitur qũo numerus motus cogitatio erit, aut qũo ſenſus, aut qũo triſtitia, & in reliquis ſimiliter: alio etiam modo, ſi numerus ſeipſum mouens eſt anima, quia differentes animæ partes, vel potentiæ ſunt, eundem numerum non eſſe aĩæ potentiam neceſſe eſt. Qualis igitur numerus erit rationalis aĩæ pars? atque huius differentes potentiæ? qualis cogitatiua? qualis opinatiua? & circa eam partem, quę ratione caret, qualis erit numerus imaginatiua, vel ſenſitiua, vel aliorum quodpiam, ꝙ vere quidem facile fingi non põt? & hæc quidem ad ea, quæ dicta ſunt abſurda Xenocratis opinionem ſequentur.

Tribus autem modis traditis, per quos definiunt animam, alij quidem maxime motiuum enuntiauerunt, quia moueat ſeipſam alij: uero corpus, ſubtiliſſimarum partium, aut maxime incorporeum aliorum. Hæc autem quas dubitationes q̃, & contrarietates habent, pene percurrimus. reſtat ut conſideremus quomodo dicatur, ex elementis ipſam eſſe. dicunt.n.ut ſentiat quid ſit eorum, quæ ſunt, & unumquodq; cognoſcat: ſed neceſſario accidunt multa, & impoſſibilia huic rationi.

Quæ dicta ſunt, ea concludit, vt quod reliquum eſt, id apponat. dixit.n ꝙ ex his, qui de anima dixerunt, alij quidem in motiuum eius reſpexerunt: alij vero in cogniciuum: alij autem in id, ꝙ ſubtilium partium corpus dicebant, aut incorporeum. poſtquam igitur eos, qui in motiuum eius, aut in incorporeum reſpexerunt, confutauit, nunc in reliquum deſcendit. ipſe.n. quoque vult illam mouere, & ſic qui reſpexerunt in hoc, eos admittit, quemadmodum etiam eos, qui in cognitiuũ, & in incorporeum mentem habuerunt. quæritur autem, de his quidem qđ quia moueretur, ſic mouere dicebant, de illis vero, quia imaginati incorporeum rationem non apprehenderunt, ſed ſubtilium partium corpus ipſam eſſe dicebant, hæc autem quas dubitationes, & contrarietates habent, pene percurrimus. id enim eos, qui maxime motiuum, & eos qui ſubtiliſſimarum partium corpus eam eſſe dicebant, ſequebatur, & quod per corpus, corpus procederet, & qđ ab anima ſi moueretur corpus, vt ab argento viuo lignea Venus. ſic autem id ſequebatur, ꝙ iterum in mortua corpora ingrediens, ea mouere poſſet, & quod ipſa anima non eſſet animali cauſa ſtationis. Rationes autem, quæ dictæ ſunt ad id, quod ſeſe moueat, manifeſtæ ſunt. id igitur reſtat, vt qui in eius cognitiuum reſpexerunt, illi reprobentur, qui ex elementis entium illam conſtare dicebant, quo ſimile ſimili cognoſceret, q̃ ſententiam multa impoſſibilia ſequi dicit.

Ponunt.n. cognoſcere ſimili ſimile, ueluti ſi animam res ipſas ponant. non ſunt autem ſola hæc, multa autem, & alia, magis autem fortaſſe infinita numero, quæ ex his ſunt. ex quibus igitur eſt unumquodq; horum, ſit cognoſcere animam, atque ſentire, ſed ipſum totum quomodo cognoſcet, aut ſentiet? ut quid Deus, uel homo, uel caro, uel hos, & ſimiliter quodcunq; aliud ex compoſitis? non.n. quomodocunq; ſeſe habentia elementa horum unũquodq; eſt, ſed ratione quadam, & compoſitione, quemadmodum dicit etiam Empedocles os ipſum.

Qm̃ cognitiuam ſpeciem animam ipſam habentem potentiam dicunt, & ſimili ſimile cognoſci: ideo fere dicunt omnia, quæcunque ſunt, aĩam eſſe: ſed vt abſurdum ſugientes hoc ipſum, ex elementis eorũ, quæ ſunt ipſam faciunt, at hanc ipſam ſnĩam impoſſibilia multa ſequũtur, nam ſi ſimile cognoſcit ſimili, ea etiam cognoſcit, ex quibus ipſa componitur, dico autem elementa, & exñtium principia: at in his, quæ ſunt principia, & elementa, ſola non ſunt, verum multa, & infinita numero præter principia, & ex ipſis compoſita, ſunt, quæ quidem & inuicẽ, & ab principiis differunt. qũo igitur hæc ipſa cognoſcet? ex quibus igitur ſunt hæc, ipſa cognoſcet, videlicet elemẽta, ſed non ipſa, quæ ſunt ex elementis: cum quali enim compoſitione vnumquodq; horum compoſitum eſt, ſi eius compoſitionis non ſit particeps anima, nequaquam cognoſcet, ſi quidem ſimile ſimili ipſum cognoſcit: quod autem vniuſcuiuſq; ratio compoſitionis propria eſt, hoc ipſum fidem faciens in mediũ ponit, & Empedoclis hoc authoritatem declarantem affert. Quare ſi ea aĩam ipſam cognoſcere oporteat, id etiam opus eſt, vt ipſarum compoſitionum rationes habeat, quibus quidem ſi caruerit, non ipſa cognoſcere poterit. quãobrem in Timæo Platoni non ſatis fuit ex elementis aĩam facere, ſed eius etiam compoſitionem per numeros harmonicos facit. Quod ſi elementa, ex quibus res in anima ſunt, & rationes compoſitorum, per quos componitur, neceſſe rurſus eſt oẽs res eſſe animam, nam ſi elementa hominis in anima ſunt & horum compoſitionis rationes, id ſequitur, quod homo anima ſit, & ſimiliꝛ in ſaxo, & in reliquis, nihil.n. vnũ quodque rerum aliud eſt, niſi cum quadam compoſitione elementa. nam ſi rationes compoſitionis elementorũ, vt forte ſequi altera, vel alia quæcunque ſit, per ſe ortæ eſſent, vtique credulitatem figmentum haberet, ꝙ habẽs elementa anima, habens autem rerum quoque rationes, cognoſcit hoc modo ea, quæ compoſita ſunt, ſed qm̃ rationes compoſitionum ſunt in elementis compoſitis, omnino neceſſe eſt vt is, qui in aĩa eſſe elementa dicat, eſſe aũt & rerum compoſitionis rationes nihil aliud dicat, niſi ꝙ ipſę res in aĩa ſunt, vt equus, & ſaxum, & reliqua, hoc autem dicere non oportet quia abſurdum eſt. infinitæ aũt, inquit, ſunt res, non naturæ, ſed nobis vel ſi non eſt hoc ideo ſunt infinitæ, quia ſemper infinitæ fiunt.

Terra autem concinna cauis in pectoris Aegles,
Et fluxus binas cepit de partibus octo.
Bisq; duas ignis, ſunt oſſa hinc candida facta.

Nihil igitur utile eſt eſſe elementa in anima, niſi & rationes inſint, & compoſitio: cognoſcet enim unumquoque ſimile ipſum, os autem, aut hominem nequaquam, niſi hæc ipſa inerũt. hoc autem ꝙ impoſſibile ſit, non oportet dicere. Quis.n. dubitauerit an ſit in anima lapis, uel homo? ſimiliter autem & bonũ, & non bonum? eodem quoque modo in aliis.

Qm̃ de carnibus his meminit ad faciendam fidem qđ ſecundum quandam compoſitionis rationem res ipſi faciebant, ſi quid illis inferat verbis conſecuturi ſumus, de ipſis pauca quędam dicere opus eſt. in oſſium gñationem partes octo ſumit Empedocles, quarum quidẽ quatuor ignis, duæ autem terræ, aeris vero, atque aquæ duę vna, .ſ. aeris, & vna aquæ ſunt. ita autem ſi octo dicamus, illud ſcire debemus, ꝙ in exiſtẽtium gñationem numeros harmonicos Pythagorici ſumebant, in oſſium igitur generationem ſumit octo, quia octo primus cubus eſt, terræ aũt figuram cubicam tribuunt, non quia terræ figura ſit cubica, ſed propter eius immobilitatem. ꝙ igitur oſſa terrena ſunt, ideo in eorum gñationem cubum merito aſſumpſit ex harmonicis autem numeris cubus componitur, habet.n latera duodecim, octo angulos, ſuperficies ſex. ſi ergo duodecim conferantur ad octo, rationem ſequialteram habent, ſi vero ad ſex, duplam, ſed octo ad ſex habet rationem ſequitertiam. rationes autem harmonicas faciunt hi numeri, ratio.n. dupla eam, q̃ diapaſon dicunt, harmoniam facit. vocatur autem diapaſon, ꝙ ex ſeſquialtera, & ſeſquitertia ratione componitur, nam quando chordæ ſic ſe habent, vt prima ad ſecundã ſeſquialteram rationem teneat, ſecunda vero ad tertiam ſeſquitertiam, tunc ad tertiam prima duplam rationem tenebit, quemadmodum duodecim ſe habet ad ſex. diapaſon igitur vocatur, vt ea, quæ omnes harmonicas rationes habet, quæ autem eſt in ſeſquitertia ratione harmonia, ea diateſſaron vocatur, duæ enim ponantur. latera igitur in ſubiecto corpo ſunt ab A vſque ad M, anguli vero ab N vſq; ad V.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ꝙ autem pertinet ad ſuperficies, id eſſe. 6. manifeſtum eſt, cum.n.tres dimenſiones ſint, vnaquæq; duos terminos habet, ꝙ autem octo ſit cubus, id patet. cubus eſt enim q̃ tres dimenſiones habet æquales longitudinem, latitudinem, & profunditatem, ſic autem mẽſuratur, accipiamus vnum dimenſionis latus, & id in ſe multiplicemus, vt ſi latus vnumquodq; habeat trium vlnarum, vnum in ſe multiplicemus dicẽtes ter tria nouem, deinde rurſus in id, ꝙ factum eſt, latus multiplicantes ter nouem viginti ſeptem ſolidarum vlnarum cubum eſſe dicimus. ſic igitur & in numero, quando.n.tres numeri æquales in ſe multiplicati fuerint, q̃ fit ex illis cubus eſt, vt bis duo quatuor, & bis quatuor, octo. Quamobrem definiunt ipſum dicẽtes cubum eſſe numerum æqualem æqualiter æqualem. rurſus etiam qui tetragonum numerum fecerit, ſi in tetragonum multiplicamus fuerit, is cubum facit, omnis aũt numerus in ſe multiplicatus tetragonum facit, bis duo, quatuor, & bis quatuor octo (Terra aũt concinna) concinnam dixit, vt quæ cubita eſt, nãque ex harmonicis numeris cubus conſtat (in cauis pectoris) pro in cauis latis, nam pectora aliis partibus ipſius aĩalis latiora ſunt. quemadmodum autem Vulcanum poeta fingit in fornacibus æs, atque aurum, & reliqua fundentem, ſic & ipſe Empedocles fornaces cauas terræ ſupponit. (Aegles, & fluxus binas cepit de partibus octo,) dicit autem duas aeris, & aquæ partes terræ iniectas eſſe, per fluxum autem, ꝙ nomen a fluo deriuatur aquæ, & aeris liquidum ſignãt, per illud autem, ꝙ ait ægles, tranſparens ipſum notat, Aegle enim ſplendorem ſignãt, biſq; duas, inquit ignis, reliquæ igitur duæ terræ erunt, quot aeris, & aquæ, partes terræ iniectæ, ſic diuiſim accepit, & in cauis commiſcit, ſed quia oſſa arida, atque alba ſunt, iõ terræ, atq; ignis plus accipit, duas quidem terræ partes, ignis vero quatuor, ignæ nãque ſubſtantiæ albũ tribuunt, vtriuſque aũt liquidarum ſubſtantiarum, ſ. aeris, atque aquæ ἀνὰ partem vnã item aliter, ſi opus erat, vt numerus octo in numeros harmonicos diuideretur, non id poterat fieri vt in alios, quam in quos diuiſus eſt, diuideretur, eum enim in quatuor diuidi oportebat, vt vnicuique elementorum quædam pars tribueretur, inæqualia autem non oportebat ob dictam rationem, relinquebatur igitur vt vel in duas ternitates, & duas vnitates, vel vt ipſe partitus eſt, diuideretur, verum rationem harmonicam duæ ternitates inuicem non hñt, quemadmodum neque duæ vnitates, ſibi ſane plures habitus harmonici ſunt, etenim ad vnitatem quaternitas, & duitas ad vnitates harmonicam rationem ſeruat.

Præterea autem cum multipliciter dicatur id, quod eſt, ſignificat enim hoc quidem quid, illud uero q̃tum, uel quale, uel aliqd aliud ex diuiſis prædicamentis, utrum ex omnibus erit anima, an non? at non uidentur communia omnium eſſe elementa, non igitur quæcũq; ſunt ex ſubſtantiis, ex hiſce ſolis? quomodo ergo cognoſcit aliorum unumquodque? an dicent uniuſcuiuſque generis eſſe elementa, & principia propria, ex quibus anima conſtet? erit igitur & quantitas, & qualitas, & ſubſtantia, ſed impoßibile eſt ex quantitatis elementis ſubſtantiam eſſe, & non quantitatem, dicentibus, quidem quod ex omnibus, hæcq;, & huiuſcemodi alia accidunt.

Si ſimili ſimile cognoſcit, neceſſe eſt ipſam ex elemẽtis eorum, quæ ſunt, eſſe, qm̃ inquit multa ſunt entia, diuiduntur autem in decem prædicamenta, cognoſcit autem omnia, quæcunque ſunt, anima. vel neceſſe eſt decem prædicamentorum cõia quædam eſſe principia, & elemẽta, ex quibus anima exiſtens, quæcunque ſunt, oĩa cognoſcet, vel cum principia cõia non ſint, ſed vniuſcuiuſq; prædicamenti propria principia veluti ſubſtantiæ, materia, & forma, quantitatis autem ſiue continua quantitas, & diſcreta, ſiue punctus, & vnitas, punctus.n. continuæ q̃titatis principium eſt, diſcretæ vero vnitas, & ſimili mõ cum ſint aliorum vniuſcuiuſq; principia quædam. Prædicamentorum autem nunc principia dico, quæ elementaria, et ſimul conſtituta ſunt, quemadmodum quoq; lapis fortaſſe principium, & ſuba eſt, quatuorq; etiam ſunt elementa, aut igitur ex omnibus prædicamentorum principiis erit, aut ex his. quæ ſubſtantiæ ſunt. ꝙ ſi de ſubſtantiæ principiis erit anima, qũo aut quantitatem, aut qualitatem aut alia prædicamenta cognoſcet? ꝙ ſi ex principiis q̃titatis erit, aut ex aliquo alio præter ſubam, quomodo ex principiis q̃titatis ſubſtantia fit? nam ſi anima ſubſtantia eſt, & econuerſo. qũo reliqua prædicamenta cognoſcet? ꝙ ſi ex oĩbus prædicamentorum principiis, ipſa quidem, & ſuba, & quantitas, & qualitas, & vnumquodque ex aliis prædicamentis erit, ſed hoc nequaquã fieri poteſt, quia q̃titatis elementa quãtitatem faciunt, & qualitatis qualitatem, & in reliquis ſimili modo, ſed impoſſibile eſt vt aĩa, cum ſit ſubſtantia, q̃titatem, aut qualitatem faciat. Qd' ſi quiſpiam dicat aliud quidẽ eius eſſe ſubſtantiam, aliud vero q̃titatem, aliud autẽ qualitatem, & aliud vnumquodq; aliorum, is mihi dicat qũo ex his vna erit aĩa: ex his enim nullum compoſitum fit vnum, præterea autem ſi eiuſdem generis erit aĩa ipſa ſibi, qualem animæ particulam, aut potentiam quali prędicamento reponemus fingere impoſsibile eſt. id igitur relinquit vt cõia decem prędicamentorum elementa eſſe dicamus, de quibus fieri non poteſt vt ſit anima, nullum nãque eſt decem prædicamentorum cõe genus, ſed ipſa ſunt inter ſe diuiſa, neque cõi vlli generi coniuncta, de ipſis nãque ens æquiuoce prædicatur. ꝙ ſi quiſpiam dicat eſſe & quantitatem quandam, & qualitatem cum ſubſtantia coniunctam adeo, vt poſsit exiſtens ſubſtantia accipi, & quantitatis, & qualitatis, nãque ignis vt corpus exiſtens habet conſubſtantialem, ſibiq; formam facientem trinam dimẽſionem. vt ignis autem calidam, atq; aridam qualitatem tenet. ad hoc igitur dicamus quod. etſi hoc eſſet, vellemus id ſcire, qũo quæ ſub reliquis prędicamentis continentur res ipſa cognoſcet? deinde etſi quędam quantitas, & qualitas eſt quandam ſubſtantiam informans, attamen hoc vt accidens quãtum, & quale ꝙ accedit, & recedit ab eo, niſi ex principiis quantitatis, & qualitatis extiterit nequaquam cognoſcet. Dicentibus autem, inquit, ex principiis eorum, quæ ſunt, eſſe animam, hæc accidunt abſurda. præterea etiam ex dictorum ſimilitudine multa alia, quæ eos conſequuntur, inueniri poſſunt.

Abſurdum autem eſt dicere quidem impatibile eſſe ſimile ab ſimili, ſimile autem ſentire ſimile, & cognoſcere ſimili ſimile, ſentire autem pati quoddam, & moueri ponunt atq; ſimiliter intelligereq;, & cognoſcere.

Illi inquit ponunt ſimile non pati ab ſimili, ꝙ & verũ eſt. non.n. ꝙ aridum eſt ab ſimiliter arido patietur, neque humidum ab ſimiliter humido, necq; ex aliis aliquid. nam ſi lucerna ab lampade magna extincta patitur, non vt ſimile, ſed vt diſsimile patitur, velut a fortiori imbecillior. ꝙ ſi ab ſimili ſimile non patitur, qũo rurſus inquiunt qd' ab ſimili ſimile cognoſcitur? nam cognoſcens faciente cognito patitur, & ſenſibile facit in ſenſorium diſgregans ipſum, vel congregans, vel ſimplr mouens, & cognoſcẽs a cognobili mouetur, vt illis etiam vr̃, nam ſentire aĩam, ipſi moueri dicunt, quamobrem ſi ab ſimili ſimile, non patitur, facit autem, & patitur cognitũq;, & cognoſcens, id ſequitur ꝙ ab ſimili ſimile non cognoſcitur. ipſe etiam in libro de gñatione & corruptione ait, quodcũq; a quocunque non pati, neque enim penitus diſsimile facere ad diſsimile, neque omnino idem eſſe, ſed oportere agens, atque patiens partim quidem ſimile eſſe, partim vero diſsimile, potentia quidem ſimile, actu vero diſsimile. facit enim in frigidum calidum, cum quidem potentia ſit calidum, actu vero frigidum. quãuis autem valde calidum in mediocriter calidum faciat, non tamen vt calidum facit, ſed vt frigidum, ꝙ enim minus eſt calidum, frigidi particeps eſt. igitur ex his inducit eos ſibiipſis contraria dicere, qui ſimili ſimile cognoſcere animam dicunt, quicq; ſimile ab ſimili impatibile eſſe volunt.

Multas autem dubitationes, & difficultates cum habeat dicere, quemadmodum Empedocles, q̃ corporeis elementis una-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quæque cognoſcuntur, & aduerſum ſimile, teſtatur nunc dictũ: quæcunque enim inſunt in animalium corporibus ſimpliciter terræ, ut oſſa, nerui, pili, nihil ſentire uidentur, quare neque ſimilia, quãquam oportebat.

Hoc dicere ꝙ ab ſimili ſimile cognoſcitur, vt ait Empedocles, terra etenim terrã vidimus: & ſi hoc alius quiſpiam dicit, multas quidem dubitationes, & abſurditates habere iam probatum eſt, maxime aũt confutabitur ab eo, ꝙ nunc eſt dicendum, nunc. n. dictum dicit, pro dicendum eſt. id enim ſignãt hæc coniunctio, cauſalis. n. quæ ſubinducitur ſic, quæcũque. n. ſunt, & reliqua. nam ſi propter hoc terra etenim terram vidimus, quia ab ſimili ſimile cognoſcitur, oportebat vt quæ terræ magis eſſent propinqua, ea magis terram cognoſcerent, at contrariũ nunc eſt, nam quæ ſunt in nobis magis terræ participantia. ſ. pili, & oſſa, & vngues, cum ſenſu penitus careant, nullo mõ (vt patet) ſimilia ſentiunt, atqui, ſi ab ſimili ſimile cognoſcitur, oportebat vt ea ſentirent, & magis ipſam terrã cognoſcerent, non eſt igitur ille ſermo verus. ꝙ ſi quis nũc, & iam dictum interpretetur, ad id, ꝙ continuate dictum eſt, accipi poteſt. hoc. n. ꝙ ab ſimili ſimile pati non poſsit, atque ſentire eſſe, vt etiam ipſis vr, pati aliquid, & moueri, maxime arguit eum ſermonem, quo ſimile ab ſimili cognoſci dicitur. Verum (quemadmodum dixi) quia infert enim coniunctionem, magis eum hoc nunc dictum, ad ea, quæ inducuntur, dicere putemus.

Præterea autem unicuiq; principiorum ignorantia magis, quam intellecto aderit, cognoſcet. n. unum unumquodq;, multa autem ignorabit, omnia nãque alia.

Nam ſiquidem terra terram vidimus, vndaq; vndas, id ſequitur ꝙ vnumquodq; principiorum ſi cognouerit vnum, plura ignorabit: quare ignorantiæ magis cũ cognitionis elementa cauſa erunt, hoc aũt argumentum nõ in abſurdum, ſermonem ferre videtur, ſed illud dicere ſolum ꝙ hanc opinionem ſequitur. Quid. n. eſt ab hoc abſurdum, ſi vnumquodque vnum cognouerit, at ignorabit alia? etenim ſi tangibile tactus cognoſcit, at viſibileq; & audibile, & odorabile, & guſtabile ignorabit, & alĩ ſenſus eodem modo. ſed abſurdum, ꝙ eſt in concordia, demonſtrare magis hoc argumentum videtur, de qua cõcordia, quæ ſequuntur inducit, & ideo in elementis aliorum preſumptum eſt, vt quod in concordia conſequens eſſet, illud induceret.

Accidit autem Empedocli etiam imprudentiſſimum eſſe Deũ, ſolus enim elementorum unum non cognoſcet, ipſam contentionem: mortalia uero omnia eam cognoſcunt, ex omnibus enim eſt unumquodque.

Hoc etiam inquit abſurdum Empedoclis opinionem ſequitur, ꝙ illi Deus omnibus concretis mortalibus imprudentior erit. cum nãque omnia ex quatuor elementis compoſita ſint, atque etiam ex concordia, & diſcordia, cũq; ea de cauſa cognoſcant omnia, ꝙ omnium principia habeant, Sphærus, quem Deum vocat Empedocles, diſcordiæ minime particeps ipſam diſcordiam non cognoſcit, ſic nãque illi ex concordiæ continentia cõtingit, mortalia vero cum ſint ex oĩbus elementis, omnia cognoſcãt, ea de cauſa ait: Terra etenim terram vidimus, & amore amorem, & diſcordia diſcordiam duram. quidam vero in concordia Deum interpretati ſunt, quia Deus quem dicit (is autem illi concordia eſt) diſcordiam, veluti quæ cõtraria eſt, haud cognoſcit. vnde illorum compoſitorum, quæ hanc ipſam diſcordiam cognoſcunt imprudentiſſimus erit. Qd' ſi quiſpiam dicat, ꝙ neque reliqua elementa ipſam cognoſcent, is etiam ſermo abſurdior eſt, at concedamus alia elementa cognoſcere concordiam, quę in ſe horum vnumquodq; habeat, vt & ipſa cognoſcat. & ſi quis hoc concederet, elementa eſſe inter ſeſe, diſcordiam ſane in ſe non continebunt. ſic. n. ſimul contraria erunt, ꝙ quidem fieri non poteſt. ꝙ autem in Sphæro interpretantur, id accommodatius uidetur: bene etiam Alexander notauit id eſſe argumentum probabile, non. n. Deus imprudentior eſt, cum peiorum comprehenſionem non habeat, nãque melius eſt ipſa meliora ſola comprehendere, quæ autem peiora ſunt ignorare.

Omnino autem qua de cauſa quæ ſunt omnia animam non habent? quoniam omne aut eſt elementũ, aut ex elemento uno, aut ex pluribus, aut omnibus. neceſſarium enim eſt unum quid cognoſcere, uel quædam, uel omnia.

Id ſane, nam ſi elemẽta ſunt anima, omnia autem, quæ ſane, ex elementis ſunt, at omnibus, aut quibuſdam, aut vno, veluti glacies ex vna aqua: oportebat oĩa animata eſſe, & ſenſitiua, & vnumquodq; compoſitorum corporum vel oĩa cognoſcere, quæ ſunt, ſi ex omnibus eſſet, elementis: vel quædam, ſi ex quibuſdã: vel vnum, ſi non eſſet compoſitum, ſed ex vno elemento veluti glacies.

Dubitauerit aũt quiſpiam quid nam ſit uniens ipſa, materia enim uidentur elementa eſſe, maxime. n. præcipuum illud eſt, ꝙ continet, quicquid nam ſit, animam autem eſſe quid melius, & dominans impoßibile eſt, at etiam intellectu magis impoßibile.

Qm̃ animam ex elementis conſtare dicebant, ea autem diſcreta ſunt, & materiei rationem retinent, ſiquidem non ſimpliciter elementa aĩam dicebant, ſed ex elementis qd vniens: inquit hæc elementa, quæ in animæ gñationem conueniunt. ꝙ ſi vna cum ſit anima ex pluribus ex elementis, ꝙ igitur eius vnionis cauſa erit, id quidem erit anima. in quibus vero aliud quidem continens eſt, aliud vero contentum, in iis, ꝙ cõtinet, id primum natura eſt, & pulchrius eo, ꝙ continetur. quare ſi in compoſito aĩa eſt continens, & præcipuum, quando. n. illa abiuerit qd' compoſitum eſt, illud intercidit, ꝙ autem continet, illud idem imperat natura, anima igitur ipſa dominatur, elementa autem quæ ex aĩa vnionem, & continuitatem habent, ea ſm tenent ordinem: quare anima magis, cũ elementa, primigenia eſt, etenim in iis, quæ ſunt ex materia, & forma, ꝙ primigenium magis eſt, & natura primum, illud eſt forma. nãque propter formam materia eſt, ſiquidem forma eſt, cuius gratia eſt materia, & materia, quæ fit cauſa ipſius formæ, quę vt ſuſcipiatur, ipſius aptitudo materię paratur, in animatis autem anima ipſa forma eſt, anima igitur natura primum eſt. At illi elementa oĩum eſſe principia dicunt, & eius, ꝙ animam continet elemẽta contenta dicunt eſſe cauſam, atque principia. ſic aũt fuerit argumentum. ꝙ maxime præcipuum eſt, illud continet, anima autem maxime præcipua eſt, anima igitur continet: ꝙ autem continet, illud eſt magis primigenium, magis igitur eſt aĩa primigenia, non igitur omnium, quæcũque ſunt, elementa principia ſunt. ꝙ autem ſit anima aliquid melius, atque imperans, fieri non poteſt, nãque anima hoc quidem corpore, atque etiam ſpiritu precioſior eſt, at intellectu ſolum non eſt antiquior, ſed intellectus anima precioſius, & antiquius eſt, vt qui ſubſtantiam ſeparabilem tenet, vnde maxime omnium ſm naturam intellectus principale eſt. quomodo igitur illi elementa dicunt? illud enim dicere conſentaneum eſt, qd' id precioſius eſt, quod & natura antiquius eſt.

Maxime enim conſentaneum eſt hoc eſſe antiquiſſimum, & dominum ſecundum naturam, elementa autem dicunt prima eorum, quæ ſunt, eſſe.

Manifeſte igitur etiam per hæc eſſe intellectum ſeparabilem Ariſt. vult, ſiquidem eum eſſe anima antiquiorem dicit, intellectum aũt animam rationis participem vocat, at animam reliquam noĩat. Hinc autem habes eorum ſolutionem, de quibus cum dubitauiſſet ſuperius, dubitationem non ſoluit, cum. ſ. dixiſſet animæ motus corporis tẽperamenta ſequi, hoc. n. tunc euenit, cum prẽter naturam ſe habet homo: quãdo enim non dominatur intellectus, cuius quidem ſm naturam eſt id, ꝙ eſt principale, conuerſo ordine potentiæ ipſius animæ corporis temperamenta ſequuntur. ſed quando intellectus dominatur, tũc, quia ſm naturam ſe habet homo: non amplius animæ potentiæ temperamenta corporis cõſequuntur, at ipſum corpus animam ſequitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Omnes autem qui, quia cognoscat, & sentiat anima ea, quæ sunt, ex elementis esse dicunt ipsam, & maxime motiuum, non ij de omni dñt anima, neq; enim quæ sentiunt omnia motiua, uidentur enim esse quædam stabilia animalium in loco.

Qm̃ qui de anima dicunt, eos in tres partes diuisit, nãque & eos, qui motiuum, & qui sensitiuum, quicq; respiciunt incorporeum, proposuit: quia etiam vnamquãque harum opinionum priuatim redarguit: nam quemadmodum a me iam dictum est, vniuscuiusque aliud quidem admittit: aliud aũt vituperat. q̃p. n. mouens animam & sensitiuum dixerunt, quodq; eam q̃ maxime incorporeum esse oportere putauerunt, id admittit. vituperat aũt, alios quidem, q̃p oportere putauerint eam mouere, quia moueretur. alios aũt q̃p eam ex principiis esse dixerint, quia simili simile cognosceret: alios vero, q̃p cum mente bene eam esse incorporeum concepissent, hac cogitatione minime contenti & delati sunt, vt eam corpus subtiliũ partium esse dicerent. Quia igitur vnamquãq; harum opinionum priuatim redarguit, ostenditq; illud absurdum, q̃p vnamquãque sequitur, nunc ad omnes argumentum quoddam cõe intendit. accidit. n. inquit hisce omnibus, vt non de omni anima differant, & quidem qui eã maxime motiuum, aut subtilissimarũ partium corpus esse dicunt, vtriq;, q̃p moueat, animam designantes. nihil quidem neque de anima plantali, neque de plantanimalibus dicent, non. n. horum anima, quia moueat. designatur, nullum nãque horum ſm locum mouetur. & quidem de plantis id patet. at fortasse plantanimalia moueri videbuntur, ve luti spongiæ, sed motus ille localis non est. haud enim locum mutat, sed veluti contractio quædam est. at illi eum motum accipiebant. qui in omnibus rebus de loco in locum mutare facit. at integritates horum sunt immobiles. qui vero in cognitiuum & sensitiuum respexerunt, illi quoque de plantali nihil quicquam dixerunt, nam plantæ animatæ quidem sunt, verum neque sentiunt, neque cognitionis participes factæ sunt.

At quidem uidetur hoc solo motu mouere anima animal ipsum:

Cum dixerit eos, qui in motiuum respexerunt, omni de anima non differre, neque. n. de plantarum, neque de plantanimalium anima dixerunt, quæ quidem plantanimalia sensum participant, motum vero localem nequaq̃, ne quispiam dicat moueri etiam talia, nãque & plantæ, & plantanimalia alterantur, atque augentur, hac de causa adiecit, hoc solo motu, videlicet motu locali anima mouet animal ipsum. quare si hoc solo motu mouet anima, illi, qui a motiuo eam diffiniunt, id quidem de omni aĩa non dixerint, neque enim alteratio, neque augmentum motus animæ sunt, id autẽ ex eo patet, q̃p inanimata quo que augentur, vt lapides, & mutãtur vt omnia, quę sunt in generatione, motu autem locali, qui fit ex se, & secundum appetitionem sola animalia mouentur. Quod si etiã illorum motuum vnoquoque, quatenus animal est aliquando moueatur, non tamen illud ex anima, sed ex quibus fit extrinsecus, vel enim ab sensibilibus, vel ex intelligibilibus, vel ex aggregatoq; & crescente, secũdum animam quidem quatenus animal est, secundum vero appetitionem, non modo quatenus est animatum, verum ab anima etiam moueri videtur.

Similr etiam quicunq; intellectum, & sensitiuum ex elementis faciunt, apparent. n. plantæ uiuere non particeps lationis, neque sensus, & animalium multa intelligentiam non habent.

Cum demonstrauerit eos, qui animam definiunt a motu, non de omni anima dicere, nunc rursus id ostendit, q̃p neque definientes ipsam a cognitione, de omni aĩa differunt, quia cum sensumq;, & intellectum ipsam aĩam dicerent, qui eam ab cognitione definiebant, propterea q; ex elementis illam constituerent, hoc modo dixit. sic. n. aperte Democritus dicebat, Anaxagoras quoque dicere videbatur, *illi igitur de omni anima nequaquam loquũtur*, neque. n. id illi dicerent de ea anima, quæ neque sensum, neque intellectum habeat, sensus enim, & intellectus sunt partes animæ, quæ vim cognoscendi habent. Quare neque illi etiam de plantali differunt, non. n. plantę sentiunt, & hoc quidem commune est his quique motiuum, & q̃ sensitiuum dicunt, nam plantę neque sentiunt, neque mouentur. At qui sensitiuum dicunt, ij de pluribus dicere videntur, nam plantanimalia quoque complectuntur, quę illi, qui motiuum dicebant, non complectebantur. at quispiam contra illos, dubitauerit, quid ita si ex elementis anima est, vt cognoscat, aliæ quidem animæ sentiunt, & intelliguit? aliæ autem sentiunt solum? idem quoque aduersus eos, qui motiuum dicũt, dicere conuenit, quid ita enim cum sit anima eiusdem naturæ, aliæ quidem localiter mouentur, aliæ vero non?

Quod si quispiam hæc concederet, & poneret intellectum quandam partem aĩæ, & identidem sensitiuum, neq; sic quidem dicerent uniuerse de omni anima, neq; de tota, neq; de una.

Videlicet si intellectum omnis animæ partem esse concesserimus, etiam sensitiuum, vel vt idem sit, vel vt hęc eadem concurrant adeo, vt vbi sit sensus, ibi sit intellectus, quemadmodum dicere Pythagorici videbantur, qui in omne corpus aĩam traducebant, non tamen, qui ab cognoscendo animæ substantiam definiunt, hoc modo, de omni aĩa id comprobare poterunt, non. n. plantalis animæ natura ea est, vt cognoscat, & sentiat, non igitur de omni, neq; de vna tota, nam si etiam quammaxime intellectumq;, & sensum oĩs anima habeat. at etiam nutritiuã, & augmentatiuam, & generatiuam potentias habet, quę quidem ab cognoscendi potentiis aliæ sunt, atque in omnibus habentibus animam, manifestius, q̃ illæ sunt, de quibus nihil illi dicunt, at neque etiam de ea, quæ localiter mouet, ideo si hæc in omni animato sunt, & si illi de illis nihil dicunt. id sequitur, q̃p neque de vlla tota dicunt. nãque in vnoquoque indiuiduo velut vna quædam anima est, quæ pluribus potentiis, aut partibus vtitur, de q̃bus omnibus cum non dicant, neque de vna tota dicant necesse est: & hoc fortasse solutio dissentientis est, ne enim quispiam pro his qui animam cognitiuum ponunt esse respondens dicat non eos de omni anima, verum de humana sermonem facere, cuius proprium est cognoscere, propterea inquit, neque de vna tota sermonem faciunt, nam si humana anima nõ omnis in se tota cognitiua est, in eadem nãque est & iracũdum, & appetitiuum, & plantale, quorum nullum sensus particeps est, igitur neque de tota humana differuerunt.

Hoc etiam admittit sermo, qui fit in iis, quæ carmina Orphei dicuntur, dicit. n. animam ingredi respirantibus latam à uẽtis. impoßibile autem est plantis hoc accidere, & animalium quibusdam, siquidem non omnia respirant.

Quę dicuntur, inquit, qm̃ ea non videntur esse Orphei carmina, quemadmodum ipse etiam in libris de pbia dicit, ipsius etenim dogmata sunt. hęc autem asserit nomen melius accesit, quo latius explicarentur. ibi igitur dicit animam penitus a ventis portatam respirari ab aĩalibus. Quare neque hic de omni anima sermo est, non enim animata omnia respirant, non insecta, non plantæ. Dicunt autem carmina ænigmatice significare per respirationem corporis animam suscipientis aptitudinem, quia respiratio calidum naturale refrigerans temperatum facit, ventos autem potentias quasdam significare aiunt, per quas ab vniuersali operatione in gñationem anima deducitur, quam operationem ab hoc particulari corpore, & generatione liberata operatur.

Quod quidem latuit eos, qui ita crediderunt, q̃ si oporteat animam ex elementis facere, non oportet ex omnibus, nãq; sufficiens est altera pars contrarietatis seq; ipsam iudicare, & oppoſitam. etenim recto & ipsum & obliquum cognoscimus, iudex. n. amborum regula est, at obliquum neq; sui, neq; recti.

Latuit inquit eos, qui animam, vt cognosceret ex elementis faciebant, q̃p eam esse ex omnibus nõ oportebat, verum satis erat eam ex altero contrariorum conficere, nãque alterum contrariorum sufficiens est & seipsum, q̃p

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

congruat, cognoſcere, & contrarium & priuationem, & illud qđ minime cõgruat, vt inquit in recto, & obliquo ſe habet, nam recto rectum cognoſcitur, quia congruunt inter ſe, obliquum vero nequaquam neque ſibiipſi conuenit. eſt n. infinitum obliquum, neque oino recto propter obliquitatis infinitatem congruit. Similr vt ignorantiam cognoſcamus, non indigemus ignorantiæ, verum ſcientia ſecꝫ ipſam, & ignorantiam cognoſcit. ſimili quoque modo in viſu, & cæcitate. verũtamen hic, quia p priuationem, & habitum fit appoſitio, ad vtriuſque cognitionem ſolo habitu opus eſt, quia autem infinita priuatio eſt, & nihil aliud, q̃ formæ abſentia eſt, iõ merito formæ cognitio eſt, & ipſius formæ & priuationis cognitio. hoc enim priuatio eſt, cꝫ habitus non eſt. at ſane in contrariis, quorum vtrũque informatum eſt, & naturam definitam habeat, non ſatis eſt hoc dicere, cꝫ non eſt hoc. nam ſiquidem album cognoſcerem, ignorarem idem nigrum. poſt ea quiſpiam diceret nigrum eſſe, cꝫ album nõ eſt, album quidem. ſ imaginatio tolleret. in infinitate autem reliquũ eſſet, vt in priuatione, cum non haberet, vbi niteretur. Oportet aũt ſiquidem cognitio nigri futura ſit, ipſius naturam nigri imaginatione circũſcribi. forte igitur qm̃ in elementis quoque alia quidem ſunt actiua, ĩmo informatiua ignis, & aer, alia vero materialia magis, & paſsiua, vt aqua, cꝫ terra, quæ ſm̃ formam ſunt ordinata, quæque actiua, ea erant ad aĩæ ſubſtantiam ſufficientia, nãque hiſce alia quoque abſentia cognoſcebat. ex analogia igitur ſermo ſumptus eſt, cꝫ ſi forma, & priuatio ibi eſt, forma ipſa, & formam, & priuationem cognoſcimus: cꝫ autem peius eſt in contrarius, priuationis & materiei rõnem tenet. altero igitur contrariorum correſpondenti forma alterum quoque cognoſcemus. quod quidem priuationi conuenit, in aliquando etiam vt contraria ſufficit in contrariorum cognitionem alterum. ſiquidem ſcĩa eſt vna contrariorum? Quando n. contrarium dico, id pater, cꝫ quaſdam paſsiuas contrarietates cognoſcam. quare ſi album cognouero, qđ eſt viſuum diſgregatiuum, hoc videlicet contrarium nigrum cognoſcam: nam diſgregationi congregatio contrarium eſt. igitur albo erit contrariũ congregatiuum. quare ſi in aliquem congregantem inciderem, & ſi non ipſum conſecutus cognoſcerem, cognoſcendo cꝫ album diſgregat, hoc cognoſceret & ſuperueniens nigrum, quia albo contrarium eſt. ſic igitur ex vno elemento eſſe animam ſufficiebat, velut ex igne, nam ſi hoc eſt, & calidum, & ſiccum, videlicet quando in reliqua elementa incidero, quę huic diſpoſitiones contrarias faciunt, contrarietate ea, quæ ſe ad hoc habet, illa quocꝫ cognoſcam. propter ex vno elemento facere animam ſufficiebat, in vnoquoque enim elemento duarum contrarietatum ſimul altera pars eſt.

Et in toto quidam ipſam mixtam eſſe dicunt, unde fortaſſe & Thales ratus eſt omnia plena deorum eſſe. hoc autem quaſdam dubitationes habet, qua enim de cauſa in aere, uel in igne cum ſit anima, non facit animal? in mixtis autem facit, & maxime cum præſtantior in his eſſe uideatur? quæſtuerit etiam quiſpiam, qua de cauſa quæ in aere eſt anima, ſit ea, quæ in animalibus eſt, melior, & immortalior.

Aliam de aĩa opinionem exponit. putauerunt inquit aliqui aĩam in omni corpore mixtã eſſe, vt omne ſit animatum corpus, et ex hac opinione ipſum Thalen oĩa eſſe Deorum plena putauiſſe, credentes ipſius Thalæ opinionem eſſe, cꝫ vbique Deus eſſet iocaliter, vel quod aĩam ipſam eſſe Deum ſuſpicaretur, vel diuinæ portionis eam eſſe putaret. Tale quoque eſt illud Arati.

Omnes quæcꝫ viæ omnipotenti ſunt Ioue plenæ.
Pleni omnes hominum conuentus, & mare plenum,
Portuſcꝫ, & cunctis magnus dat ſupiter vſum.

Stoicos etiam eſſe eiuſdem opinionis dicunt, corpus enim numẽ eſſe putabant. qđ igitur Deum eſſe localiter vbique putent, id quidem abſurdum eſt, & præter rationem, ſiquidem neque Deum corpus eſſe poſsibile eſt, qñ etiam ſenſum eſſe incorporeum demonſtratũ eſt, & hoc eſt, aduerſum cꝫ Ariſto. inſtantia eſt, operationibus ſane vbique eſſe neceſſe eſt, ſiquidem ipſe eſſe omniũ demonſtratur, ſic quidem cognoſcimus.

Omnia plena deis, cunctis in partibus illi,
Sunt aures, & per terram, & per ſaxa, virumcꝫ
Ipſum, occultauit quamcũque in pectore mentem.

Contra igitur hanc opinionem, quæ in omni animam eſſe dicit, primum quidem dubitat, quid ita cum ſit in oĩ corpore anima, alia quidem ſunt aĩalia, alia vero non? at qui oportebat vt oĩa eſſent animalia, ex ſimplicibus aũt nihil eſt animal, velut elementa, quæ quidem magis eſſe animalia oportebat, nam quæ in igne aut in aere eſſet anima, ea compoſitis melior eſſet, veluti quæ in purioribus, & ſubtilioribus corporibus exiſteret, vnde etiam magis eius actiones apparere debebant, hoc aũt velut ab illis dictum commemorat, cꝫ in igne, atque aere purior, atque immortalior eſt anima. debebat igitur magis cꝫ compoſita interlucere, & ad hoc ipſum dubitat, qũo quæ eſt in elementis, animam meliorem, & magis immortalem eſſe dicant, ſimiliter. n. cum compoſitis ſimplicia corrumpunt, & alterantur, & mutantur, quę igitur cauſa eſt, vt animę, quæ ſunt in his, ſint magis immortales?

Accidit autem utroque modo cꝫ abſurdum eſt, & præter rationem: nãque dicere animal ignem, aut aera præter rationem eſt: & non dicere animalia, ſi inſit anima, abſurdum eſt.

Quoniam dixit cum ſit anima in elementis, qua de cauſa non ſunt animalia? nunc ait, cꝫ vtrum dent ex his, abſurdum, finesꝫ rationis egrediens eſt id quod ſequitur, nam ſi animalia ea eſſe dicant, is quidem ſermo ſtolidus, & temerarius eſt, qui quidem facillime ab ſenſu conuinci poteſt. id etiam abſurdum eſt, ſi in ipſis anima ſit, ea non eſſe animalia, talem nãque animam ipſis videlicet ineſſe, dicebant, qualis eſt animalium anima, quæ autem ſubſeruntur, id ea declarant.

Putaſſe autem uidentur animam eſſe in his, quia totum cum partibus eſt eiuſdem ſpeciei.

Quomodo adducti ſunt illi vt elementa dicerent animata, nunc ipſe declarat, ratiocinabantur enim ex hoc, cꝫ elementa ſimilaria ſunt, & iõ totum cum partibus eſt eiuſdem ſpeciei, partes aũt totorum elementorum, quæ ſunt in aĩalibus, animatæ ſunt, igitur ex neceſsitate etiam tota animata erunt. nam ſi pars animata eſt, & totum parti ſimile eſt, id ſequitur, vt totum quoque ſit aĩatum, propterea. n. eſſe animalia aĩata cꝫ quandam totius corporis partem vnumquodque habeat. ſ aut aeris, aut ignis, aut aliorum, quæ in eo ſunt, cꝫ ſi ea animata ſunt, hæc etiam conſequenter animata eſſe debent. quæ autem hunc ſermonem abſurda ſequuntur, ea ſubinde fert.

Quare neceſſe eſt ipſis, ut dicant, animam eiuſdem ſpeciei cum partibus eſſe, ſi quod acceperint aliquid de continente in animalibus, animata animalia fiunt.

Si propterea inquit vnumquodcꝫ animatum eſt, cꝫ in ſe partem quandam totius accipiat, omnes autem partes & ſecum ipſæ, & cum toto ſunt eiuſdem ſpeciei, neceſſe eſt vt ſimiliter ipſæ ſint aĩæ. Quare in ipſis anima ipſa ſecum eſt eiuſdem ſpeciei, & ſimilaris, nam ſi aĩa ipſa ſibi non fuerit eiuſdem ſpeciei, & ſimilaris, vt aer, non tota erit in ſingulo, ſed alia eius particula alio in loco, videlicet (vt ita dicam) in aere iraſcibilis, in alio vero concupiſcibilis, & in alio alia. Qđ ſi hoc eſt, haud amplius aeris particulæ ſibiipſis erunt eiuſdem ſpeciei cum toto. ſiue autem id dicat velut ab illis dictum ſit, cꝫ aĩa ſit ſimilaris, ſiue vt eam non eſſe ſimilarem manifeſtum ſit, in hoc abſurdum ſermonem deducit, necꝫ. n. omne aĩatum omnes animæ potentias habet, neque in quibus oẽs ſunt, vt in hominibus, in illis inuicem ſunt eiuſdem ſpeciei, præterea dico qdem neceſſarium eſſe ex hac rõne, qđ anima ſit eiuſdem ſpeciei, & quæ deinceps aſtruit, ad hæc etiam contra hũc ſermonem hac vti diuiſione poſſumus, oſtendendo eos demonſtrare cꝫ nullo modo fieri poteſt, neceſſe eſt enim cꝫ anima, quæ in toto aere eſt, aut ipſa ſecum ſit eiuſdem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſpeciei, aut non, ꝙ ſi eſt eiuſdem ſpeciei, quia in animatis accipiendo quãdam aeris partem animata fiunt, oportebat vt oĩa eandem participarent animam, at quidem ſecundum manifeſte falſum eſt, nomen.n.ſenſitiuum, & nutritiuum, & alia ſunt eiuſdem ſpeciei, primum igitur quo que falſum eſt. ꝙ ſi diſſimilaris eſt aĩa, aut omnes eius partes per aera totum tendunt, vt in vnaquaq; corporis parte nutriendi, & agendi vis eſt. vt etiam in vnoquoq; arboris ramo, aut igitur oẽs per totum tendunt, aut ſingula quæque animæ particula aeris quãdam partem complexa eſt: ꝙ ſi in quacũque aeris particula omnes aĩæ particulæ ſunt, oportebat oĩa ſimiliter animata eſſe, & omnia rationis, & ſenſus eſſe conſortia, atque etiam cupiditatis, & iracundiæ, ſed ſm falſum eſt. igitur & primum. quod ſi vnaquæq; animæ particula quãdam aeris partem ſuſcepit, oportebat vt aliud animal eſſet alterius aĩæ particeps, hoc quidem cupiendi vim ſolum teneret; illud aũt iraſcendi, aliud vero ratiocinandi, & aliud tãdem alterius cuiuſdam potentiæ, ſiquidem recipiendo quandam partem aeris animalia aĩata fiunt. at nunc aliqua videmus, q̃ omnes animales potentias participant, alia autem plures, non vnam ſolam potentiam cõmunicant. ꝙ ſi quiſpiam dicat ea plures aĩales potentias participare ideo, ꝙ in animalibus plures aeris amplecti particulas accidat: dicat q̃nam diſtributio eſt quaſdam quidem particulas animę in omnibus ſimpliciter animalibus, aut animatis amplecti, quaſdam vero non? etenim nutritiua in omnibus eſt, & augmentatiua, reliquę vero non oĩno, & rurſus quęnam diſtributio eſt in ſenſum participantibus tactum quidem penitus eſſe, alias vero non? alioqui ſi ſibiipſi ſimilaris eſt aer: quænam diſtributio eſt, hanc aeris partem ratiocinatiuam aĩæ complexam fuiſſe, hanc autem ſenſitiuam, & aliam aliam? non.n.in qualibet materia naturaliter quæuis forma innaſcitur. Quare ſi neceſſe eſt vnam quãdam diuiſionis particulam veram eſſe, ſiquidem aĩata ſunt elementa, demonſtratum, eſt autem vnũquodq; impoſsibile eſſe, id ſequitur, ꝙ animata dicere falſum eſt.

Quod ſi aer diſtractus eiuſdem ſpeciei eſt, anima uero diſſimilaris, alia quidem eius particula ineſt, ut patet, alia uero non ineſt.

Quia neceſſe eſt ſm illorum ſuppoſitionem, animam, quæ eſt in vniuerſo eſſe ſibi ſimilarem, propterea aſtruit. ſi.n.non eſſet ſimilaris, ſed diſſimilium partium, alia quidem eius particula eſſet in hac particula. ſaeris, alia vero non ineſſet. Qđ ſi hoc eſt, non erunt oẽs aeris particulæ, & elementorum ſibiipſis eiuſdem ſpeciei, ꝙ illi maxime volebant. igitur ſermonem rediġt ipſis in contrarium. nãque illi confirmabant vniuerſum eſſe aĩatum, ꝙ quæ ſibi cum toto eſſent eiuſdem ſpeciei partes acciperent. ipſe aũt de ſuppoſitione facta animam diſſimilium partium eſſe aſtruit, qđ eſt contrarium. nam partes aeris, etſi inuicem ſunt eiuſdem ſpeciei, ꝙ aer ſibiipſi ſimilis eſt: attamen ea pars animæ non eſt eadem in vnoquoq;, non erunt eiuſdem ſpeciei; nãque animata ſm animæ proprietatem maxime deſignantur, q̃m forma vnuſcuiuſq;, & entelechia eſt anima. Quamobrem ſi fieri id non poteſt (quantum eſt in eorum ſuppoſitione) vt anima diſſimilium partium ſit, neceſſario erit eiuſdem ſpeciei hoc autem manifeſte falſum eſt; alterius.n. ſpeciei eſt aĩæ particula rationalis, & alterius iraſcendi vis, & reliquæ ſiſr. Vnde ſi neceſsitas eſt, vt qui animatum dñt vniuerſum, ſ̃ aĩam eiuſdem ſpeciei, & ſimilium partium eſſe dicant, hoc autem falſum eſt, id ſequitur ꝙ vniuerſum dicere animatum falſum eſt.

Neceſſarium eſt igitur ipſam uel ſimilarem eſſe, uel non eſſe in quacunque particula uniuerſi.

Videlicet quantum eſt in ſuppoſitione illorum, quæ dicit in quacunque vniuerſi particula animam eſſe, vnde et animata particularum vniuerſi conſortia animata fiũt, neceſſe eſt vt ſimilium partium ſit aĩa. nã ſi ſimilium partium non fuerit, *in quacũque vniuerſi particula minime erit eadem.* ꝙ autem ſimilium partium non ſit, neque in omnibus aĩa, demonſtrari poterat etiam ex hoc, ꝙ aliquæ particulæ in eodem manifeſte non ſunt animatæ, vt lapides, & ligna, & ſimilia, quæ ſane ſunt aeris conſortia, qđ ſi ipſi conarentur demonſtrare elementa eſſe animata ex eo qđ ſimilaria ſint, & partes ipſorum animatas eſſe, eas videlicet, quæ ſunt in animalibus, eidem argumento aſtruere contrarium poſſumus. etenim quia partes elemẽtorum, quæ ſunt *in iis*, quæ *animata* non ſunt, eiuſdem ſpeciei cum totis ſunt, at hæ ſunt ſine aĩa, ergo tota quoque carent aĩa. hoc autem, in quacunque vniuerſi particula, ſiue in vniuerſo aere acceperis, cuius animata participantia eo ipſo animata eſſe dicebant: ratio procedit, ſiue id in vniuerſo & mundano corpore interpretatus fueris, id etiam magis abſurdum demonſtratur.

Patet igitur ex dictis, ꝙ neq; cognitio adeſt animæ, ꝙ ex elementis conſtet, neq; moueri ipſam bene, uereq; dicitur.

Quæ dicta ſunt, ea concludit, hoc modo. neque ergo cognitionem habet anima ex eo, ꝙ ſit ex elementis, neq; propterea quod moueat, ipſa mouetur, ſed quidem mouetq;, & cognoſcit, at non vt illi dicebant.

Quoniam uero cognoſcere animæ eſt, & ſentire, et opinari, atque etiam cupere, & deliberare, & omnino appetitiones, ſit autem & in loco motus animalibus ab aĩa atq; etiã accretioq;, & ſtatus, & declinatio, utrũ toti aĩæ horum unumquodq; adſit? & nos tota intelligamusq;, & ſentiamus, & aliorum unumquodque faciamus, & patiamur? an aliis partibus alia?

Qm̃ continenter commemorauit, eſſe ſpeciei diſſimilis animæ partes, idipſum nunc inquirere eius propoſitum eſt. nam cum plures, & diuerſæ ſint aĩæ operationes, id quæritur, vtrum, cum ſit vna, & indiuiſibilis aĩa ſm ſubſtantiam, ex vna hæc ſubſtantia potentię diuerſæ, & operationes aduenĩat adeo, vt & nutriendi, & augendi, & generandi, & ratiocinandi, & iraſcendi, & cupiendi vis, etſi quæ alia aĩalis potentia eſt, vna & eadem numero ſit, & ſm ſubſtantiam? an aĩa ſit partibilis, & in alia, atque alia eius particula harum vnaquæq; operationum fiat? præterea vtcũq; ſit potentia. per q̃ dicuntur animalia viuere, id quærit, vtrum ſit in vna ex prædictis operationibus, aut potentiis. vt in ratiocinandi, aũt ſentiendi vi? aut in aliqua aliarum? an in oĩbus ipſis? an in nulla? ſed aliud qđ præter ipſas aĩalibus viuendi cauſa ſit. hæc igitur, quæ in hiſce inquirit problemata ſunt. hic autẽ videtur id velle vt ſubſtantię vnius animæ ſit. verũtamen hoc non aperte declarat, ſed ex quibus ad rationem dubitat, quæ ſupponit quod aĩa partibilis eſt, oſtenditq; fieri non poſſe, vt ea particularibus differentibus vt ens ratiocinetur q;, & ſentiat, & cupiat, & reliquas operationes operetur. Hic aũt ipſi viſum eſt nihil proponere, ex quo potuiſſet adducere quod aĩa vna quædam eſt, quæ iis vtitur, quas diximus differentes potentias, & nos etiam ſæpenumero demonſtrauimus Ariſt. cognouiſſe quidem ipſius aĩæ ſubſtantiæ differentiam ſolãq; et immortalem: ſed eum rationalem intellexiſſe. nam reliquam oẽm mortalem iudicauit. nunc aũt mediocria quædam hoc ipſum declarantia in vſum proponemus. Quæ ergo hic dñr arripiunt, & q omnem aĩam immortalem faciunt, & qui omnem mortalem eſſe volunt: & dicunt, illi quidem, vides ne quod Ariſt. omnem aĩam ſeparabilem atq; immortalem vult eſſe? ecce.n. vnius eſſe ſubſtantiæ omnem aĩam dicit: & intellectum, qui pars eſt aĩæ ſeparabilem eſſe, & immortalem dicere vult: vnde etiam ſe velle oẽm ſeparabilem et immortalem fatetur, ſiquidem oĩs anima eſt vnius ſubſtantiæ. Hi vero econuerſo, qui mortalem eſſe aĩam volunt, inquiunt, ſi vnam eſſe oĩs animæ ſubſtantiam dicit, & iraſcibilem, & concupiſcibilem, & plantalem non ſeparari, id patet quod oẽm vult eſſe mortalem, ſiquidem oĩs anima eſt vnius ſubſtantiæ. Qđ autem (vt ego dixi) nõ animæ ſint vnius ſubſtantiæ, id ante Ariſt. ex diſſonãtia pugnaq; affectuum, & rationis Plato declarauit nam ſi ratio, & affectus inuicem pugnant, vnum vero idem ſibi non repugnat, id ſequitur quod ratio, & affectus vnius ſubſtantiæ non ſunt. Ariſto. etiam in ſcdo lib. cum diffiniuiſſet aĩam eſſe entelechiam corporis naturalis inſtumen-

talis

talis potentia vitam habentis, paulopoſt inquit. quod igitur non eſt anima ſeparabilis a corpore, vel partes nonnullas ipſius, ſi ſeparabilis ſit, nõ obſcurum eſt, nam quorundam ipſarum partium entelechia eſt. Quapropter aliquas animæ partes a corpore non ſeparari: & ideo mortales eſſe cognouit. Quod ſi quædam partes ſeparantur, quædam vero non, id. ſ. igitur patet, deinde ſubdit. Verum tamen aliquas eſſe nihil prohibet, propterea quod nullius corporis ſint entelechię. manifeſte igitur ibi qualdam animæ particulas eſſe corporis formæ dicit. vnoquoque ſequitur non eſſe ſeparabiles, nãque eſt entelechia forma, & perfectio corporis, aliquas autem ſeparari ideo, quia nullius corporis ſunt entelechiæ. Rurſus etiam confeſtim ſubinfert, adhuc quoque obſcurum eſt, an ſit hoc modo entelechia corporis anima, quemadmodum nauigij nauiculator. Quare etſi diceret omnem animam entelechiã, illud tamen cognouit quandam eſſe ſeparabilem entelechiam, quæ extrinſecus ipſum ſubiectum inſtruit, ornat, & perficit, vt nauigium nauicularor. Quod ſi alia quidẽ ſeparabilis eſt, alia vero non, & alia quidem mortalis, alia vero non: id patet, quod harum ſubſtantia diuerſa eſt. igitur manifeſte in ſecundo ſermone non ſolum diuerſe ſubſtantiæ, verũetiam diuerſi generis eſſe intellectum dicit, adeo vt anima rationalis cum ea quæ rationis expers eſt, genere non ſit vna. cum enim de aliis animæ potentiis q̃ſiuiſſet, ſingulum ne anima ſit, an pars animæ, de intellectu inquit, & contemplatiua potentia nondum patet, verum animæ videtur eſſe alterum genus, & hoc contingit ſolum ſeparari, quemadmodum a corruptibili æternum, quod etiam de diuino intellectu, vt putat Alexander, hæc non dicat, id paret, nam quærens de particulis animæ ſeparabiles ne ſint, an non, ſubintulit. de intellecto autem, tanquam & ipſe ſit animæ pars, non enim intellectum diuinum eſſe animæ partem dixiſſet, alioqui quo modo de diuino intellectu, qui penitus a corporibus ſeparatus eſt, eum poſſe ſeparari dixiſſet? & quomodo de diuino intellectu omnino id quæſiſſet, an ſit ſeparabilis, an non? quod autem neque alium intellectum quem ipſe contemplatiuum vocat, innaſci nobis velit, id paret, quia ipſe rurſus ait, intellectum contemplatiuum ſolo fine ab actiuo differre, quoniam ſubiecto eadem ſunt. actiui. n. finis eſt bonum, contẽplatiui vero veritas. etenim quando ad ſuperiora ſe tollit, contemplatiuus fit, vniuerſi naturã diſquirens: quando vero ad inferiora conuertitur, euadit actiuus. quare ſi actiuus intellectus humanus eſt, hominũ nãque ſunt actiones, iſq; ſolo fine differt a cõtemplatiuo: id ſequitur quod intellectus cõtemplatiuus humanus eſt. Quod igitur non omnem animam vnius eſſe ſubſtantiæ dicat, hæc dicta ſufficiant, quæq; a nobis in prooemiis ꝓpoſita ſunt, atque etiam magis per ipſa dicta percurrẽtes cognoſcemus. hic ſane videtur intendere ſermonem contra Timæum, qui in particulis corporis animam eſſe diuiſam dicit, & rationalem, & ſenſitiuam in cerebro ſedem habere in corde vero iraſcibilem, & in hepate concupiſcibilem. hiſce igitur occurrens, quia ſm particulas corporis animam eſſe in minutas partes diuiſam minime concedit, verum totam per totum corpus, etſi multipliciter diuiſum eſt, eam vnam habere continuationem, ſic ait. vnã eſſe ipſam, quia quoq; animal eſt vnum: ſed Plato, nõ vt qui putaret in cerebro ſimpliciter ſubſtãtiam rationalem ſedere, in corde vero iracundiam, & in alia parte aliud quodpiam, in illis corporis partibus eam diuiſit: verum vt qui ſibi perſuaderet aliam quãq; partem corporis ad aliam animæ partem accommodate ſe habere: vt inde illuminationes acciperet. quemadmodum. n. non oculi oẽs æquabiliter ſolis lumen accipiunt neque ꝙ magis in hoc oculo ſol ſedeat, ideo magis elucet, verum eius aptitudinis cauſa id fit, & quæ inanimata tranſparentia ſunt, ea propter aptitudinem propriam, operationes ipſius lumi nis commodum capiunt. Simili modo quoq; id putandum eſt, ꝙ anima magis in quibuſdam partibus lumen concipit ea de cauſa, ꝙ eæ partes maxime appoſitę ſunt. quando & ipſe Ariſto. alibi videtur opinari, quod animæ præſtãtiſſima pars in corde ſedeat. Sed rurſus ex his, quædam exoritur dubitatio, non enim ſubſtantia vna quædam eſt anima? & pro diuerſis temperationibus, & aptitudinibus corporum in alia parte alias habet operationes? in oculo quidem videndi vim, in aure vero audiendi, & in alia particula aliam potentiam? Quod ſi hoc patet, quod videndi potentia in oculo eſt, & eum informat: auditus autẽ in particula ſede ſua, & alia vis in alia, quod ſi hoc ſit, viliora quidem, informabunt nobiliora, & ipſius formæ materia cauſa erit, & forma propter materiam facta, nam quidem materia cuius gratia erit viſus enim fuerit oculi gratia, & forma erit alicuius gratia: ſed hoc eſt rerum naturam peruertere. quod ſi hæc abſurda: & impoſsibilia ſunt, non quidem in partibus operationes animæ diuerſæ ſunt, at ſubſtantia differunt, quoniam cognoſcere animæ, horum quæ enumerata ſunt, hæc quidem ſunt animæ rationalis, videlicet cognitio, & opinio, & deliberatio: hæc autem ſcilicet ſenſus, cupiditas, appetitio, & motus localis, animæ ratione carentis propria ſunt. Plantalis vero accretio, & ſummum incrementum, & corruptio, vtrum ſingulũ harum adeſt animæ: hoc eſt nunquid vna eſt animæ ſubſtantiæ quæ multiplicis potentiæ cum ſit, operationes diuerſas facit, an ſubſtantia non eſt vna, ſed multimembris de ſubſtantiis diuerſis componitur, & vnaquæque eius pars ex dictis aliquid amplectitur.

Atq; etiam ipſum uiuere, utrum in aliquo horum eſt? an & in pluribus? an & in omnibus? an alia quædam cauſa ſit?

De his etiam quærit, de qua nam aĩæ parte iure optimo ipſum viuere aduenĩat: ſed ipſe in ſequẽti libro dicet, id eſſe partis animæ vltimæ, & maxime humilis, potentiæ. ſ. plantalis, non n. quod huius animæ ſit expers, viuere quicquam poteſt, quare etiam quæ participant hanc vnam. ſ. plantæ viuere dicuntur.

Dicunt autem quidam partibilem ipſam eſſe, & aliud quidem intelligere, aliud uero cupere. quid igitur tandem continet animam, ſi partibilis eſt? non enim quidem corpus, nam uidetur contrarium potius, quod anima corpus contineat, quod ea egreſſa effluit, & putreſcit. ſi igitur aliud quid unam ipſam faciat, illud potiſſimum fuerit anima. opus erit autem rurſus, & illud quærere, utrum unum an multimembre ſit. quod ſi unum ſit, cur non ſtatim & animam unum eſſe? ſin autem partibile, rurſus ratio quæret, quidnam ſit continens illud? & ſic quidem ibit in infinitum.

Hinc eſt ad ea, quæ propoſita ſunt, obuiatio, nã, quia diuerſæ ſunt operationes animæ, quemadmodum propoſitum eſt, id merito quæſiuit an tota anima oĩa operemur? an aliud in alia eius potentia? ſed quia non conſentaneum eſt, vt dicamus, ex eadem potentia diuerſas operationes prouenire, neceſſe eſt vt aĩa ſit multiplicis potentiæ: vnde rurſus in iis illud merito quærit, vtrum in ſuas potentias diuidatur anima, habeatq; in hac quidem parte hanc potentiam, in illa vero illam? adeo vt in tot partes diuiſa ſit quot etiam potentiæ ſunt. an cum ſit vna & impartibilis potentias diuerſas habeat? vt ignis, qui vnus, & idem ſm ſubam & caleſacit, & ſiccat, & illuminat, multas quidem potentias habens, non autem in multas partes diuiſus: velut etiam pomum, quod quidem cum ſecundum ſubam ſit vnum, diuerſas tñ potentias habet, odorem, dulcedinem, colorem bonum, & figuram. & in aliis quidem fere oĩbus hoc videri põt. igitur contra eos, qui in partes aĩam localiter eſſe diuiſam dicunt (hæc aũt vt dixi contra Timæum Platonis latenter dicit) nunc diſputare inſtituit. nam ſi anima in partes diuiſa eſt, id neceſſario ſequitur qd' aut inuicem diuiſæ ſunt hæ partes, aut vnitæ. Quod ſi inuicem partes animæ diuiſæ ſunt, quomodo erit animal vnum? ꝙ ſi animal continuum eſt, & ſibiipſi compatiens, neceſſe eſt vt animales potentiæ, ſiue partes animæ, quæ animal ipſum informant, vnitæ ſint: nam ſi ipſæ non erunt vnitæ, quomodo animali erunt vnionis cauſa? Quod ſi animæ partes vnitæ ſunt, quid nam ipſis vnionis cauſa eſt? nam certe corpus non eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

non enim fieri id poteſt, cum ſit econuerſo anima corporis vnionis cauſa, anima enim corpus ipſum vilius eſt: ꝙ autē vnionis cauſa eſt alicui, id neceſſe eſt vt eo cui. vnionis eſt cauſa, ſit melius, at anima corpore melior eſt, & illius vnionis cauſa vnde ea egreſſa (inquit) ipſum corpus effluit, atque putreſcit, non eſt igitur animæ partium corpus vnionis cauſa aut igitur vnitæ ſunt ab alio quodam, aut a ſeipſis. ab ſeipſis quidem vniri eas impoſsibile eſt, diuerſæ enim ſubſtantię ſunt, oportet enim id eſſe vnum quoddam, quod ea, quæ diuerſæ naturæ ſunt, vnire debet, idꝙ eſſe opus eſt aliud ab iis, quæ vniuntur: quemadmodum ſi ſit aliquod vnum liquidum, & alterum ex his corporibus, quæ inuicem conglutinantur, in vnione enim terræ, cum aqua corporibus appoſitis inuicem, corporibus inquam aquæ & terræ, liquidi vero qualitate p ea tota corpora procedente: & per ſe mediam conglutinante ſuppoſitorum corporum fieri vnionem contingit. nam quæ ſemel ab natura diuiſa ſunt, neque eandem ſibi ſunt ſortita ſubſtantiam, nunquam ab ſua ipſorum natura quæ ſemel ea ſeparauit, in vnum congerentur, verum ſi vniri debent, opus eſt vt ipſis aliud aduenit. per quod medium fiat illis vnio mutua. quare illud eſt concludendum, ꝙ animæ partes, cum ſint inuicem diuerſæ, ab ſeipſis, vt vniantur impoſsibile eſt: ꝙ ſi ex ſe non habent vnionem: ſed ex alio quoddam illis vniri contingit: rurſus neceſſe eſt, aut vt ſit vnum: & impartibile, aut multimembre: quod ſi multimembre erit, illud iterum interrogabimus, quæ nam ſit illis vnionis cauſa? nam quomodo quæ vnita non ſunt, ea aliis erunt vnionis cauſa? & rurſus, ꝙ illas vnit, vtrum vnum illud erit? an mult? & hoc in infinitum. ꝙ ſi vniens animæ partes vnum eſt, id quidem eſſe animam concedamus: & quid nam, inquit, animam quoque non ex ſe vnum faciunt? nam ſi vnionis cauſa vnum eſſe diuiſus neceſſe eſt, animam autē corpori vnionis, & coniunctionis cauſam eſſe videmus, conſentaneum eſt, vt animam vnum ex ſe eſſe ſupponamus, neque eam alio tertio contingente le indigere dicamus. nec quidem abſurdum eſt animam vnam & ſubiecto, & ſubſtantiam exiſtentem diuerſis vſam eſſe potentiis. propterea varias operationes habere. vt ignis pomumq; habet: ita vt fere corpora, quæ ſubiecto vnum ſunt, diuerſas potentias habeant. hęc autem dicit Ariſt. non in dogmate probabile id eſſe oſtendens, quod iam diximus: videlicet animam vnius eſſe ſubſtantiæ, ſed ipſum Timæū reprehendens, qui in partes corporis animam diuiditet enim non ipſæ animam vnam eſſe ſubſtantiam: ſed ex diuerſis ſubſtantiis componi, vniriq; inuicem, & ſic ſane continuari: vt vnus in eaſdem affectiones conſenſus fiat, de ratione enim quodpiam tranſit in affectus, & ex affectibus in rationem: nāque hoc illis deſuper de conceptione rationis aduenit, vt rationi ſubiiciantur, & obediant, & rationi contingit, vt ex habitu, quem ad affectus habet, ad proprias operationes impediatur: ſic igitur vna ſubſtantia eſt anima: vnde & hominem totum vnius eſſe ſubſtantiæ dicimus, & ſimpliciter, quæ ſunt ex forma, & materia. quoniam vero neque anima ratione carens omnis eſt vnius ſubſtantiæ, ſæpenumero inuicem pugnare affectus oſtendit, iram. ſ. & cupiditatem, nihil autem ſibi idem repugnat, igitur vtplurimum rationis partes ira ſequitur: velut ea, quæ propter ſtudium magnificentiæ generoſior eſt, at cupiditas ipſa contendendo in diuerſa retrahere conatur. Quod ſi quiſpiam quærat, quid igitur ſit vniens diuerſas haſce ſubſtantias, reſpondemus, quod ipſe in aliis dixit, non oportere quærere quid ſit vniens in iis, in quibus aliud quidem formæ, aliud vero materię rationem tenet, nāq; ea de ſeipſis vnionem habent. naturaliter enim materia. poſtquam ita diſpoſita eſt: vt ſponte formam ſuſcipiat, ex nulla alia cauſa, quæ magis continua ſit, ipſam ſuſcipit, quemadmodum (vt ita dicam) cum ferrum politum ſit aptum ad ſuſcipiendam formam ſecuris, vel ferræ, non quidem eſt aliud quoddam, ferro talem quod vniat formam, ſed hæc inuicem ſponte producuntur. ſimili quoque modo in naturalibus: vt in animalis formatione, reliquorumq; omnium: nam materia, & forma ſunt ex his, quę ad aliquid dicuntur, materia. n. formæ materia eſt, & econuerſo. quæ autem dicuntur ad aliquid, ea ſimul ſubſiſtunt, & ſimul deſtruuntur, neque id opus eſt, vt ea ſint prius, poſtea alicuius vnientis indigeant. neque. n. id opus eſt: vt in parte ſint prius pater, & filius, deinde mutuum habitum ſuſcipiant: ſed altero cognito, ſimul alterum cognitum eſt Hoc igitur modo etiā in partibus animæ diuerſis habetur res, anima enim quæ ratione caret ad animam rationalem materiæ rationem ſuſtinet, hæc vero ad illam vero formę, ſimiliter plantalis ad irrationalem materiæ rationem tenet, veluti etiam corpus ad plantalem ſe habet, in iis igitur non quęremus qd ſit vniens: etenim ſimul ac illud, ꝙ materiæ rationem tenet, aptum eſt ad ſuſcipiendam formam, hoc ipſum ſimul fit, quod quidem nullius vnientis extrinſecus eget, verum illud intrinſecus habet cum ſuæ ipſius naturæ potentia quæ vnum facit: ſed in humana quidem anima hic ſermo procederet, cum rationis anima particeps vna ſit, eaq; etiam, deinceps per ipſam vniuntur, quemadmodū in Herculeo magnete lapide & ferramētis quæ ex eo mutuo pendent ſed quid (inquit aliquis) in animalibus quæ ratione carent? nam ſi partes eius animæ, quæ in illis eſt, iræ inquam, ſenſus, & cupiditatis ſunt alterius ſubſtantię, quid erit vniens eas, quod ſit in illis ſuperius? nam eæ corpori ſunt vnionis cauſa, eaſque multo ante ab aliquo vnitas eſſe oportet. deinde quomodo eæ, ſi nō erunt vnitæ poterunt eſſe vnionis cauſa, iis quæ ſe poſt erunt? nec quidem illud dicemus, qđ altera alteri vt materia ſubiiciatur. omnes. n eę ſunt eiuſdem ordinis, & in plantali aīa dicemus, ꝙ etſi totam inſtitutionem quiſpiam dicat eas partes vnire, nondum tamen quod quærimus id dixit, etenim cui nam in vnum coniungitur? nāque quod eius vnionis eſt, vt cauſa formalis id quærimus, non id quod facit. cui nam igitur eas partes veluti contingens corpus naturæ, aut ſimpliciter alicui potentię naturali colligauit? Quod ſi fuerit in partibus aīę quodpiam aliud eas vniēs, id quidem velut earum forma erit, & erit illud aīa, nunc̄ autem in iis abſurdum eſt, ꝙ inferiora materiæ rationem habeant ad meliora, nāque in iis, quæ carent anima, formis hoc ipſum accidere videmus, qualitates enim, quæ ſunt elementorum formæ, rationem materiæ habent ad ea, quæ ex ipſis corpora fiunt.

Dubitauerit autem quiſpiam etiam de partibus eius, quam potentiam habeat unaquæque in corpore: ſi enim tota anima totum corpus continet, conuenit etiam partium unamquamq; continere aliquam corporis, hoc autem impoßibili ſimile uidetur. Qualem enim partem, aut quomodo intellectus continebit, difficile eſt fingere.

Et hoc quippe merito dubitauerit quiſpiam, nam ſi tota anima totum corpus cōtinet (paulo enim ſupra dixit, id. n. potius contrarium videtur, ꝙ anima contineat corpus) ſi igitur tota totum corpus continet. & partibilis eſt anima, & in plures partes diuiditur, id neceſſe eſt, vt vnaquæque eius pars aliquam partem corporis contineat, quemadmodum quoq; illi dicere videbantur, qui ratiocinandi, & ſentiendi vim in cerebro, in corde vero iraſcibilem, aliamq; potentiam alio in loco collocabant. eius igitur vnaquæq; pars corporis, in quo eſt, aliquam partem continebit, nō. n. in alia parte corporis alia pars aīæ, aliam corporis partem continebit, vna. n. quæq; pars animæ partem. in qua eſt, eam continet. hoc autem inquit impoſsibili ſimile videtur. ſ dicere vnamquāque animæ partem quandam corporis continere nam ſi hoc eſt, qualem partem inquit, aut quomodo intellectus continebit difficile eſt etiam fingere. ſt. n. intellectus quoq; pars aīę, ꝙ ſi corpus anima continet, & ipſa, & partes eius ſeparabiles ſunt, id quidem ſequitur, quod partem corporis continebit. at intellectus eſt animæ pars, ipſum igitur aliquam partem corporis continere opus eſt, & hoc quidē etiam fingere difficile eſt. nam quāquam aliæ animæ potentiæ velut eæ, quæ in operationibus corpus vel totū, vel in parte mouent, in quibuſdam ſeparatis particulis

ſubin

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſubintelligentur: quomodo intellectus, qui in corpore non vtitur operationibus, in aliqua particula corporis eſſe ſubintelligeretur? manifeſte igitur per hæc intellectū a corpore ſeparabilem dicit, quod ſi hoc, immortalem quoque eum eſſe fatetur, quod & ipſe ſæpenumero dixit, & nos huiuſce rei vſus in proœmiis propoſuimus. At Alexander hoc in loco cum penitus dubitauiſſet quid eſſet huiuſce conſiderationis proprium dicere, ſilentio locum præteriit. ex his igitur, quæ dicta ſunt, hic id patet, quod intellectum eſſe ſeparabilem, & ſubſtantiæ alterius Ariſtoteles declarat.

Apparent autem & plantæ diuiſæ uiuere, & animalium quædam inſectorum, ut eandem habentia animam ſpecie, etſi nō numero: utraque igitur partium ſenſum habet, & mouetur in loco in aliquod tempus, q̄ ſi non perſeuerant, haud eſt abſurdū, inſtrumenta.n. non habent, ut naturam conſeruent. ſed nihilominus in utraq; partium omnes inſunt partes animæ, & eiuſdem ſpeciei ſunt inter ſe, & cum tota, inter ſe quidem, ut quæ ſeparabiles non ſunt, cum tota anima, ut quæ diuiſibilis eſt.

Cum redarguerit oratione dicentes eſſe aīam ſm partes partibilem, nunc in ipſis rebus ſermonem falſum eſſe demonſtrat, ſi enim inquit plantæ, & animalia inſecta diuidantur, vna ſingula quæque pars indifferenter aīales potentias habere videtur, quia in vnoquoq; ramo & generandi, & nutriendi & augmentandi vis eſt, & vnaquæque inſectorum diuiſorum pars habere motumq;, & ſenſum videtur. q̄ ſi ſm partes eſſet anima ſeparabilis, non hoc quidem eſſet ſed in hac quidem particula ſenſus, in illa vero motus eſſet, generandi autem vis aut ſtatim cum diuiſione ſimul in inſectis corrupta eſt, aut in vtroq; potentia eſt, aut omnino nihil eſt. etenim multa ipſorū (fortaſſe etiam omnia) non generant quapropter vna & eadem anima in his eſt numero quidem, priuſquam diuidātur, poſtquā vero diuiſa ſunt, ſpecie, non autem amplius numero nō.n fieri poteſt, vt quæ in diuiſis ſubiectis ſunt, eæ ſint vna numero. q̄ autem inſectorum partes vtplurimum non viuant, cauſam eſſe ferunt, quod quæ potentiis animæ ſubſeruiūt partes inſtrumentales haud habeāt, vt fortaſſe inteſtina, aut oculos, aut os, aut ſimilia per quę virtus ea, quæ in totum corpus defluit, ſuppeditatur. & eiuſdem ſpeciei ſunt inter ſe, & cum tota, inter ſe quidem vt eæ, quæ partibiles non ſunt, cum tota vero anima veluti quæ diuiſibilis eſt, nam partes inſectorum, neq; non plantarum ſecum ipſæ ſunt eiuſdem ſpeciei, propterea quod animæ potentias minime ſeparabiles habent, ſed omnes in vnoquoque potentia ſunt, hoc enim.i inter ſe quidem, vt quæ ſeparabiles non ſunt, cum tota autem anima ſunt eiuſdem ſpeciei. ſ. ante quam fiat animalis diuiſio, cum ea autem hac de cauſa ſunt eiuſdem ſpeciei, qđ eſt, vt tota in partes ſimilares diuiſibilis, nāq; ſimilarium diuiſorum partes cum totis ſunt eiuſdem ſpeciei, diuiſibilis autem per accidens, quia cū diuiditur illud in quo eſt, ipſa etiam ſimul diuiditur. cum igitur Ariſto quibuſdam exemplis exercuiſſet rationem, plantarum videlicet, & inſectorum bene quidem ſuccedentem comperiit. at quiſpiam fortaſſe dubitauerit. an in omnibus hic ſermo ſit verus, in aliis nāque animalibus cerebrum videtur cauſa ſenſus, & motus, etenim ſi quodpiam iniiciatur in cerebrū, id quidem immobile, atque inſenſibile animal facit, etiam ſi neruus, vnde in reliquum corporis e cerebro motuſq;, & ſenſus aduenit, diuidatur, eius quidem pars diuiſa ſuperior tota & mouetur, & ſentit, quæ vero inferior eſt omnino motuq;, & ſenſu caret. illud idem quoque, ſi in neruo fiat oppilatio, obuenire ſolet, præterea iræ ipſius generatio de ſanguine circum præcordia cernitur eſſe: cupiditas vero aut ſimul cum hepate diſponitur, aut ex hepate ipſo oritur, quod ſi potentiæ ipſæ in ſubiecto corpore eſſe habent, neque tamen omnes per totum corpus procedere videntur, neque enim viſus neque auditus, neque odoratus, neque guſtus per totum progrediuntur, vis etiam concoquendi qualdam ſibi particulas deſignatas habet, ad hæc ira non per totum procedit, & in reliquis ſimiliter dicendum eſt, quod omnino neceſſarium eſt, vt vnaquæq; virtus in illa parte ſedeat, in qua etiam operatur. ad hæc igitur ita dicunt, quod harum potentiarum partes hæ principia quidem ſunt, at non penitus in illis circonclusæ potentiæ ſunt, ſed ex illis in reliquum quoque corpus veniunt, igitur totum corpus ſimul cum iracundia, cum cupiditate diſponitur. veruntamen hoc non ſufficit, nam quod quærimus, id dubium eſt, quod vnaquæque animæ vis quandam ſibi partem corporis ſortita eſt, qua primum iuxta virtutem animæ in ſe ſedentem operante, aut patiente, propter cōtinuationem, conjunctionemq; naturæ reliquum quoque ſimul corpus afficitur. nunquid igitur, quod ad plantas, & inſecta pertinet, in ipſo manifeſto corpore anima habet eſſe, quare ſimul cum ſubiecto diuiditur: in reliquis vero animalibus velut ea, quæ in alio quodam ſubiecto ſpiritu eſt & ſecundum quandam aptitudinem reducet, cum priuata fuerit, ea aptitudine, quicquid diuiſum, aut tale aliquod paſſum fuerit, haud amplius animæ opera admittet. q̄ ſi ad hoc vt reluceat aptitudine indiget, id ſequitur q̄ vnaquæque eius pars maiorem cum potentia quadam animæ aptitudinem habēs magis, vel ſola inter alias eluceat, & ex ea propter continuationem in reliquum quoq; corpus dimittitur: in ſpiritu quidem ſic ſe habent animales potentiæ, quemadmodum in arbore plantales totæ per totum procedentes ſpiritum.

Videtur autem & in plantis principium anima quædā eſſe: hæc enim ſola communis eſt & animalibus, & plantis.

Poſtquam eos, qui fuerunt ante ſe phyſicos improbauit ea de cauſa quod omni de anima non diſſeruerunt, hoc ipſe facit, decq; omni diſſerit. cum igitur in ſuperioribus dixerit etiam plantas eſſe animatas, in quibus cum diuiſæ ſunt, eſſe ſpeciatim eandem animam dicebat, vbi etiam refellit Orphei carmina, quæ nos ex vniuerſo animam latam reſpirare dicunt, idq; verbis oſtendit impoſſibile eſſe plantis contingere, nunc quod anima eſt etiam in plantis huiuſce rei fidem facit, ex eo quod & plantis, & animalibus hæc potētia communis eſt: nam ſi nutrienti, & augendi & generandi vis in animalibus animalis potentia eſt, & eaſdem in plantis virtutes eſſe videmus, id patet q̄ illæ etiam ſunt animatæ. illud autem ait, q̄ hæc enim ſola communis eſt, hoc ſignificat, q̄ hanc ſolam cū plantis animalia communicant.

Et hæc quidem ſeparatur à ſenſitiuo principio, ſenſum autem nihil ſine ipſa habet.

Ex hoc illud ait, plantale quidem principium ſine ſenſitiuo poteſt eſſe, ſed hoc non ſine illo, hoc autem dixit, non veluti potentias vtraque anima ſeparabiles habeat, id enim paulo ante redarguit, verum quod in quibus plā talis eſt, in iis omnino non eſt ſenſus, in quibus autē ſenſus ineſt, in iis plantalis eſt omnino, quod ſi fieri non poteſt, vt ſine plantali ſenſitiua ſit, id patet, quod ipſa quoque plantalis anima eſt, de hac autem veluti potentia animali diſſeritur, ſuperius quidem quæſiuit quanam parte animæ vitam habeamus, in iis autem, quæ ſequuntur in animatis ſecūdum hanc ipſam potentiam vitā eſſe dicturus eſt. Quæ ergo a prioribus de anima tradita ſunt, hæc dicta ſufficiant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

SECVNDVS
IOANNIS PHILOPONI
INTERPRETATIO
IN SECVNDVM LIBRVM ARISTOTELIS
DE ANIMA.



POSTQVAM in primo libro, quẽadmodum in proœmiis pollicitus fuerat Aristo. maiorum de anima opiniones exposuit, & ibi, siquid ab eis non bene dictum fuit, argumentis falsum esse demonstrans confutauit: reliquũ est, vt quæ sua de anima sit opinio, nunc exponat. In hoc igitur secundo Libro de potẽtijs animæ, quæ sunt extra partem rationis, in tertio autem de iis, quæ sunt rationis participes, differit: quãquam in hoc etiam rationalium, & in tertio irrationalium mentionem facit. in principio autem veluti communem animæ diffinitionem declarat, cum eam dicat esse entelechiã corporis naturalis organici potẽtia vitam habentis, q̃ diffinitionem, quicũque voluerunt animam rationis participẽ dicere immortalem, Philosophi correptam impugnant dicentes eiusmodi diffinitionem non esse omnis animæ, sed solum plantali conuenire: nam, si entelechia perfectio est, & forma, & animam esse corporis entelechiam dicit, forma autem corporum inseparabilis ipsa est, id patet, ꝙ hic de ea, quę non separatur a corporibus, sermo est: sola autem ea plantalis est. Verum illi male putant. hæc enim diffinitio vere de omni anima data est, nam cum dixisset entelechiam esse animam, subintulit primam, nãque entelechia alia est prima: & alia est secunda, prima quidem, inquit, vt scientia: secunda vero vt contemplatio. Dicit igitur entelechiam vt scientiam. non vt contemplationẽ, nam cum adsit aĩa, & somnus, & vigilantia est. proportionabile autem scientiæ somnus est, contemplationi ꝟo vigilantia. Quare si entelechiam non vult esse aĩam, quẽadmodum scientiæ habitus est, propterea quod animal, vbicunque viuat, animam semper habeat: neque tamen ꝑm illam semper operetur, id quidem patet, ꝙ ille de plãtali sola non loquitur. Plantalis.n. non secundum sciam, sed secundum contemplationem speculatur, semper. n. plantalis anima per actum secundum. Quod est vt contemplatio operatur: & id magis in somnis, vbi reliquæ animæ potentię quiescunt: & ideo tunc maxime digestiones fiunt: Venereaq; sæpenumero nos, etiã si nolimus, inuadunt. Quare magis & de rationis participe, decq; ea, q̃ ratione vacat anima, hic sermo fuerit, q̃ de plantali, nãq; animis hisce, etiam si dormiamus, animati sumus. in secundo enim habemus animam potentia, ꝙ est actu primũ, hoc autem est vt scientia, geometricum nãque habitum geometra dormiens habet, contemplationem vero nequaquam. Item cum ipse diffiniens dixisset aĩam esse entelechiam corporis naturalis organici potentiam vitam habentis, subintulit. q̃tum ex diffinitione colligitur, necesse esse aĩam, vel aliquas partes eius, si partibilis ipsa sit, a corpore separari, de plantali. Cid enuncians. nam quid a corpore separata nutriendi vis nutriet? aut ipsa augendi q̃d augebit? etenim quarũdam inquit ipsarum partium est entelechia. Deinde subiungit. verũtamen aliquas esse partes nihil prohibet, iõ ꝙ vllius corporis entelechię nõ sunt. Quapropter intellectum quoq; cõplexus est, is enim neque circa corpus operationes habet, neq; quo operetur, corpore vtitur: quod quidem, vt dictum est aduersatur illi, quoq; minus operetur, impedimento est, propterea q; necessario separabilis. deinde rursus hæc adducit, adhuc autem non patet, an sit entelechia corporis anima sit, vt nauis gubernator. id autem manifestum est, ꝙ hoc ipse non dixisset, siquidem de plantali sola sermonem faceret. At fortasse ex his, quæ dicta sunt, aliquis contrario dubio fieri posset, num tali definitione plantalis anima concludatur: nam si animam esse entelechiam dicit, non vt cõtemplationem, sed vt scientiam, plantalis autem anima entelechia est, non vt scientia, sed vt contemplatio, semper enim operatio in secundo est, ꝙ actionem significat, id patet ꝙ animæ tali non conuenit hæc diffinitio. Sic igitur ad hoc dicamus ꝙ nihilominus in diffinitione plantalem complexus est, nam cum dixisset entelechiam vt scientiam, omnẽ animam complexus est, quod enim omnem consequitur, & semper, id extulit, etenim quando rationalis anima operatur, & quæ ratione caret entelechia vt scientia diceretur, quod est vt habitus: quod quidem potestate secundum est, actu vero primum. propterea quod omnis operatio ab ea, quæ se secundum habitum habet potentia, descẽdit: operans enim videlicet geometra geometrica exercendo habitum geometricum tenet, quem si non teneret, quomodo per eum operaretur, quem nõ teneret? quapropter vbi est operatio, ibi quoque penitus habitus est. at nõ contra vbi habitus, ibi operatio est, nam geometra dormiens (vt sæpe iam dixi) habitum q; dem geometricum tenet, at operationem non habet, qđ si latius habitus se habet, quam operatio, semper enim, & omnes habentes consequitur, merito cum vellet omnis animæ. quomodocũque se haberet, siue videlicet operaretur siue non, definitionem dare, vsus est ea, quæ & semper, & omnes consequeretur: scilicet entelechia vt scientia. Quemadmodum igitur de operante rationali anima dicens, irrationalem quoque complectitur, hoc modo plantalem non prætermittit. nam quod plantali semper inest, operationem dico, illud aliis est aliquando. at sane potentia secunda, quæ est in habitu, oĩbus adest, & semper. pręterea ipse in dictione omnis animæ esse reddita rationem vult, quod inquit si commune quoddã in omnem animam dicere oporteat, id erit entelechia prima, sermonemq; in omnem protendit, ostenditq; nõ esse vt diffinitionem, cum dicat, si quoddam. sic igitur fit hoc ordinatum. In his autem quærere dignum est, quid ita, cum ipse id dixerit in prior sermone (at cauti simus, ne lateat vtrum vnus de ea sit sermo, veluti de animali, an alius de vnoquoque vt de equo, cane, homine) quid ita inquam hic omnis animæ vnam diffinitionem assignet? ad hoc igitur dicimus quam maxime non esse diffinitionem datam. nam si animæ, inquantum animæ non est cõmune genus, nam certe vt substantiæ est cõmune quoddam genus, videlicet substantia, veluti nec indiuiduorum est, inquantum indiuidua sunt, est quidem cõe quoddam genus animæ, animatum particulari non, vel specie, differentiam nec est omnium quidem communis quædam species, veluti quæ solo numero differunt, quemadmodum est animalium in his quę specie differunt commune quoddam genus, scilicet animal simpliciter, & hominum communis quædam species est, homo simpliciter, omnis autem diffinitio genus habet, non igitur omnis animæ simpliciter dare diffinitionem, sed descriptionem possumus. quare hæc ratio quæ de omni anima tradita, est discriptio est, non diffinitio, præterea ipsa discriptio non est proprie vna, nãque æquiuocarum rerum animarum per æquiuocas voces descriptionem reddidit, æquiuoca aũt voce quidem vnum quoddam sunt, significatione vero plura, ipse autem dicit in Topicis possibile esse æquiuocorum per voces æquiuocas vnam diffinitionem, vel descriptionem dari, dicimus. n. cibum sanum, & medicinam sanam, similiter phlebotomiam, & exercitationem sanam dicimus, & vrinas, & pulsum sanum. horum igitur, cum sint æquiuoca, possumus inquit vnam per voces æquiuocas diffinitionem dare dicentes illud esse sanum ꝙ ad sanitatem bene se habet, hoc autem ꝙ ad sanitatem bene se habet, æquiuocum est, vel eo ꝙ sanitatem facit, vel significat, vel conseruat. ꝙ si communi proponamus id, qđ vnicuique priuatim ineſt tunc vniuscuiusq; priuatim diffinitio fit, videlicet bene se habens ad sanitatem est, vt conseruet ipsam, velut exercitatio, aut vt significet, velut vrine faciũt, aut arteriarum pulsus, aut vt faciat, veluti cibus, Quapropter voce quidẽ vna est hęc diffinitio, bene se habens

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bens ad ſanitatem, ſignificatione vero plures. hoc igitur mō neque aſsignata animarum deſcriptio, cum ſit æquiuoca, vna erit, verum plures. entelechia enim de forma ſeparabili & de ea. quæ non ſeparatur, dicitur, nam gubernator quoque nauis perfectio eſt, & forma carnis perfectio eſt corporis ipſius carnis. verum cum ſit a nauigio ſeparabilis gubernator, ſolam, quæ nauigij perfectio eſt, operationem ſuam tenet forma vero carnis, & vniuerſaliter formæ quæ ſunt in materia ſuorum ſubiectorum perfectiuæ ſunt, ſic igitur & in animabus, anima quidem planta lis & ea, quæ ratione caret, cum ſubſtantiam ab ſubiecto habeāt inſeparabilem, & quę ſine ſubiecto nihil operari queat, ipſam quidem ſubſtantiam habent, quę ipſius ſubiecti perfectio eſt, at ſane rationalis anima non ſubſtātia, ſed operatione ſola perficit animal, voluntate enim ſua vtens anima irrationali velut inſtrumentoriis modis ipſum mouet. præterea in animis eſt & prius, & poſteri⁹, nāque vbi rationalis eſt, ibi quoque ſunt reliquæ, neque id ſane conuertitur, in quibus autem prius eſt, & poſterius, horum non eſt communiter prædicatum genus, nō igitur animarum commune quoddam genus eſt, verum ſunt æquiuocæ, velut ea, quæ ab vno, & ad vnum ſunt. Dixi autem rationalem non eſſe ſine aliis, ad hoc videlicet animal mortale deſpiciens, quoniam quantum in ſubſtantia a propria ſua anima & ante animalia, quæ ratione carent, & poſt eſſe per ſe poteſt, at is ſermo de animis eſt, quæ ſunt in hiſce animalibus, quæ morti obnoxia ſunt. quare ſi animæ ſunt æquiuocę, diffinitio quoque aīarum tradita eſt æquiuoca, neque propterea vna eſt, vñ & ipſe cum ſciret impoſsibile eſſe proprie vnam animæ diffinitionem aſsignata hac ipſa diffinitione dixit ſi quoddam commune in omnem animam dicere oporteat. At quiſpiam fortaſſe ex his, quæ dicta ſunt illud quæſierit, qd ita, ſi vna omnis animæ diffinitio dari non poteſt, de iis, qui fuerunt ante ſe, conqueſtus eſt Ariſt. cp non de omni anima differerunt? Dico igitur primum cp illi facere poterant, vt ipſe fecit, de omni ſcilicet, ſi non diffinitionem, ſaltem communem quandam deſcriptionem redderet: deinde non hoc eos accuſat, cp vnam omnis animæ definitionem non aſsignauerint, verum quia de omni, quæ cuiuſque eſſent propria, minime diſſertarunt, quod quidem ipſe facit, nam poſt traditam communem rationem priuatim de vna quaq; diſſeret, & de ipſis eo, quo dubitauit modo, docebit. etenim cum velit de ea, quæ eſt extra partem rationis, explicare, de obiectis primum diſputat, veluti de ſenſu doctrinam daturus, prius de ſenſibilibus ſermonem facit, & de viſu dicturus de viſibilibus prius loquitur, neq; ante de nutriendi vi diſſerit, q̄ de nutrimentis tractauerit, de aliis quoque ſimili modo, deinde ſic ad operationes tranſit, & inde ad illas potentias, quæ eas ipſas operationes faciunt.



VONIAM *autem ea quæ de anima tradita ſunt ab aliis, inquantum unuſquiſque enunciauit, prius dictum eſt.*



INC (vt iam dixi) opinionem ſuam de anima exorditur, & primum quędam de omni anima communem ſermonem trade re vult, at prius ea, quæ in comprehenſionem ipſius diffinitionis cōferunt exponit, nam, cum velit animæ genus accipere ad diſſinitionis redditionem, idq; magis cp generi proportionabile eſt, nāq; etiam dictis de cauſis diffinitio diffinitioni proportionabilis eſt: primum merito omnium, quæcunque ſunt in decem prædicamenta diuiſionem facit. Cum ſit enim ex his quæ ſunt anima, eam ſub vno horum prędicamentorum eſſe neceſſe eſt, cp igitur anima non eſt accidens, id patet, nec quidem quantitas eſt, hoc enim in ſermonibus contra Timæū demonſtrauit oſtendendo nullo modo fieri poſſe, vt anima magnitudo ſit. Prętera cō tra Xenocratrem eam eſſe numerum impoſsibile eſſe declarauit. Quare neque, vt continua, neque vt diſcreta q̄tas erit, neque propterea penitus q̄tas cp autem non ſit qualitas, id oſtendit in quibus ea non eſſe Harmoniā diſputat, argumētis enim eiſdem eam omnino qualitatem non eſſe comprobat, cp ſi neque qualitas, neque q̄tas eſt multo minus ex aliis accidentibus erit, reliqua enim ſunt ex his, id ergo relinquitur, vt ſit ſubſtantia. Quod ergo anima ſubſtantia eſt, ideo rurſus ſubſtantiam in ſimplicē, & compoſitam diuidit, atq; adhuc ſimpliceem in formā, & materiam. Cum igitur ſit ſubſtantia triplex, ſubſtātia maxime corpora videntur eſſe, pręcipue autem vt ad homines multos, horum. n. maxime cognitionem habent, corporum vero maxime ſubſtantiæ ſunt corpora naturalia, diſtinguendo. ſ ab artificioſe factis, vel etiam mathematicis corporibus. fortaſſe autem corpora artificioſe facta appellat ea, quibus ab artificioſe formæ quædam inductæ ſunt, vt ex baculus, & ſolium, neque enim corpus aliquod eſt inquantum corpus artificioſum. cum autem naturalia corpora compoſita, ex forma, & materia componantur, in his forma magis ſubſtantia eſt, hoc enim & eſt, & dicitur compoſitum per ipſam formam, nam cum ſit vna, & cōmunis materia, diſcretio, & eſſentialis vnio, quæ fit in vnoquoq; ex formis eſt. ex hac igitur diuiſione inuenimus corpora naturalia magis eſſe ſubſtantiam, & in his magis formam, q̄ materiam. hinc igitur quærendum eſt, in quo nam horum veluti genere aīa ponenda ſit, vtrum compoſita quædam ſubſtantia (idem ac ſi dicam corpus naturale) ſit, an ſimplex? quod ſi ſimplex, forma ne, an materia? poſthac igitur, vt ex manifeſtioribus hoc inueniat, inquiſitionis principium facit, in quo autem magis anima manifeſtatur. i animatū, animatum vero, quia viuit, animatum dicitur. Corporum igitur inquit naturalium, alia quidem vitam habent, & ea aīata vocamus, alia vero vita carent: quapropter in corporib⁹ naturalibus vitam habentibus animam contemplantur, hancq; ipſam vitam vocamus aīam, neque. n. corpus ipſum animam dicimus, nam corpus, poſtquam vita abiit, nihilominus corpus eſt, nec viuit amplius, nec anima dr. Quare anima in habentibus] vitam non corpus, verum vita eſt. propter quam ea animata dicuntur, quæ igitur corpora viuunt, ea compoſita ſunt ex corpore, & vita, quæ in ipſis eſt, quāque vocamus animam, ex anima igitur, & corpore animatum compoſitum eſt, atqui ſubſtātia omnis ex forma, & materia compoſita eſt, igitur animatum cum ſit ex anima, et corpore, alterum quidem vt materiam, alterum vero vt formam habebit. Quod ſi forma continua eſt, & finis materiæ cauſa, & hoc idem anima corpori eſt, nāque ea egreſſa corpus ipſum diffluit, & putreſcit: forma quidem corporis erit anima, materia vero corpus ipſum. cp autem anima ſit corpori cauſa, vt ſit, patet ex eo, quod animata hac ipſa re notantur, & inde habent, vt ſint, vnde etiam conſuetudo eſt, vt anima priuata corpora, quāquam vel poſt animę ſeparationem corpora ſunt, nihilominus dicitur, Abiit, nec eſt amplius Admeti vxor. Quare ſi compoſita animata ex anima, & corpore conſtant. omne autem compoſitum eſt ex forma, & materia, & quod in iis continuum eſt, & eſſentiæ cauſa, forma eſt, & anima in animatis talis eſt, id ſequitur, vt anima ſit forma. Sic igitur animam eſſe ſubſtantiam ſecundum formam inuenit, quam quidem formam vocat entelechiam ab ἐν, cp eſt vnum, & τέλειον perfectum, & συνέχειν continere. i. quod vnum perfectum contineat, etenim vnionis, & perfectionis materiæ forma cauſa eſt. quia etiam ſubiecti perfectionis cauſa eſt, & ipſum continet. aſsignat igitur hinc animæ diffinitionem dicens eſſe eam entelechiam: ſcilicet formam, & perfectione. at cuius? huiuſce corporis naturalis. hoc propterea dicit vt ab arte factis corporibus, & ab accidentibus diſtinguat. Deinde quoniam lapis quoque corpus eſt naturale, & huius forma entelechia, quemadmodum omnia quoq; anima carentia ſe habent, ideo adiecit, potentia vitam habentis, ea de cauſa, vt ab inanimis, ab mortuis corporibus, & a ſemine ſeparet: neque enim ex inanimatis aliquid potentia vitam habet, neque corpus mortuum, neque ſemē neque etiam in vtero infantulus, ſi nondum vitę inſtrumenta parata ſint: in proceſſu autem literæ in idem deducit vt talibus organis inſtrui: cum potentia vitam habere, adeō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vt quod vna re hac verborum ſerie vti liceat potentia: ſci licet vitam habet, & organis inſtructum eſſe, non igitur mortuum potentia vitam habet. nam licet organis inſtructum videatur: nihilominus (vt ipſe ait) eius partes æqui uocæ ſunt. etenim ſic mortui manus dicitur, vt lapidea, quia non manus officium facit, neque ipſum ſemen potentia habet vitam, nāque quia organa nōdum obtinet, id haud eſt idoneum vt ex anima vitam ſuſcipiat. Verū tamen ſemen ipſum, vel infantulus in vtero non organis perfecte inſtructus potentia vitam habere dicetur: habēs enim vitam potentia fieri poteſt. at ipſum perfectum, quodq; iam vitam ſuſceperit, illud habere vitam potētia dicit. quomodo igitur potentia, & non actu? Quoniam quatenus in ſui ipſius natura ſine vita eſt, aptumq; ſolum ad ſuſcipiendam vitam, ſm autem potentia id eſt, q̄ habet habitum, nāque per ſe habitum tenet vt viuum fieri poſsit: & ſi ſemper ab anima, donec adſit, viuificari pōt, vt enim iam diximus, quæ ſecundum habent actu, qd' eſt in contemplatio, ea habitura habent. Quare etſi ſemper corpus viuum ſit, haud abſurdum eſt, quantum in eius natura eſt: id dicere, q̄ potentia vitam habeat: etenim patet ipſum, cum potentiam habeat, vnde poſsit viuum fieri, ita fieri viuum. nam ſi ex ſe non habere potentiam, non quidem viuum fieret hoc autem, q̄ de potentia ſignificatum hic eſt, idem dixit in libro de interpretatione, vbi ipſum poſsibile diuidit: poſsibile enim inquit nō ſimpliciter dicitur: ſed hoc quidem, velut actu exiſtat, vt poſsibile eſt ire, quia vadit, idq; omnino poſsibile eſſe ait, qd' iam in actu eſt. ſm hoc igitur id dictum eſt, & potentia vitam habentis. Dubitauerit autem fortaſſe quiſpiam cū ſit anima ſecundum formam ſubſtantia, quid ita non eſſe commune aliquod genus animæ dicamus? commune. n. animarum genus eſſe ſubſtantiam, aut quid ita omnino entelechiam eſſe æquiuocam? quid ita inſuper, cum regula recta dicat, in quibus eſt prius & poſterius: horum communiter prædicatum non eſt genus, & cum prius & poſterius in animis ſit, ipſarum tamen communiter p̄dicatum genus eſt, omnis nāque anima ſecundum formam, q̄ entelechiam vocat, ſubſtantia eſt. quod igitur nō ſimiliter oīs anima ſubiecti ſibi corporis entelechia eſt, id iam abſoluimus, propterea quod, etſi anima rationalis entelechia corporis dicitur, actu tamen ſolum corporis eſt entelechia, non ſubſtantia, quemadmodum ſunt aliæ. Verum ſiquidem genus ipſarum ſubſtantia eſt, & ſubſtantia quidem ſm formam, nonne hoc dubium regula vniuerſalis ſoluiſſe videtur? ad hæc igitur reſpondeo. q̄ cum in quibus eſt. prius, & poſterius, horum non eſſe cō muniter prędicatum genus dicimus communiter prædicatum, non quoduis accipimus, verum illud, q̄ continua re circūplectitur, nāque eſt etiam animal lapideum, velut equus, & æreum, vel ligneum, atque ideo eſt illi animal prædicatum, vel equus non illi vt genus prædicatur, nihil autem hæc ipſa genera communia prædicata remotiora habere prohibet: corpus igitur & ſubſtantia vt genus equi lapidei & lignei prędicatur, idemq; in omnibus. Sic igitur & in anima, genus quidem ipſarum eſſe ſubſtātiam nihil prohibet. at ſane q̄ ipſas continuare complectatur commune quoddam genus non habent, neque. n. anima, velut ipſarū genus prædicatur, neque entelechia. nam quemadmodum dixi, entelechiæ: partim quidem ſubſtantia ipſa ſunt corporis, partim vero operatione ſola: non igitur ſimiles omnes entelechiæ ſunt, in ipſis igitur eſt prius, & poſterius.

Nunc ut ab initio rurſum redeamus tentantes diffinire quid eſt anima, & quænam ſit eius maxime cōis ratio, Dicimus quidem unum quoddam genus eorum, quæ ſunt, eſſe ſubſtantiam.

Nam poſtquam, ea, quæ prius ab antiquis dicta ſunt enarrauit, aliud orationis principium facit, ac illa quę ſibi videntur exponit.

Huius autem aliud quidem ut materia, q̄ ſane per ſe non eſt hoc aliquid, aliud uero formam & ſpeciem ſecundum q̄ iam dicitur hoc aliquid, & tertium, q̄ ex his conficitur.

Hoc aliquid hoc in loco Ariſto. formam ſignificat, in prædicamentis enim eſt indiuiduum. ſubſtantia n. inquit, omnis hoc aliquid ſignificare videtur, q̄ igitur vnicuique eſt eſſe, & dici, velut hominem, equum, ſm formam id eſt, nam cōmuniter omnibus materia ſubſtrata eſt. ideo dicit ſubſtantiam ſm materiam per ſe nullam eſſe formā, quia neque per ſe ſubſtitit. Verum ſemper quadam cum forma materiam contemplamur, per quam formam deinceps vnumquodq; denominationem habet: nam per quod ab vnoquoque aliorum differt, illud habet a forma. poteſtate autem materia eſt, nihil enim formarū per ſe materia eſt. Verum poteſtate omnes, neque enim id, nec abſolute quidem, q̄ eſt alicuius ſuſceptiuum, illius materia eſt, vt in magis proximis materiis videre eſt, nūquam enim (vt ita dicam) fictilium inſtrumentorum lapides materia erunt, qm̄ non id habent a natura tributū, vt horum formam ſuſcipiant, neque id, quod non amplius poteſt, quia eandem obtinet formam, regula enim non fiet, neque ſuiipſius materia: neque conſimilium formarum, quia iam ſpeciem actu habet, igitur prima poteſtate ſolum conſideratur, vnaquęq; autem proximarum poteſtate ſolum eſt illa forma, cuius eſt.

Eſt aūt materia quidem potentia, forma uero entelechia.

Non dixit entelechia per ablatiuum caſum, ſed per nominatiuum, nam poſtquam materia ipſa formam ſumpſerit, entelechia eſſe dicitur, & hoc vtrūque ſimul eſt, ſed ſane forma per ſe entelechia eſt. oppoſuit autem potentiæ entelechiam, quia imperfecta potentia eſt: entelechia vero ipſa perfectio, nāque in perfectione ſignificat ipſum eſſe, in quo autem vnumquodque habet eſſe, in eo quoque propriam habet perfectionem, ſed vnūquodque ſm formam ſuam habet eſſe, igitur vnuſcuiuſque perfectio ſua ipſius forma eſt. q̄ ſi perfectionis eſt forma, & perfectio ipſa eſt entelechia decenter quidem formæ nomen in nomen entelechiæ trāſmutat. q̄ ſi vniuerſe forma eſt, forma autem anima, id quidem ſequitur q̄ anima eſt entelechia, neque vero ſolum vt nunc loquimur, formam dicit entelechiam, ſed etiam pro figura hoc nomine vtitur. etenim de vtriſque in naturali diſſeruit, nam ſtatuę figura eius perfectio eſt. fortaſſe aūt entelechiæ nomen pro forma aſſum pſit iō q̄ formæ nomen in accidentia quoq; fertur, veluti cum dico Socratem forma eſſe ſimum, ventre elato. ſed hæc non ſunt Socr. perfectio, verum ſic illi acciderunt.

Et hæc duobus modis, altera quidem ut ſcientia, altera uero ut contemplatio.

In duas partes entelechiam diuidit, alteram ſm habitum, alteram ſm operationem dicit. hoc autem facit, qd' ſibi entelechiæ diuiſio ad diffinitionis aſsignationem vtilis eſt, cum ſit enim duplex entelechia, altera quæ eſt ſecundum habitum quæ quoque & tempore, & natura prima eſt. altera, quæ eſt ſecundum eam, quæ ab hac eſt, operationem, inueniet animam (veluti iam diximus) eſſe entelechiam primam. ſecunda enim quæ vt contemplatio eſt, a prima vt ſubſtantia ſit habet, nam contemplatio per ſe ſubſtantia non eſt.

Subſtantiæ autem maxime eſſe uidentur corpora, & horum naturalia, ea enim ſunt aliorum principia.

In tria ſubſtantia diuidens in materiam, in formam, & in vtrūque ſimul, q̄ eſt naturale corpus, ex hoc (vt iam dixi) velut a magis manifeſto doctrinam tradere incipit, ex hoc. n. rurſus inueniet. qd' aīa ſubſtantia eſt, & qualis ſubſtantia item ſit, hæc igitur inquit maxime ſuba videntur eſſe. pleriq; ue. n. materiamq; & formam non cognouerunt, at ſimul vtrāq; ſolum ſciunt, eo igitur accepto q̄ corpora ſubſtantia maxime vñr, & horum magis quæ naturalia ſunt, diſtinguens videlicet a mathematicis, & artificioſis corporibus, huius rei cauſam addit. Quia, inqt, naturalia aliorum principia ſunt, nam tum mathematicorum, tum arte factorum corporū conſtructio ſunt vnūquodque enim illorum naturale corpus habet ſubiectū, nāque a baculo, quod eſt artificioſum corpus, lignum, quod eſt naturale, ſubiectum eſt.

Sed

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sed naturalium alia quidem habent uitam, alia uero non habent.

Postquam id accepit, ꝙ naturale corpus maxime substantia est, hoc ipsum in animatum, & in id, ꝙ animam non habet: diuidit, & id ostendit, ꝙ anima substantia est. nam si naturale corpus ex materia, & forma substantia est. nam si naturale corpus ex materia, & forma substantia constans vtrūque simul est, & naturale animatum est, id sequitur qđ ex forma, & materia est. Verūtamen ex prima materia, forma simplicia corpora dicimus esse, & hæc ex magis proxima, corporis materia, & aiæ forma. ꝙ si forma substantia est, igitur & anima. & si forma quędam substantia simplex est, igitur & anima substātia simplex, anima inquam ꝑm formam.

Vitam autem dicimus nutricationem per se, & accretionē, & decretionem. Quare omne corpus naturale particeps uitæ, substantia quidem erit, substantia uero sicut compositum.

Diuisis corporibus naturalibus in vitam habentia, & non habentia, deinceps quidnam sit vita diffinit. ex hoc enim quæ vitam habent cognoscenda sunt. per se autem inquit nutricationem, & accretionem, qm̄ additio videt esse accretio, vt si aquæ addatur aqua, quæ tm̄ accretio non est per se, verum per aliud additum, nutriri etiam, atque augeri ignis videri potest, cum tamen vitam nō habeat, quod quidem nequaquam verum est, ea enim ꝑ se nutriuntur, quæcunque habent instrumenta, per quę nutrimentum suscipiunt, quibusque ex nutricatione additioq;, & incrementū in omni parte fit, ignis vero, et aqua, & alia istius modi non per instrumenta suscipiunt, nec in omni parte accretionem faciunt. præterea in igne gnatio magis, & corruptio consideratur, cum ꝙ augetur manere oporteat. verum de hisce in libro de gnatione, & corruptione diligenter dictum est. hinc autem colligant in ventre non esse aia, nam si vita est nutritio per se, & incrementum, & decretio, idq; est per instrumēta propria, ꝙ vita est, infantulus autem in vtero non per instrumēta propria nutritur, dico autem per os, non est igitur cum non viuat, animal, nutritur autem vmbilico per cingulū, ꝙ a matre recipit. verum hisce instando respondere possumus, quod & fœtus in vtero per se nutritur, nam si augetur, patet quod etiam nutritur, manifestumq; est eam nō esse additionem, non enim os ośi apponitur, neque carni caro, sed a matre nutricatio præparatur, quemadmodum quoque nobis panem pistores nutritionem parant. at præterea puerulis præmansum cibum matres præparant, hoc igitur modo & in embrione accidit. secunda. n. quædam nutritionis præparatio est, quæ ex matris natura procedit. at etiam per instra propria nutritur. nāque, & si non per os, ꝙ in eo tm̄ primum est, venter digerit, transmittitq; ad hepar, hepar vero in vnamquāque partem ꝑ venas & sic in vnaquaque nutrimentum subiectæ subæ assimilatur, sed hæc in animalibus perfectis accidere solēt. Item aliter. si perfectissimis aialibus in loco motus adest, manifesteq; in vtero fœtus motu locali mouentur, id sequitur qđ hi quoque aialia sunt. Verum qui hæc omnia confutare quærunt, id contra astruunt, dicentes si nihil quicquam frustra natura facit, neque aliquod imperfectum, ꝙ sibi nequaquam sufficere possit, quid nam, siquidem perfectum erat animal, adhuc ipsum in ventre natura ꝯtinet? nonne id patet ꝙ adhuc imperfectum est? eoq; tendit vt sit aial? nondum autem est. ꝙ si erat aial, quid ita non præbuit illi per quæ viueret instrumenta ꝑfecta, vt os? Verum nos possumus ad hoc contra respō dere, ꝙ veluti, cum iam genitum est aial, & adhuc firmitate roboreq; instrōrum indigeat, operari perfectas aialis operationes minime potest, hoc modo quoque exñs in vtero, ex quo omne corpus cum tempore suam ipsius ꝑfectionem consequitur, maior etiam indiget. auxilio, & propterea ꝙ aialis formam susceptt in vtero conseruat, ꝙ adhuc sane (vt dixi) magis instrumenti, custodia, & cura indigeat: præterea si quispiam ad operationes perfectissimas respiciat, nec puerulum quidem dixerit aial, nisi pubes fuerit, & iam deinceps generatiuas operationes operatus fuerit, sed eum, qui se ita habeat, animal solum dicere absurdum est. Verum fortasse, quę dicta sunt, minime necessaria sunt, neque. n. etsi per se nutritur, iam est aial, quia non est idem viuens, & aial, vigere enim, & viuere ipsum dicemus, at aial nondum. nam plantæ quoq; ipsæ per se nutriuntur, neque tamen aialia sunt. at neque ꝙ sensus sit particeps ideo iam est aial, quæ igitur solum tactū participant, ea non sunt aialia, quę n. media sunt inter sensibilia, & vegetabilia, ea tactus consortia sunt, alioqui aialium maxime proprium est, vt tota per se tota de loco ad locum transeant, ꝙ infantulis in vtero non adest, nāque vtero coniuncti, & colligati sunt veluti sint eius pars, mouenturq; vt plantanimes. quid autem vere, siquidem perfecte composuerat animal, natura sic in ventre cōtinuit? item aliter, si operationis institutio hac via progreditur, vt ab imperfectioribus ad magis perfecta tendat, neque aliter vitæ superiores adueniunt, nisi quæ sunt inferiores præexiterint, huiusce autem rei ordo lic se habet, vt primum sit ꝙ aia caret, deinde plantalis vita sequatur, tertio loco sit eorum, quæ cōmode plantanima dicimus, quarto eorum, quæ sunt extra partem rationis, vltima vero sit rationalium vita. quo igitur hoc ordine constitutionis natura vtatur considerare oportet, nam postquam semē condensatum est, illud ꝙ simul fiat inanimatum quoddā est, deinde (vt ita dicam) organizatum primo plantæ simile est, adhuc tamen extra partem sensus, paulopost aūt cum processerit, & assumpserit sensumq;, & tactū, & motum, tunc plantanimi simile in principio vtero coniunctum est, vt circūpositis conchis, testisue, aut lapidibus plantanimes hærent, atque hoc donec partu emittatur in lucem. tunc igitur in aialia perfecta euadunt, motuq; de loco ad locum mouentur, alūturq; propriis instrumētis, ore. s. & talibus, & omnibus sensibus agunt, tandem aūt (si de hominibus dicatur) vitam rationis participem susciptunt, cum prius extra rationem vitam ducāt. ꝙ si primo vitæ tempore non generant, non ideo non sunt animalia, neque. n. omne animal generat, multa enim ex putrefactione nascuntur, quæ quidem generandi potētiam non habent, & nihilominus animalia sunt, at etiam muli & quæcunque ex diuersarum specierum combinatione nascuntur, animalia quidem sunt, generandi vero potentiam non habent, non. n. animalium generare proprium est, sed vti motuq; & sensu. quod autem non sit animal in ventre, hinc illud patet, nam si animal est substantia animata sensitiua, videlicet nata vt sentiat, si esset animal id oporteret, vt priusquam vel perfecto, vel immaturo partu ederetur, per sensus ageret, quod quidem minime facit, ergo non erat animal.

Quia autem corpus est, tale scilicet habens uitam, non quidem erit ipsum corpus anima, non enim est eorum, quæ sunt super subiecto corpus, uerum magis est ut subiectum, & materia. necesse est igitur animam substantiam esse, ut formam corporis naturalis potentia uitam habentis, substantia autem est entelechia, talis igitur corporis est entelechia. ipsa autem dicitur bifariam, altera quidem ut scientia, altera uero ut contemplatio. patet igitur ꝙ ut scientia est, cum enim adsit anima, somnus, & uigilia est, & respondet quidem uigilia contemplationi, somnus uero habitui sine operatione.

Quod ait ex his hoc est. quia corpus habens vitā corpus est, & tale corpus, quod est, ac si dicat compositum ex corpore, & vita, quæ vita anima est, necesse est hoc qdem aliquid horum esse materiam', aliud vero formam, ꝙ ostendit hoc modo. quod enim inquit, animatum corpus tale corpus est, vt si diceret, hoc quidem subiectum est, illud vero est in subiecto: corpus enim subiicitur, in subiecto autem hoc tale est, subiectum vero non erit anima, ꝙ est ac si dicatur materia. hoc autem declarauit dicendo non quidem corpus erit, pro subiecto. s. accepta anima, corpore vero pro materia, nāque hæc subiecti, materiæq; habet ordinem. deinde causam subiicit, quid ita subiectum non sit anima. non enim inquit super subiecto corpus est, super subiecto dicens, pro in subiecto,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ꝙ formam non eſſe ſignificat: nam quod in ſubiecto eſt forma eſt, non ſubiectum. ſubiicitur autem corpus: dicimus enim corpus eſſe tale. Quapropter in ordine ſubiecti corpus eſt. ex hoc autem quod ait, videlicet non erit anima ipſum corpus, pro ſubiecto corpus accepit, vnde ſubintulit: non.n. eorum quę de ſubiecto ſunt corpus eſt, nam ſi ipſum corpus eſſet anima, videlicet ſi anima eſſet ſubiectum, corpus quidem in ſubiecto eſſet. qđ' ſi ipſum corpus non eſt in ſubiecto, non quidem fuerit anima ſubiectum, ꝙ ipſe dixit, non quidem erit anima ipſum corpus, horum nãque duorum neceſſe eſt alterum quidem ſubiectum, alterum vero formam. ſed hoc in loco quidã quorum vnus eſt Alexander, ſibi perſuaſerunt ipſum dicere, ꝙ anima non eſt corpus, hac de cauſa, inquit Alexander, ꝙ non eſſe corpus oſtendit, ſimul non eſſe ſubiectum declarat, verum res non ita ſe habet, haud enim nunc eſt Ariſto. propoſitum demonſtrare quod anima non eſt corpus, ſed quod incorporea, nãque in iis, quæ deinceps ſequuntur illud explicat, vel nunc quoque demonſtratum id eſt, quibus eam non eſſe magnitudinem declarauit nam ſi magnitudo non eſt, id ſequitur quod neque corpus eſt, nam corpus magnitudo ſuperat. præterea nunc demonſtratum id eſt, ꝙ anima forma eſt, non materia, quodꝙ corpus ſubiectum eſt, & materia, deinde ex additione articuli id patet, non enim dixit non quidem corpus erit aĩa, ſed ipſum corpus, nam qui adponitur articulus cuiuſdam diffiniti declaratiuus eſt, anima ꝟo omnino incorporea eſt, verum (quemadmodum diximus) corpus ipſum ſubiectum materiamꝙ declarat. ex his autem patet qđ' anima forma eſt, quo enim differunt inuicem ea, quę ſunt eiuſdem generis, illud eſt horum forma: corpora autem cum ſint animato generis eiuſdẽ differunt inter ſe, anima igitur animatorum forma eſt cum.n. adſit anima ſomnuſꝙ & vigilia eſt, poſtꝙ diuiſit entelechia in primam, & in ſecundam, videlicet in habitũ, & in operationem ex habitu, dixitꝙ aĩam ſic eſſe entelechiã, vt ſciam manifeſte ſatis ſuperꝙ huiuſce rei demonſtrationes extulit, per ſomnum ſ. & vigiliam, ꝙ idem eſt, ac ſi diceret aĩam operari & non operari, operatio.n. vigilia, contrarium vero operationis ſomnus eſt, eum nihilominus habeamus in vtroꝙ aĩam. Cauſam autem tranſumptionis de forma in entelechiam Alexander pulcherrime conſiderauit. nãque ait qm̃ neceſſe erat diffinire vtrum dicere oporteat aĩal ex operationibus, quę ſm aĩam fiunt, an ex eo, ꝙ operari poſſit, quorum quidem poſſe primũ eſt, operari vero ſecundum. quodꝙ primo, & ſecundo ad diffinitionem vſurus erat, abſurdũꝙ eſt in forma primum & ſecundum dicere, nãꝙ vna eſt vniuſcuiuſꝙ forma, propterea in entelechiam, & perfectionem ſormam tranſumpſit neque.n perfectionem aliam primam, aliam ſecundam dicere abſonum ab ratione eſt, hęc igitur inqt, cauſa tranſumptionis eſt, formæ aũt & entelechiæ differentia inquit eſt, ꝙ omnis quidem forma entelechia eſt, at non oĩs entelechia eſt forma. nã quæ ab habitu eſt operatio entelechia quidem eſt, non tamen & forma. quapropter entelechia ſe latius habet, q̃ forma, forma aũt videlicet ſubaudiendum ſubſtantialis, non per accidens, non.n. (quemadmodum dixi) ſubiecti perfectio accidens eſt, ꝙ ſi hæc ita ſe habent, non quidem qui diffinit aĩam dicens eam eſſe formam talis corporis, bene addiderit primam, ſed q dixerit entelechiam, ꝙ entelechia latius q̃ forma ſe habet, huic quidem illa additio neceſſaria eſt.

Prior autem generatione in eodem ſcientia eſt. Quapropter anima eſt entelechia prima corporis naturalis uitam habentis poteſtate,

Cautiſsime quidem eſt vſus additione dicens in eodẽ, nãque in alio, atque alio, fieri poteſt, vt ſit habitus operatio prior. præceptor.n. tenet habitus operationem priorẽ, q̃ diſcipulus, quia ſane vnius & eiuſdem præcedit habitus operationis, hoc autem in hiſce quæ ſunt in gñatione & corruptione verum eſt, in quibus naturaliter operatio poteſt ab habitu ſeparari: diuina.n. cum habitu concurrẽtem habent operationem: nam ſemper habitum tenentia operantur, quia ſine potentia ſunt operationes, vt in libro de interpretatione ab eo dictum eſt. quare in mortalibus quidem habitus operatio progredit, et hoc in vno, & eodem, velut in vniuerſo, hæc inuicem concurrunt, in vniuerſo enim habitus actio ſemper eſt, nam ſiue diuina, ſiue vniuerſale, ꝙ eſt in mortalibus reſpiciamus, ſemper habitum cum actione mutuo concurrere videbimus', et enim ſemper in horum totalitate ſemper vtraque ſunt, neque omnino alterum alteri adiunctum eſſe dicimus, qm̃ in vniuerſo perfecta imperfectis præpoſita eſſent, vt enim dixi productiuę cauſæ cum ſint in actione perfecta præcedunt, & penitus vniuerſi opificium ex perfectis, non autem ex imperfectis incipere oportet.

Talis autem corporis, quod quidem ſit inſtrumentale.

Qm̃ dixit potentia vitam habentis, hoc ipſum declarat, hoc.n. inquit eſt potentia vitam habens, ꝙ eſt inſtrumentale, non n. prima ignis entelechia anima eſt, videlicet potentia calefactiua: atqui hoc etiam naturale corpus eſt, verum quia non eſt inſtrumentale, non eſt ipſius prima entelechia anima calefactiua. ſ. exiccatiua potentia: inſtrumentale autem id eſt, quod habet inſtrumenta, per quæ operationes in vita fiunt, talia autem ſunt ea, quæ diſsimilarium partium ſunt, quorum vnumquodꝙ diuerſis operationibus incumbit.

Inſtrumenta autem plantarum ſunt partes, at oĩno ſimplicia, ueluti folium thecæ fructus protectio eſt, theca uero ipſius fructus, radices autem pro ore ſunt, utraq; n. trahunt alimentũ.

Qm̃ plantæ etiam ſunt animæ, anima aũt entelechia eſt inſtrumentalis corporis. ideo plantarũ partes inſtrã eſſe dicit, nãque operationem propriam vnaquæꝙ habet. Simplicia ſane inquit plantarum ſunt inſtrã, ſimplicia aũt comparatione inſtrumentorum aĩalium, nam ſubiecto, & operationibus inſtrumenta plantarum magis ſimplicia ſunt, in animalibus.n. vnumquodque inſtrm̃ ex multis ſimilaribus conſtat. Plantarum vero, vt ita dicam, truncus ex ligno, & cortice, vel alio quodam conſtat, at etiam q̃tum ad operationes ſimplicia ſunt, in plantis.n. vna, & ſimplici operatione ſingula quæꝙ pars operat, in animalibus autem multas, & varias vnaquęꝙ pars habet operationes, et hoc conſequenter: nam cum facta ſint inſtrumenta, vt appetitionibus animæ ſubſeruiant, conſequens eſt, vt proportionabiliter ad animæ motus parata ſint, animalium autem aĩæ ſunt appetitionibus variæ, cum plantarum virtus ipſa ſit ſimplex, nam nutritiua potentia ſolum nutrit, & augmentatiua auget, & nihil plus operatur. Poſtquam autem demonſtrauit qũo plantarũ corpus ſit inſtrumentale, ſimul narrat quid inſtrumentale illud ſit, veluti folium thæce fructus protectio eſt, theca vero ipſius fructus, ipſum quidem ſemen fructus dicitur, vt ficus acini, & oliuarum nuclei: thecam vero intelligimus id, ꝙ hiſce humore plenum cum quadam quaſi pelle ipſum complectente circũfuſum eſt. facta igitur inquit folia ſunt, vt thecam protegant, ne quod adhæreat circũ nocumentum ferat, theca vero, vt fructum cuſtodiat, hac enim de cauſa omnia ſunt ab natura excogitata, vt omnium rerum ſucceſsio permaneat.

Quod ſi quiddam cõe de omni anima oporteat dicere, ſit quidem prima entelechia corporis naturalis inſtrumentalis.

Videre potes ꝙ ipſe non vult eſſe cõe genus, vel definitionem cõem animarum, nam (veluti dictum iam eſt) in quibus eſt primum, & ſecundum, non eſt horum cõmuniter prædicatum genus. ex hac autem definitione, q̃ nunc data eſt, id manifeſte patet ꝙ idem eſt inſtrumentale, & potentia vitam habens. etenim cum ſuperius dixerit, naturalis vitam habentis, nunc ait. naturalis inſtrumẽtalis, nominibus hiſce altero pro altero vſus.

Quare non oportet quærere an unum ſit anima, & corpus quemadmodum neque ceram neque figuram omnino nec uniuſcuiuſque materiam, nec id cuius eſt materia, nãq; unum, & eſſe, quia multipliciter proprie entelechia eſt.

In ſermone, quem ante hunc fecit iis, qui in partes animam diuidunt, hoc dubiũ propoſuit, quidnam ſit vnicũ eas

eas partes ſi quidem vnius exiſtentis, & eiuſdem anima lis vna eſt anima, non enim multæ ſunt animæ, nã ſi vna quæq; pars eſſet animal, illud accideret. quod vnuſquiſque multa eſſent animalia, quibus quidem tale dubium conuenit & omnibus qui de anima quidem dixerunt, ſed nihil circũſcripſerunt de conuenientia corporis ipſam complexi, quid ſcilicet ſit vniens animam corpori, & faciens vnum animal. at hæc quæſtio non habebit apud eos locum, qui entelechiam animam, materiam vero ſubiectum corpus eſſe volũt. Quemadmodum enim in cera ſphærica nõ quæſierit aliquis, quidnam ſit vniens figuræ cerã, nãq; figura eſt affectio ceræ, nihilq; opus eſt, quod eas vniat, ipſa enim propria harum rerum natura, & conuenientia ceræ vnionis eſt cauſa. ſic in corpore & anima, nãq; entelechia, & perfectio corporis eſt anima. quemadmodum quoq; ceræ ſphericæ figura entelechia eſt: & ex ſe naturaliter vniuntur, vt enim diximus, quando alterum materia ſit, alterum vero forma, ipſa materiæ conuenientia ſtatim formæ perfectionem ſuſcipit, neq; ad eam rem alicuius medij indiget etenim, inquit, cum vnum, & eſſe multipliciter dicatur, nanq; vnum dicitur vel genere, vel ſpecie, vel numero, vel circulo, vel glutino, vel quæcunque alia in phyſica vnum ſignificãtia numerat. Præterea eſſe etiam multipliciter dicitur, cũ aliud quidem ſit potentia, aliud vero actu ſed vnum proprie & eſſe proprie ſecũdum vniuſcuiuſq; entelechiam rebus ipſis eſt, ſecundum quam omnino eſt, & dicitur hoc aliquid. Quare ſi vnio, & omnino ipſum eſſe hoc aliquid compoſitis rebus ex forma eſt, non illud quærendũ eſt, quid ſit vniens animam corpori, videlicet vt vnum exiſtens, & ſuſceptiuum: hoc enim ipſum natura formæ eſt, & materiæ, quod alterum ſit in altero.

Vniuerſaliter igitur eſt dictum quid ſit anima, eſt enim ſubſtantia ſecundum rationem, hoc autem quod quid erat eſſe tali corpori, ueluti ſi aliquod inſtrumentum naturale eſſet corpus, ut ſecuris, eſſet enim ſecuri ipſum eſſe ſubſtantia eius, & anima hoc ipſum, ſeparata enim ipſa, non quidem amplius ſecuris eſſet, niſi æquiuoce, nunc autem ſecuris eſt, non enim talis corporis quod quid erat eſſe, & ratio, anima eſt, ſed naturalis talis habentis principium motus, & ſtatus inſe.

Poſtquam planiorem animæ diffinitionem dedit, per hæc ad eius partes declarandas ſubit, exemplisq; declarat, quam bene ſit vnaquæq; aſsignata, ſimul etiam per hæc oſtendit animam, quatenus entelechia eſt, a corpore non ſeparari, nanq; perfectio non eſt ſeparabilis: quatenus perfectio eſt. Quomodo autem rationalis dicatur inſeparabilis, ordine progredientes enarrabimus diximus igitur, inquit animam ſubſtantiam eſſe ſecundum rationem, videlicet ſecundum formam: formam autem corporis naturalis inſtrumentalis. Quod igitur ſubſtantia ſecundum formam bene ſit aſsignata, id declarat exẽplis & artificioſis & naturalibus, etenim inquit ſecuris eſt artificioſum inſtrumentum. Si igitur naturale corpus velut inſtrumentum eſſet, forma quidem ſecuris eſſet eius anima ſcilicet inciſiua potentia, quæ tali figura facta eẽt, materia vero, & tanquam corpus ipſum ferrum, ex quo ſi ſeparetur anima videlicet figura, & inciſiua virtus, non quidem amplius erit ſecuris, nec forma propria, quæ incidendi virtutem habeat. Quod ſi forma ſecuris, figura & eius incidendi virtus eſt, quæ ſi ſeparetur, nõ amplius ſecuris eſt, & vt anima ſe habet & corpus, hoc modo ſecuris figura ad ferrum, forma autem ſecuris eſt in hoc ipſo, quod habet eſſe, & dicitur ſecuris talis autem figura eſt, quæ habet incidendi virtutem: corporis igitur naturalis inſtrumentalis forma eſt anima, quapropter habet eſſe in ea, nam ſeparata anima, non amplius inſtrumẽtale eſt corpus, niſi æquiuoce, ſic enim enim dicitur mortua manus, vt lignea, aut lapidea: etenim vniuſcuiuſq; forma, ſecundum cuiuſq; ſubſtantiales operationes deſignatur. Quemadmodum igitur forma ſecuris mortua eſt, cum ſecuris, vt ſecuris operari non poteſt, hoc modo cum animatum perdiderit operationes animati, forma quidẽ eius animata deſtructa erit, virtutes autem ſuas amittit operationes, alterum quidem figura deſtructa, alterum vero, perdita anima. forma autem ſecuris figura talis eſt, quæ ſcilicet habeat incidendi potentiam, animati igitur forma eſt anima. nanque vt figura ſecuris ad ferrum ſe habet ſic anima ad animatum, perfectio autem, & forma ſecuris eſt figura, & incidendi potentia, corporis igitur perfectio, & forma eſt anima. Quare bene dictum eſt animam perfectionem, et formã corporis eſſe. ſimul quoq; patet bene eſſe additum naturale, nam quidem ſecuris corpus eſt, & inſtrumentale, verumtamen entelechia eius non eſt anima, nanq; artis, nõ naturæ corpus eius eſt opus. poſtquam autem in artificioſo exemplo ſermone verſatus eſt, quod propius exponitur aggreſſus exemplo magis affini vſus eſt, in animatorum partibus ſermonem faciens: ſi enim ingt eſſet oculus animal, anima quidem eius viſus eſſet. Corpus vero tuniculæ, & ſuppoſitum liquidum. informatur autẽ natura oculi in ipſo viſu, nam ſi non videret, oculus quidem non eſſet. Quapropter anima quidem eius eſſet ea, quæ ſecundum formam ſubſtantia eſt nunc igitur, inqt, rationem viſus habet ad oculum, eandem tota anima ad totum corpus habet. q; ſi videndi potentia cum ſit ipſius animæ virtutis ſenſitiuæ pars, eſt oculi forma, hoc etiam conſequens eſt, quod anima tota totius animalis forma erit, & velut in ſecuri ſe habet incidendi virtus. quamuis non incidat, & in oculo videndi, & ſi clauſerit, hoc modo in tota anima prima entelechia ſe habet, quæ, quãuis animal dormiat, ineſt tamen: eſt enim nihil minus animatum & dormiens, & velut in ſecuri inciſio eſt, & in oculo viſus, eodem modo in animali vigilantia eſt. Vniuerſaliter igitur quid anima ſit dictum eſt, pro eo quod eſt communius, & planius: in correctione enim de vnaquaq; que animæ potentia priuatim cum proceſſerit, ſubſtãtia enim ſecundum rationem eſt, videlicet ſecundum formam, nãque rationem in diffinitione fert, & per cauſam, & per formam, vt hoc in loco, atque etiam in phyſica de principijs eorum quæ ſunt explicans poſtquã de materia & forma diſſeruit, de materia ait. vnũ igitur ipſum principium eſt, ſcilicet ſecundum materiam: alterum vero ratio eſt, idẽſt forma, hoc autem eſt quod quid erat eſſe corpori tali quia vero dixit animam eſſe ſubſtantiã ſecundum formam, ſed non omnem formam animam, propterea ſubintulit, hoc autem eſt quod quid erat eſſe corpori tali, ſcilicet hãc eſſe formam animam, dico ſecundum quam tale corpus, videlicet naturale inſtrumentũ eſſe habet, & diffinitionem, hoc enim ſignificat quod qd erat eſſe, ſcilicet quatenus in ſi eſt eſſe, & inquantum eſſe aliquid dicitur: nam ſecundum formas rerum diffinitiones dantur. ſic igitur & animatorum eſſe, & diffinitio eſt ſecundum animam, ex anima enim animata informantur: eſſet enim ſecuri ipſum eſſe ſubſtantia eius, & anima hoc ipſum, ſi ſecuris inquit, cum ſit inſtrumentum naturale corpus eſſet, naturale autem ait vt animatum, ac ſi eſſet vtiq; ipſius ſm formam ſubta, quod idem eſt ac ſi diceret animam hoc eſſe ipſi ſecuri, videlicet quatenus habet ſecuris hoc ipſum quod eſt ſecuris eſſe, hoc quidem eſſet eius anima. quod ſi ſepararetur eius anima, & fieret inanimatum, non amplius quidem ſecuris eſſet, niſi vt picta, nunc autem dicit inanimata ſecuris cum ſit, ſecuris eſt, quoniam corporis artificioſi entelechia non eſt anima, ſed inſtrumentalis naturalis: hoc autem dixit volens oſtendere quod bene in diffinitione poſitum eſt, inſtrumentalis. Deinde quia vult oſtendere nobis quale inſtrumentale naturale corpus dicat, appoſuit habentis principium motus & ſtatus in ſe: etenim dixit in naturali naturã eſſe principium motus, & quietis: motus autẽ proprie in animatis eſt, qui in loco, & per incrementum, & per diminutionem fit, nam motus per alterationem in ijs etiam, quæ carent anima, videtur. Lapis enim multaque alia animatorum ex ſe cauſam alterationis habẽt. ea igitur dico naturalia, quæ ex ſe principium motus, & quietis habent. ſecuris vero inquantum ſecuris, de ſe motum non habet, ſed extrinſecus ab eo, qui illa vti

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tur. artificiosa similiter omnia non in se principium motus & quietis habent, at extrinsecus ex operantibus, aut mouentibus.

Speculari autem in partibus quoque oportet, quod dictum est, si enim esset oculus animal, anima quidem illi esset uisus, ipse enim substantia oculi est, quæ ut ratio se habet, oculus autem materia uisus est: quo si defecerit, non est oculus, nisi æquiuoce quemadmodum lapideus, & pictus. oportet autem accipere hoc de parte in totum uiuens corpus. proportionabile enim est, ut pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensitiuum, quatenus quale est.

Exemplum ex artificioso ad naturale, & animatum traducit, nam partes animatorum dicit. si nanq; esset oculus animal, scilicet ipse per se sine corporis totalitate, notandum autem quod oculum quandoque accipit pro vtroque vt & hic, & paulopost, vbi ait, verum quemadmodum oculus, pupilla, & visus, nomine etiam ipsius oculi pro solo corpore, quod visus potentiæ subijcitur visus est, igitur statim dicit oculus materia visus est, hic autem pro vtroq; oculum capiens ideo, quod ait, si nãq; eẽt oculus animal, manifeste declarat quod forma vtriusque simul est forma non corporis: fit enim, & est in corpore, neque tamen forma est corporis. at vtriusq; simul, nam ideſt eius forma, quod illi causa est, vt sit, vtrique autem simul forma causa est. cũ igitur ipse dixisset vtrunque simul oculum, quia dixit. si enim esset animal oculus subintulit, anima quidem eius esset visus oculi, videlicet quod esset vtrunque simul, oportet autem accipere hoc de parte in totum animal, vnumquodque enim sensoriũ designatur per quandam sensitiuam animæ potentiam, præter tactum, tactus enim per totũ corpus tendit. quã rationem vnusquisq; sensus ad subiectum suum sensoriũ habet, eandem tota anima ad totum sensitiuum corpus habet: forma autem partis, tota igitur totius sensitiui corporis forma erit illud autem quatenus tale est, significat inquantum sensitiuum est. nõ enim quatenus aut graue, aut album, aut aliquod tale, corpus ab anima informatur, verum quatenus sensitiuum est. qui autem omnem animam immortalem facere volunt, hoc dicto accepto videlicet quod oporteat accipere quod de parte dicitur in animal totum, conantur demonstrare Aristotelẽ hoc idem dicere si enim inquiunt vt se habet pars, ita quoq; totum se habet, & in primo sermone de visiua potentia dixit ostendens eam nihil offendi, quãuis sensorium patiatur, veluti in eo non habeat esse. quod si senex oculum talem acciperet, vt iuuenis videret, patet inquiunt, quod et anima tota separabilis est. dico igitur ad hoc. quod etsi concedemus hanc esse separabilem, scilicet animam sensitiuam, & qualicunque sensibili præseparata a corpore suscipietur, non tamen plantalem, nanque de ea nihil quicquam, ne rationem manifestam quidem, dedit. deinde, etsi ea, quæ ratione caret, separabilis est: non tamen ab hoc olo corpore, neque a spiritu vt a nobis iam demonstratum est, & adhuc in ijs, quæ deinceps dicturi sumus demonstrabitur.

Est autem, non quod abiecit animam, potentia existens ut uiuat, sed quod ipsam habet. semen uero, & fructus potentia tale corpus est. ut igitur incisio, & uisio, sic uigilantia entelechia est, ut autem uisus, & uirtus instrumenti, anima, corpus autem, quod potentia est. sed ut oculus, pupilla, & uisus & ibi anima, & corpus animal.

Ex his declarat quomodo dixerit potentia, vitam habentis, vt enim iam vitam habens, non vt quod abiecit, neque vt potentiam habeat, proposuimus autem superius vsus ex libro de interpretatione, quod intelligit tale id esse potentia significatum, quod vt iam actu est, semẽ vero, & fructus potentia tale corpus, fructum dicit arborum, plantarumq; semen, vt ficorum acini, nam cortex cum alio esculento liquido ab eo pericarpion ideſt inuolucrum vel theca seminis dicitur, vt in meteoris. quod autem dicit hoc est, quod perfectum iam, & instrumentale corpus ideſt, quod potentia vitam habet semen vero non est habens vitam potentia, sed quod habere vitam potest, videlicet quod instrumentale potentia est, quamobrem quod est potentia in semine, id secundum aptitudinem est, quæ aptitudo est, vt instrumentale atq; animatum fieri possit, non enim non est, quod vero nũe perfectum est, & instructum. qualia nostra hæc corpora id nunc potentia vitam habent, quod si quispiam dicat, quo actu vitam non habet id rursus dicimus, quod nunc fere dixi, quod vt oculus ipse per se potentia visiuus est, at non sine luminis illuminatione, nãq; ex lumine datur illi, vt actu videat (& si quis actu videntis oculi oculum potentia visiuũ esse dicat, vera narrat, ipse enim secundum suam ipsius substantiam, solam aptitudinem ad videndum habet, cum ex alterius lumine actus aduenerit) hoc modo in toto corpore totaq; anima dicimus, quod ipsum quidem corpus, quantum in eo, est aptitudinem solam vitæ habet, & ipsa sane secundum actum vita ex anima illi aduenit. Bene igitur dictum est, potentia vitam habentis. vt igitur incisio, & visio, sic vigilantia entelechia est proportionem imaginum ad primitiuum demonstrat, proportionem autem iam diximus, incisionem vero, & visionem secundam dicit entelechiam securis, & oculi, quæ esset vt contemplari, sed visum, & virtutem instrumenti incisiuam primam entelechiã, quæ esset vt scientia, secũdum quam etiam designauit animã, corpus autem potentia existens, videlicet corpus est, qđ has operationes suscipere potest, vt etiam in oculo subiectum pupilla est, quod autem simul vtrunq; est, in toto quidem animal est. quod ex anima, & corpore constat, in parte vero, oculus qui ex pupilla, & visu est, pupillã autem totum oculum dicit tuniculas cum liquidis.

Quod igitur non est anima separabilis a corpore, aut eius aliquæ partes, si partibilis sit, obscurum non est: aliquarum nanq; entelechia partium est ipsarum, ueruntamen quod aliquæ sint, nihil prohibet, quia nullius sint corporis entelechia.

Data animæ diffinitione, veluti conclusionem quandam ex necessitate diffinitionem sequentem colligit, animam non esse ab corpore separabilem nam si forma, & perfectio corporis animati est anima, neque fieri id potest, vt alicuius perfectio sit absq; eo, cuius perfectio est, id quidem patet, quod anima ab corpore separari non potest, nam forma, & perfectio sunt ex his quæ ad aliquid dicuntur. forma enim materiæ forma est, atq; perfectio, quæ autem sunt ad aliquid aut simul sunt, aut nõ sunt. quantum igitur ex assignata animæ diffinitione colligimus, omnis quidem inseparabilis erit a corpore, cuius est entelechia, siquidem omni diffinitio conuenit, qđ si non est omnis inseparabilis, at saltẽ partes animæ quædam manifeste sunt a corpore inseparabiles quibus diffinitio conuenit, nanque animati partium sunt entelechię, etenim corporis ipsius, quod alitur, nutritiua potentia perfectio est, similiter & augendi, & generandi vis, præterea virtus appetitionis eam partẽ, in qua est, informat, quod si corporum sunt ipsæ perfectiones, neque fieri potest, vt circa corpora eæ animæ partes sint a corpore separabiles, nam cuius erunt perfectiones, aut circa quod operabuntur, si sint a corporibus separatæ? quid enim nutricatio nutriet? aut incrementum augebit, si sint a corporibus separatæ? Verũtamen si eæ, inquit, animæ partes a corpore necessario non separantur, aliquas nihil prohibet eẽ separabiles, quia nullius corporis entelechiæ sint. Manifeste igitur non vult animam rationalem corporis esse entelechiam, propterea que esse eam ab corpore separabilem demõstrat. Deinde quia per hæc animæ assignatam diffinitionem particularem facere videbatur, nam dixit aliquas animæ partes a corpore separabiles esse quia nullius essent corporis entelechiæ: atqui etiam cum dixerit, si quiddam commune de omni anima, curãs hoc scilicet ut ostenderet hoc modo nihil minus posse communem esse omnis animæ, ipsius etiam rationalis assignatã diffinitionem subiunxit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Adhuc autem obſcurum eſt, an ſic entelechia corporis anima eſt, ut gubernator nauis. ſummatim igitur hæc diffinita, & deſcripta ſint de anima.

Quid enim inquit timemus circa omnem animam ſermonem extendere dicentes quod aliquæ animæ partes vllius corporis nō ſunt entelechia, propterea quod ſunt inſeparabiles, vt hac de cauſa ad omnis animæ potentiā diffinitio non faciat. nō enim dum ex his, quę dicta ſunt, id nobis patebit, quomodo diximus animam entelechiā eſſe, vtrum velut inſeparabilem, quemadmodum ſe ad ſecurim forma ſecuris habet, an vt ſeparabilem: an vt ve luti ad nauem ſe gubernator habet? perficit enim nauis formam gubernator, cum ſit ſeparabilis, quod ſi fieri po teſt vt ſecundum quid entelechia ſit, ſecundum quid autem ipſum ſeparabile veluti non ſit ſecundum ipſum en telechia, in omni igitur animali potētia fieri poteſt vt diffinitio conueniat. Quare cum dicebamus quaſdam partes animæ ſeparari non poſſe, quod eſſent illarum partium entelechiæ, ſic dicebamus veluti ſeparari non poſſet entelechia. nam cuius erit perfectio nutritiua potentia, ſi ſeparata fuerit a corpore? rurſus etiam quando dicebam quod aliquas animæ partes nihil prohibet eſſe ſeparabiles, quia nullius ſint corporis entelechiæ, ita dicebam nō eſſe entelechias, veluti ipſarum ſubſtantia in corpore nō haberet eſſe, nam ſunt ipſæ quoque animalis entelechia, veluti nauis gubernator, poteſt enim quodam modo, vt iam dixi, anima quoque rationalis dici nō ſeparari a corpore, quatenus eſt entelechia, nam varias operationes, in quibus animal perficit, ipſum mouēs hoc vel illo modo eas habet, vt non ſeparentur a corpore, nam poſtquam de corpore exierit, haud ita amplius operabitur, ex habitu enim quem ad corpus habet eas opationes tenet. Qua propter hæc quatenus entelechia eſt, ſecundum ſcilicet operationes inſeparabilis erit a corpore, quemadmodū quoque gubernatoris operationes, dum gubernat, a naue ſunt inſeparabiles, is quidem ſeparatur vt homo, vt vero gubernator ſi ſeparetur a naue, ſimul quoque operatio ſeparata eſt, taleſque operationes corruptas habet. ſic igitur & anima rationalis velut ea, quæ ſeparabilem ſubſtantiam habet, non eſt entelechia corporis, vt vero, quæ talem ad corpus, habitum ſuſceperit, ſecundū quē etiam anima dicitur (nanq; anima ad corpus dicitur) & eſt entelechia corporis, neque ab eo ſeparatur, nam ſeparata ab eo dimittit illas operationes quas ex habitu ad illud conſecuta fuerat, veluti viuum facere, & illi naturales omnes motus communicare, & ſi quid aliud tale eſt. qd enim naturaliter mouebit, aut viuificabit, ſi de toto corpore egreſſa fuerit? illud vero ſi partibilis ſit, non eſt intelligendum quod ſit partibilis corporaliter, neque ſecundum locum, ſed ſecundum ſubſtantiam, videlicet ſi diuidatur ſubſtantia, aliæ animæ potentia ſit alterius ſubſtantiæ, nec omnes animæ partes ſint cōſubſtantiales, aliquarum nanque entelechia partium eſt ipſarum. per hæc videtur in partes corporis animam diuidere, aliquarum. n. inquit partium corporis entelechia ſunt animæ partes, quare ſunt ab ipſis inſeparabiles, velut ab oculis viſus, & ab naribus odoratus, & in aliis, alia quædam. Dictio autem hæc, aliquarum enim partium animæ entelechia eſt, id ſignificat, quod aliquæ animę partes, quarū vnam quanque diffiniuimus eſſe entelechiam ipſarum corporis partiū ſunt entelechiæ, ſcilicet formæ perfectiuæ corporis partium, velut eæ, quæ ab ipſis ea de cauſa non ſeparantur. quid igitur Timæum reprehēdit, quod in partes diuidat? de his autem ſuperius dictum eſt. Alexander vero hoc in loco aperte, cum dicat Ariſtoteles quod aliquas eſſe partes ſeparabiles nihil prohibet, quod vllius non ſint corporis entelechiæ. Primum dicit, quod Ariſtoteles dubitare videtur an omnis anima ſint inſeparabilis, atqui cum diffiniuerit hoc ipſum, quia nondum demonſtratum id ſit, an ſit inſeparabilis, deinde procedens dictione ipſa coactus dicit eum videri dicere intellectum eſſe ſeparabilem, hoc vero nihil prohibet, non eſt dubitantis, verum quia definiuit animam omnem eſſe entelechiam, propterea ait, quod & ſic nihil prohibet, aliquas animæ partes eſſe ſeparabiles, poſſunt enim eſſe entelechiæ, veluti gubernator nauis, vel aliter quia nondum demonſtrauit hoc ipſum, nihil enim de potentiis rationalibus hactenus diſſeruit.

Quoniam uero ex obſcuris quidem, manifeſtioribus autem fit quod dilucidum eſt per rationem notius tentandum eſt rurſus hoc modo de ipſa percurrere.

Cum communiter dixerit animam eſſe corporis naturalis inſtrumentalis entelechiam, ex his, quod reliquū eſt oſtendere vult, quare ita dictum ſit, & quomodo anima ſit entelechia, quomodo plantalis, quomodo ſenſus, quomodo tandem vnaquæq; aliarū, in omni enim doctrina oportet, vt propter quid precedat quia, nam cum quatuor quærenda ſint, an ſit, quid ſit, quale ſit, & cur ſit hoc, an ſit, in ordine primum eſt, non immerito igitur, quoniam quæritur an ſit communis quædam diffinitio, immo cum diffinitioni proportionabilem dictam rationem aſsignauerit, adeo quod in ea habemus etiam quid ſit, relinquitur vt duo reliqua problemata quærat, quomodo videlicet vnaquæq; animarum potentia dicatur entelechia, & quamobrem ita dicatur. quoniam vero dicit ex obſcuris quidem, nobis autem manifeſtioribus quod per rationem dilucidum eſt, etiam notum fieri, quæ autem nobis manifeſtiora ſint, nequaquam ſubiunxit, hoc ipſum primum quærere neceſſarium eſt, nā quidem hac in re interpretes multum dubitauerunt, cum varii vario modo illud manifeſtum dicere Ariſtotelem ſibi perſuaderent. Dicimus igitur quod tribus modis id qđ manifeſtius eſt, contemplamur. etenim hoc qđ aliquid ſit manifeſtius ſit. quā cur ſit nobiſque eſt ad cognitionē primum, quod enim habemus animā, quodq; immortalis eſt, multis ad intellectionem magis in promptu eſt, quam vt id perſequamur, & incumbamus orationi, quę id ipſum probet: ſecundo vt in phyſica dictum eſt, quod vniuerſale & confuſum eſt, id nobis manifeſtius eſt, quā particulare, & in membris diſtinctum, veluti ſcire quod corpus eſt, notius eſt, quam quale corpus ſit ſcire, vt cœleſte & terrenum, vel tali aut tali temperatura compoſitum. tertio nobis id manifeſtum magis eſt, quod quidē quo ad nos primum eſt, ſecundum vero quo ad naturā nam quæ magis compoſita ſunt, ea noticra ſunt nobis, quam ſimpliciora, quæ natura prima ſunt. cū nobis igitur pateat quod dilucidius & manifeſtius tribus modis conſtat, omnibus hiſce primis hoc in loco vſum eſſe Ariſtotelem inueniemus, etenim quod eſt ante edocuit, quā cur ſit, nam docuit eſſe entelechiam corporis naturalis inſtrumentalis, & entelechiam poſſe eſſe & vt ſeparabilem & vt non ſeparabilem: procedens autem docebit quomodo ſit entelechia, quid faciat, & quomō corpus perficiat, at non quemadmodum ſermone vno quid eſt anima, docuit, id quomodo ſit entelechia vno ſermone docebit, etenim entelechia omnis non ſimiliter ſe habet, verum plantalis aliter, aliter ſenſitiua, & rationalis aliter, & vniuſcuiuſque harum partes alia aliter, ſed ab confuſis, magiſque communibus facto principio ad planiora, magiſq; propria procedit. nam cum primum nobis confuſe tradiderit animæ notitiam per aſsignatam rationem, deinceps de vnaquaque animæ parte ordinatim diſſeret, quomodo, & cuius vnaquæq; pars ſit entelechia, tertio ex ultimis natura, nobiſq; magis cognitis facto principio, ad ea, quę prima, & nobiliora naturaliter ſunt, procedet, quo maxime modo in his ait pertranſire, eſt enim natura prius, & poſterius in quod, & in cur, quod econuerſo in nobis, & in natura ſe habet, nā prius natura eſt cur, cū quod. omnium enim, quæcunque facit natura, rationes in ſe repoſitas ante habet, nihil enim neque fruſtra neque ex incerto facit, ſed opus vnumquodq; ſuum ad ſcopum quendam dirigit. quod ſi eorum quæ fiunt ab ſe cum rationes habeat in ſe præexiſtentes, naturalia ſic facit, illud eſt manifeſtum, quod apud naturam prius eſt cur, quam quod, hoc autem, vt dixi, cur, confuſum eſt, neque audiuimus aliquod manifeſtum, aut membratim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

compoſitũ, cum diximus ꝙ anima ſit entelechia, non.n. ſimiliter omnis anima eſt entelechia, verum nec quomodocunq; hoc ipſum eſt entelechia quid alicubi faciens, & aliquo modo ſcienter perficiẽs in quod, & cur, duo quo que doctrinæ reliqui modi ſimul venerunt. igitur hac de cauſa ex eo, quod eſt, doctrinæ principium fecit; natura enim noſtra ex imperfectis ad perfecta, & ex notioribus ad minus nota procedit perfectius eſt cur, quam quod, & ea quæ ſunt poſteriora natura & confuſa, nobis mani feſta magis ſunt. nam quemadmodum fieri non poteſt, vt is demonſtratiuum ſyllogiſmum cognoſcat, qui ſimpliciter quid ſit ſyllogiſmus neſciat, neque vt oxyrynchi piſcis figurã pingat, qui ſimpliciter pingere neſciat, hoc enim confuſum eſt, cum dico ſimpliciter ſyllogiſmum, ſunt enim plures eius differentiæ: ſimiliter etiam ſimplici ter pingere, ſed vnaquæq; ſpecies per membra diuiſa eſt, ſic igitur qui ſimpliciter neſcit quid ſit corpus, nõ poteſt ille ſcire quid ſit aut ignis, aut aeris, aut cœli corpus: quicq; ſimpliciter ignorat quid anima ſit, haud quidem fieri po teſt, vt ſciat quid rationalis, aut ea, quæ ratione caret, aut plantalis anima ſit. corpus autem ſimpliciter confuſum eſt, atq; anima ſimpliciter, ſed vnaquæq; ſpecies in mem bra diſpoſita eſt, verum facto ex imperfectis principio, velut in generatione, procedimus in cœleſtium cognitio nem, & in eum, qui eſt in illis, ordinem, atque inde ad eũ qui ea cuncta regit, atque diſponit. in progreſſu igitur, q̃ fit ab quod ad ꝓpter quid, tres illi doctrinæ modi quos diximus continentur. ſimiliter in animalium potentiarũ repreſentatione eodem ordine vtitur ab imperfectis, & vltimis principio ſumpto, & ad prima, magiſq; perfecta procedens. prius enim de plantali diſputat, deinceps de ſenſitiua, tertio loco de imaginatiua, interea progrediens ad rationales animæ potentias rurſus a poſterioribus, & imperfectioribus incipit, prius de opinatiua potentia diſ ſerens, deinceps de cogitatiua, vltimo loco de intellectu, nam ſi vt ad animal prior natura plantalis eſt, nam deſtruit alias, non autem deſtruitur. Secunda autem ſenſitiua, & reliquæ deinceps vt enumerauimus, verum tamẽ vt ad vniuerſum, ſe habent econuerſo, prior enim natura eſt in vniuerſo ea, quæ perfectior, & honorabilior eſt: poſterior vero magis imperfecta. nam quæ magis perfe cta ſunt, & efficacia, ea quæ minus perfecta ſunt continent. igitur quantum ad vniuerſum natura prior intellectus eſt, & reliqua deinceps. ſecundum econuerſo proce dentium ordinem quod igitur in animali, quantum ad cognitionem noſtram plantalis prima eſt, ideo ab ea doctrinæ principium dedit. hoc igitur ordine diſciplinæ in animarum potentijs vſus eſt, in vnaquaq; autem parte potentiarum animæ differens. ego de plantali, & ſenſitiua dico, eodem modo diſciplinæ non eſt vſus, nõ enim ab vltimis, ſed a primis, & nobilioribus incepit. nãq; de plantali differens, prius de generatiua potentia ſermonẽ fecit, ſecundo loco de augmentatiua, tertio vero de nutritiua. atqui melior omnibus, & nobilior eſt generatiua et augmentatiua, quam nutritiua melior eſt, etenim ſeruare ſpeciem nutritiuæ eſt opus, nam eouſq; ſeruamur, donec nutrimur. augmentatiuæ autem intereſt ad perfectam ſe cundum naturam menſuræ quãtitatem reducere, in quã conuenerint animaliaque, & plantæ in exquiſitiſſimum naturæ finem aduenĩunt ex generatiua potentia: is enim naturæ perfectiſſimus ſcopus ob deſiderium ſempiternę immortalitatis animalibus morti obnoxijs ſucceſsiuo apparatu aduenit, vt ipſe in aliis quoq; dixit.

Quare augmentatiua materiæ rationem tenet ad generatiuam, nutritiua vero ad augmẽratiuam. in partibus igitur plantalis animę ex perfectioribus incepit, atq; etiã in partibus ſenſitiuę idem facit, nam primo loco de vſu, ſecundo de auditu, tertio de odoratu, quarto de guſtu, vltimo de tactu ſermonem faciet, nobilior autem omnibus viſus eſt, & deinceps eo ordine, quem propoſuimus ſenſus alius alio nobilior eſt, primum quidem quod guſtus, & tactus, & odoratus ad eſſe conferuntur: auditus vero, & viſus, ad bene eſſe: per quos, vt ait Plato, philoſophiæ genus diſtinguimus. Quare etiam Poeta ſoli ſolos hos attribuit ſenſus cum dicit.

Sol qui cuncta vides, quicq; auribus omnia ſentis.

Et ex his viſum præpoſuit, & quidem viſus ea, quæ admodum longe ſunt percipit, operationemque habet ſine tempore: ſed auditus, licet ex remotiori loco ſentiat, non tamen vt oculus ex longiſsimo interuallo percipit, ꝓpius vero odoratus olfacit, at guſtus & tactus, niſi tangendo ſenſibilia percipiunt, inde quæcunque aliquem ex nobilioribus ſenſibus habent, omnino reliquos habent omnes. at nõ ſane quod habet viliores, id etiam nobiliores habet, nam quædam ſolum tactum habent, vt plantanimalia, ideo contrahuntur, & extendũtur ad ea, quæ proxime accedunt triſtantia aut lætantia. Præterea alia ſolum guſtum tenent, vt oſtrea: videntur enim paſci alia etiam odoratum ſolum participant, ideo quædam conchylia dicunt eſcas inſequi, veluti quæ olfactu hiatu las perſequuntur: alia autem ſine viſu auditum habent, veluti quæ dicuntur talpæ. quod ſi viſus ſit animal parti ceps, omnino reliquos quoq; ſenſus habet. quid igitur in alijs potentiis ex vltimis, & indignioribus facto principio, in partibus econuerſo procedit? principiumq; ab nobilioribus, & primis facit? ad hoc igitur aliqui dicunt, quod in doctrina vias vtraſq; commiſcuit in aliis quidẽ potentiis ab vltimis, & imperfectioribus facto principio in partibus vero a primis & perfectioribus alii autem ſo lertius diſputantes dicunt, primarum, magiſq; perfecta rum animæ potentiarum effectus inq; ſenſitiua, & plantali nobis eẽ manifeſtiores. generatiuæ igitur effectus ma nifeſtus magis eſt, quam augmentatiuæ, et huius magis, quam nutritiuæ: ſimiliter habet in partibus animæ ſenſitiuæ, nam viſus auditu certior eſt, auditus odoratu, odoratus guſtu, guſtus tactu. nõ igitur a tactu incipere oportebat: vt enim ipſe ait, in his quæ ſequũtur dubitatur omnino an ſenſus tactus ſit. videtur autem non eſſe ſenſus: vnus enim quiſque aliorum ſenſuum, circa aliquod vnũ ſenſibile oppoſitionem exercet, circaq; ea, quæ inter oppoſita ſunt, vt viſus circa nigrum, & album, & eos, qui ſunt inter hos, colores operatur: auditus circa acutum, grauemq; ſonum et inter hos medios: odoratus circa bonum, malumq; odorem: guſtus circa dulce, & amarum, & ea quæ ſunt horum media. Omnia enim ſub aliquod horum oppoſitorum reducit Ariſtoteles. ego dico dulce, & amarum. tactus vero ſe circa plures oppoſitiones habet, quæ non ſunt alternatim. nam circa calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, durum & molle: graue, & leue: rarum, & denſum, quæ quidem inter ſe genere ſubalterna eſſe nõ poſſunt, verſatur. quare, quod ſermo de ſenſu tactus, eſt dubius, neq; ab dubijs incipere oportet, ea de cauſa a tactu principium non fecit. igitur quia id in partibus euenit & plantalis, & ſenſitiuæ animæ, q̃d quæ prima, & magis perfecta ſunt natura, ea nobis magis patent, ab ijs non immerito doctrinæ principium facit. atqui in rationali anima a poſterioribus inchoauit: nãq; quampluribus opinione imaginatio clarior eſt, & ipſa opinio, quam cogitatio dilucidior: cogitatione vero multo obſcurior intellectus eſt, quod raro, & in paucos eius operationes euadant. poſt omnia tandem de localiter motiuo quærit, quidnam illud ſit. vtrum ſit aliud ab animæ partibus enumeratis, an harum aliqua, an omnes localis motus cauſa ſint. & videtur omnes eſſe cauſa motus localis: in hominibus enim, qui ſecundum intellectũ viuunt, intellectus huiuſce motus cauſa eſt: ipſe enim animal mouet, in his vero qui ratione carent ſenſus, at vere ab iis omnibus aliud eſt localiter motiuum nam nutritiuum motus localis cauſa eſt, veruntamen hoc diuerſum eſt, nãq; in potentiis rationalibus eſt appetitus, qui quoque in irrationalibus eſt, vt in principio diximus.

Quoniam vero ex obſcuris quidem, manifeſtioribus autem fit, ꝙ dilucidum eſt per rationem notius, tentandum eſt rurſus hoc modo de ipſa percurrere. Quod hoc in loco propter breuitatem ſubobſcuram fecit orationẽ, quo dictionum ſententiam dilucidam faciamus, ſic legamus cum adiectione videlicet, quoniam vero ex obſcuris, quidem naturæ, manifeſtioribus autem nobis: hoc ſit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quod dilucidum, eſt etiam per rationem notum, æquale autem eſt fieri natura dilucidum, & per doctrinam notius, vt omne quod dicitur tale ſit. quoniam vero ex obſcuris quidem naturæ, nobis autem manifeſtioribus natura (manifeſtum enim primumq; nobis per rationem notius eſt) percurrentes tentare oportet velut ab initio, vt de anima ſermonem tractemus, incipientes ab iis, quæ nobis manifeſta ſunt, obſcuriora autem naturæ, ſi clenim quidnam ſit anima inueniemus, quod quidem naturæ manifeſtum eſt, nobis eſt obſcurum, igitur hac de cauſa ab ſermone de anima, rurſus initium capiens exorditur ab animato, quod quidem nobis manifeſtum eſt, et quæ erit qua nam in re differat ab inanimato, idq; ait eſſe animæ proprium. quæ autem ſunt obſcura naturę, ea ſecunda facit, quæ vero manifeſta, ea prima conſtituit, veluti natura primum facit elementa, deinde ex his ſuccos, deinde ex his ſimilaria, deinde ex his inſtrumentalia. Denique ex ipſis animal. nos autem primũ cognoſcimus animal, deinde quod ex partibus ſimilaribus componitur, & ſic ordine conuerſo procedentes elementa, de quibus animal compoſitum eſt, & tandem cognoſcimus.

Non enim ſolum hoc quod eſt, oportet diffinitam rationẽ declarare, ut complures diffinitiones dicunt, ſed etiam cauſam ineſſe & apparere.

Propterea inquit, vt ab initio de anima ſermonem faciamus, quod in antedictis de ea minime ſatis dictum eſt, cum id ſolum retulerimus, quod eſt. non enim oportet aliquem volentem cuiuſdam exhibere ſubſtantiam rei, in eius diffinitione aſsignare id ſolum, quod eſt, ſed eius etiam cauſam, propter quam illud eſt: in ſermone autem de anima facto dictum eſt, quod eſt entelechia corporis naturalis inſtrumentalis. illud autem quomodo & propter quid ſit entelechia dictum non eſt, neque enim fieri id poteſt, vt qui vniuerſe de anima ſermonẽ faciat, hoc cur ſit, id dicat, cum neq; ſint animæ omnes eiuſdem ſpeciei, neque eiuſdem generis. Quapropter hinc initio ſumpto a manifeſtis, quæ in vnaquaque animali potẽtia contemplamur, eo modo diſputabit, vt propter quid, & quo modo ſit vnaquæq; entelechia percipiatur.

Nunc autem veluti concluſiones rationes diffinitionum ſunt.

Dictum eſt etiam in primo ſermone quod aliæ diffinitiones ex materia, aliæ ex forma, aliæ vero ex vtroque accipiuntur, vt ex materia, quod ira eſt feruor ſanguinis circa cor. & domus eſt lapidum, lignorumq; cõpoſitio. ex forma autem quod ira vltionis deſiderium impetuoſum eſt. & domus ab imbribus, et caloribus defenſio. ex vtroque vero, quod ira eſt feruor ſanguinis circa cor, ex vltionis impetu & domus protectio, quæ defendit ab imbribus, & caloribus ex tali lapidum, lignorumq; conſtructione cõpoſita harum quidem diffinitionum, atque vniuerſe omnis diffinitio, vt ipſe in demõſtratiua ait, alia quidem principium demonſtrationis eſt, quæ eſt ex forma: alia vero concluſio, quæ eſt ex materia: alia autẽ demonſtratio poſitione differens, quæ eſt ex vtroque, vt qui iram diffinire vult ſyllogiſmo tali vtitur: iratus cupit ſupplicium ſumere de eo, ex quo parcitus ira eſt, eius autem qui cupit vlciſci ſanguis circa cor feruet. deinde concluſionem ſic affert. irati igitur circa cor ſanguis feruet; huius igitur ſyllogiſmi, & demonſtrationis, quæ ex materia iracundiæ diffinitio eſt, ea eſt concluſio. quæ vero eſt ex forma, ideſt principium, nam propoſitio prima eſt, quæ dicit: iratus cupit vltionem, quę vero eſt ex vtroque diffinitio, ſyllogiſmus eſt, ſiue demonſtratio, quæ poſitione ſola differt. Quamobrem in ſyllogiſmo quidẽ prima eſt propoſitio, quæ ſic ait, iratus vltionem cupit, ſecunda autem cupientis vltionem ſanguis circa cor feruet. at ſane in diffinitione, quæ fit ex vtroque econuerſo incipimus, feruor enim dicimus, ſanguinis circa cor eſt, deinde propter vltionis cupiditatẽ. Quid igitur ait? oportere tales diffinitiones aſsignare, quæ cauſam, vnde talis eſt res habeant, non enim multæ, inquit ex aſsignatis diffinitionibus conueniunt ſyllogiſmorum cõcluſionibus, quod in ſe cauſam non habent, vnde ita ſint, quæ cauſa proportionabilis medio termino in ſyllogiſmo, ſcilicet ex materia ſola aſsignantur, ea igitur dictorum ſententia eſt.

Alexander autem dictionem ita conſtituit. nunc autẽ veluti concluſione rationes, pro eo quod eſt, diffinitiones terminorum ſunt, hoc eſt ſyllogiſmorum nam ſyllogiſmos terminos vocauit, quia ſunt ex terminis ſyllogiſmi. item aliter, veluti concluſiones rationum, ideſt ſyllogiſmorum termini ſunt, vt caſus vice verſa faciamus, & rationi genitiuum demus, & termino nominatiuum. ſed ſimpliciter magis, atq; commodius expoſitores Attici dicunt rationes terminorum, pro rationes definitionum, videlicet rationes enunciatiuæ, per quas rerum definitiones aſsignamus concluſiones autem ſunt, ſcilicet ſyllogiſmorum, concluſiones enim ſyllogiſmorum ſunt concluſiones.

Vt quid eſt quadratio? æquale ex altera parte longiori figuræ, rectangulum eſſe æqualium laterum. talis autem definitio ratio concluſionis eſt: quæ autem dicit quadrationem eſſe mediæ inuentionem, rei ipſius cauſam dicit. Dicamus igitur, principio conſiderationis rei ſumpto, ſeiunctum eſſe animatum ab inanimato uiuendi actu.

Poſtquam dixit definitionem perfectam non modo quod eſt, verũ etiam cauſam ipſam docere, plurimaſque definitiones docere ſolum quod eſt, id enim declarat cũ dicit, veluti concluſiones ſunt, ex his exemplum dictorũ ponit, qualis quidem definitio ſit demonſtrationis principium: qualis autem concluſio, nam ſi, inquit, quadrationem ita definias, æquale ex altera parte longiori figuræ rectangulum facere æqualium laterum. talis, inquit, definitio ratio concluſionis eſt, ac ſi dicat. demonſtrationis concluſio eſt: ex materia enim ſumpta eſt, quod ſi quiſpiam definiens dicat quadrationem eſſe mediæ inuentionem eiuſmodi definitionem eſſe demonſtrationis principium ſignificat, nam formam dixit, & cauſam, quod ſi quiſpiam dicat hoc modo. quadratio eſt æquale ex altera parte longiori figuræ rectangulum facere, is quidem per inuentionem mediæ ex vtroq; definiuit, taliſq; hæc definitio demonſtratio eſt poſitione differens, poſſet n. ſic aliquis ſyllogiſmum formare, qui facere quadrationẽ vult proportionabilem mediam quærit, quod ſi media inuenta æquale ex altera parte longiori figuræ æqualiũ laterum, & rectangulum facit, id ſcilicet eſt manifeſtum, quod ex altera parte longioris figuræ quadrationem dicit. eſt autem quadrangulus & æqualium laterum, & rectangulus, ſpatium videlicet eſt habens latera quatuor æqualia, & angulos rectos figura vero altera parte longior rectangula quidem eſt, ſed non æqualium laterum. Qui volunt igitur figuram ex altera parte longiorẽ quadrare mediam proportionabilem quærunt, vt exempli gratia, ſit ſpatium ex altera parte longius, quod alterum ex lateribus vlnarum octo habeat, alterum vero duarũ, id quidem patet quod totum eſt vlnarum ſedecim, nãq; omne quadrilaterum menſuratur latere in latus multiplicato. cum igitur voluerimus ſpatio huic ex altera parte longiori æqualem quadrangulum facere, vt ſit vlnarum ſedecim, velut etiam erat ſpatiũ ex altera parte longius, debemus duarum vlnarũ ſpatij ex altera parte longioris mediam proportionabilem inuenire, vt hanc habeat rationem ad maius latus quod erat vlnarum octo, quam rationem ad ipſam mediam, videlicet vlnarũ duarum figuræ ex altera parte longioris latus habet: id autẽ ſit vlnarum quatuor, quam enim ad octo rationem quatuor habent, eandem ad quatuor habent duo, vtrunque enim eſt maioris dimidium, ea autem eſt media proportionabilis. ex hac igitur deſignabitur quadrangulare ſpatium vlnarum ſedecim, quod erit æquale figuræ ex altera parte longiori. & hoc modo in omni figura quæ ſit ex altera parte longior, ij facere debent, qui eidem figuræ quadrangulum volunt æqualem deſcribere. rurſus. n. ſit ex altera parte longior figura, quæ latus vnum ſede-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cim vlnarum habeat, alterum vero quatuor, ea videlicet vlnarum quatuor, & ſexaginta ſpatium deſcribit, quod ſi velis huic æqualem quadrangulum facere, mediã proportionabilem quærere debes, ea autem eſt vlnarũ octo: octies enim octo ſexaginta quatuor faciunt. nam quemadmodum figuræ ex altera parte longioris latus vlnarũ ſedecim duplum eſt ad id, quod vlnarum octo inuentũ eſt, ſic & ipſum latus duplum eſt reliqui lateris figuræ ex altera parte longioris, quod eſt vlnarum quatuor. mediæ igitur inuentio hæc eſt, quam dicit Alexander eſſe in ſecundo Euclidis, quod quidem non eſt, ibi enim nihil tale demonſtratum eſt, id autem verum eſt, quod eo in loco dixit Euclides, videlicet inueniri mediam proportionabilem ſi duæ lineæ rectæ datæ fuerint, & ſi proportionabiles lineæ rectæ tres ſint, quod ab extremis eſt illi, quod eſt a media, æquale eſt. dicamus igitur initio conſiderationis rei ſumpto ſeiunctum eſſe inanimatum ab animato viuendi actu. veluti ſæpius dictum eſt, ex his, quæ natura poſteriora ſunt, & nobis magis manifeſta de primis, & obſcurioribus docendo verba facit, nam cum velit animæ deſignatiuum proprium deprehendere, quid animati deſignatiuũ ſit inquirit, quod animæ natura poſterius eſt, nanq; animatum dicitur eo, quod animæ particeps eſt, ex qua etiam nomen animati conſecutum eſt, hoc autem vnde dicitur, ab eo, vnde eſt, ſecundum eſt. quod ſi animatum ab inanimato differt animæ participatione, differt autem & actu viuendi, id ſequitur quod ipſius animæ deſignatiuum eſſe vita videtur.

Multifariam autem cum uiuere ipſum dicatur, & ſi unum quid horum ſit ſolum, uiuere dicimus ipſum, uelut intellectus, ſenſus, motus, & ſtatus in loco: præterea motus ſecundum nutricationem, & minutionem & accretionem. quapropter & plantæ omnes uidentur uiuere, nanque apparent in ſe habere potentiam, atque principium tale, per quod incrementumq;, & diminutionem ſuſcipiunt ſecundum contrarios locos. non enim ſurſum quidem creſcunt, deorſum uero non, ſed ſimul ad utrunque, & ſemper nutriuntur, & uiuunt continue donec poſſunt accipere nutrimentum.

Poſtquam nobis animam vitæ nota deſignauit, nunc animam in diuerſa ſignificantia diuidit, etenim inquit cũ multifariam viuere ipſum dicatur, hoc eſt cũ multæ ſint animales potentiæ, ſecundum quas, ijs vita adeſt, quibus illarum participatio eſt, & quoniam hoc ait, ſubinfert, velut ĩtellectus, ſenſus, & reliqua: deinde facta fide quod in vnoquoq; horum vita eſt, ait: quod etiam ſi vnũ quid horũ ſit alicui, quod eius particeps eſt, viuere id dicitur. Vnde plantæ quoq; cum nutriendi vim habeant, viuũt & ſi aliarum nullam habent, neq; ſenſitiuam, neq; localiter motiuam, neq; ex his, quas ſupradiximus, aliquam: ſequitur autem nutriendi, vel augendi vis: nam vt imperfectam ſpeciem habeat, nutritio fit, ideo nutrita augentur donec non magis inualeſcat diminutio, tunc enim nutricatio in qua eſt, eam ſpeciem ſolum conſeruat, illud autẽ ſecundum contraria loca, dictum eſt pro vndiq;, nanq; (vt in libro de generatione dixit) ea nutriri & augeri dicuntur, quæ in omni parte ſua nutriuntur & augentur. nam quæ per additionem incrementum ſuſcipere videntur, non in omnibus partibus ſuis ea creſcunt, quapropter nec incrementum in illis dicitur, ſed additio. ſi enim in frumenti cumulum frumentum aliud addidero, non per omnes cumuli partes additio fiet, ſed in vna parte ſolum, vbi additio ipſa facta erit. Corpus autem partibus omnibus totum creſcit, hoc igitur modo, plantæ etiam ſe partibus vniuerſis augent. augentur enim ſurſumq; & deorſum, nanque radicem in profundum inq; dextram, atque ſiniſtram creſcunt, vtrinque enim in latitudinem incrementum diffundunt, atque etiam ante, & retro idẽ faciunt: etenim plana & æqualis in profundum fit accretio. Quare ſi hæc, quæ nutriendi vim ſolam tenent, viuere dicuntur, id ſequitur, quod vnaquæque animæ vis eſſe vita videtur.

Separari autem hoc ab alijs poſsibile quidem eſt: alia uero ab hoc, impoſsibile, in mortalibus. manifeſtum autem hoc eſt in plantis, nulla enim ipſis adeſt potentia.

Quod igitur vnaquæq; animæ potentia vita eſt, et viuere facit ea, quæ participantia ſunt, iam dixi. id enim patet, quod ea, quæ ſenſum participant, ſecũdum hoc vnũ viuunt, manifeſtam vero magis vitam habent: ſimiliter etiam quæ intellectus conſortia ſunt, ſecundum hoc ipſum viuunt. Verum tamen, quanquam vnaquęq; harũ potẽtiarum vita eſt, nutritiua inquit ſine alijs eſſe poteſt, cum ſit omnium vltima, aliæ vero ſine hac minime ſunt, & bene quidem addidit in mortalibus, in diuinis enim nutritiua inutilis eſt, quod ibi neque incrementum, neq; diminutio eſt, quę quia ſunt in mortalibus, ꝓpterea mortalia ſunt, impoſsibile eſt meliorem venire animalem potentiam, niſi adſit, inferior, & propter eas, quas iam ſæpe numero cauſas diximus. nam qui mortale eſt, influxus indiget, et quoniam effluit, omnino neceſſaria eſt ipſa nutriendi vis, quæ in corpore ſubtexendo ſufficiat pro eo, quod defluxerit, idq; vt ſpecies conſeruetur. Quare ſine virtute nutritiua nihil eſt aĩatũ, quæ vero rõnalia ſunt, ea quidem cupiditatis, et iracundiæ conſortia ſunt, vt ea, quæ ſunt animalis conſeruatiua appetant, quæq; ipſum deſtruunt aufugiant, id autem patet in plantis, quod ab alijs potentia nutritiua ſeparatur, nam cum plantæ hanc ipſam habeant, ex alijs nullam tenent, neq; enim ſentiendi, aut cupiendi vim habent, neque multo magis aliquã ex his, quæ ſuperiorem locum tenent.

Viuere igitur propter hoc ipſum principium ineſt omnibus animalibus.

Cum dixerit in ſuperioribus, quod & ſi vnum quid horum ſit, viuere dicitur, nunc ait vitam eſſe ex nutritiua potentia, ꝙ ſi hoc ait, quod vbi aliarum ſit vna, ibi hanc etiam eſſe neceſſe eſt, quod ſi ſola ſit, ſtatim etiã quę eam participant, viuere dicuntur, atq; inſuper ſi illud eſt, viuere (velut ipſe paulo ante diffiniuit) per ſe nutriri, & augeri, nutricatio autem, & incrementum ex ipſa nutriendi virtute procedit illud quidem merito concludere poſſumus, quod ex hac potentia viuere datũ eſt, quod quanquam vnaquæq; animæ potentia vita quędam eſt, mortalia quidem fine nutritiua eſſe nequaquam poſſunt, immo maxime per hanc ipſorum vita deſignatur propterea quod eorum natura fluida eſt, nec, niſi pro eo, quod effluxerit, aliud ſufficiatur, eſſe poteſt, hoc autem nutritiua facit, igitur animalibus eſſe vitam per hanc merito dixit.

Animal autem eſt propter ſenſum primo, etenim quæ non mouentur, neque mutant locum, habent autem ſenſuum, ea animalia dicimus, nec uiuere ſolum ſenſuum uero eſt primus omnibus, tactus.

Quemadmodum per nutritiuam potentiam viuentia deſignantur, ſic animalia per ſenſitiuam notantur, adeo quod hanc ſolam participantia, quãuis ex ſuperioribus aliam nullam habeant, animalia dicuntur: primo autem ſenſuum conſortia dicit eſſe ea, quæ tactum participant: nam, licet aliquid ſolius tactus particeps ſit, nõ modo id viuere, verum etiam animal eſſe dicitur, ſenſu enim animal ipſum deſignatur, qualia ſunt ea, quæ plantanimalia vocantur, vt ſpongiæ ſunt, quæ ſolum tangendi ſenſum participant, & plantanimalia nuncupata ſunt, quapropter animalia quidem ſunt eo, quod ſenſus conſortia ſunt. Plantarum vero non eſt mutare locũ de loco, magis autem in hoc ipſo eſt animalium quid, & neque hoc omnino plantarum eſt. nam plantæ loca ſecundum partes mutant, cum contrahantur, & extendantur. quod ſi animalia ex ſenſu deſignantur: ſenſus autem in diuinis non eſt (ſenſum autem dico, quales noſtri quinque ſunt) id quidem ſequitur, quod ea nõ videantur eſſe animalia, veluti cœleſtia Sed ego dico quod de mortalibus nobis ſermo eſt. ꝙ ſi in illis ſ̃ ſenſus non ſunt, meliores tamen, atq; diuiniores certe ſunt. Quiſpiam fortaſſe hic dubitauerit, quid ita, cũ ex eo, quod viuit, animal deſignetur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& plantæ viuant, non plantas animalia dicamus? ipſe autem hoc ſoluens in his, quæ ſequuntur, ait, quod quemadmodum curſores dicimus non eos, qui quomodocunque curſus participes ſunt, ſed qui vehemẽtiorem, & magis apertum curſum participant, ſic animalia dicuntur, ea, in quibus vitæ ſpecies manifeſtior eſt, ſenſibus autem manifeſtior eſt vita, quã nutritiua.

Et veluti nutritiuum poteſt ſeparari a tactu, & ab omni ſenſu, ſic & tactus ab aliis ſenſibus. nutritiuam autem dicimus talem partem animæ, cuius & plantæ participes ſunt: animalia uero omnia uidentur tangendi ſenſum habere.

Et veluti, pro, vt enim, nanq; coniunctio cauſalis eſt, nam cum dixerit eſſe ſenſuum primum tactum, per hæc hoc ipſum confirmat. velut enim quæ alias animales potentias participant, multo etiam magis nutritiuæ conſortia ſunt, nec contra quæ nutritiuam participant, neceſſe eſt ea in alicuius alterius parte eſſe, ſed ea ſecũdum ipſam ſpeculamur, vt in plantis: hoc modo etiam quę aliquem alium ſenſum participãt, neceſſe omnino eſt, vt in tactus participatione ſint, quod nõ ſane ecõuerſo ſe habet. multa igitur, quæ tactum participant, nullum habent alterũ ſenſum, vt ſpongiæ, & oſtrea, & quę vocantur cochleę, & omnino cõchylia, quare ſi natura prius eſt, quod vna cum alio inſertur, & ablatum tollit id ſequitur quod tangendi vis ſenſuum prima eſt, poteſt autem illud, & veluti, ab alio principio dictum eſſe.

Propter quam autem cauſam utrunque horum acciderit, poſtea dicemus.

Quare & nutriendi vis ab aliis animæ potentiis ſeparatur, & tangendi virtus ab aliis ſenſibus. in his quæ dicentur poſt, ipſe cauſam, quam ego quoque iam dixi, enarrabit, quod, cum ſit ipſum corpus fluidum, neceſſe penitus eſt ea, quæ vitæ conſortia ſunt, vt conſeruandæ ſpeciei cauſa, nutriendi vim participent. hac etiam de cauſa tactus & ab aliis, & cum aliis omnibus ſeparabilis eſt, quia ſenſus propterea datus eſt, vt quæ domeſtica, quæq; aliena ſunt, & quæ conſeruant, quæque corrumpunt, diſcernat: ea autem nobis maxime domeſtica ſunt, ex quibus conſtamus, ea autem ſunt, aridum, humidum, calidum, & frigidum, quæ ſentire ipſius tactus eſt proprijũ, quapropter merito tactus inter ſenſus primus & maxime vniuerſalis eſt, nec abſque tactu vllus aliorum ſenſuum eſſe poteſt.

Nunc autem eo uſque dictum ſit ſolum quod anima horum eſt principium dictorum, atque his definita eſt, nutritiuo, ſenſitiuo, cogitatiuo, motu.

Qui volunt omnem animam facere immortalem, dicunt, augendi, & nutriendi vires, & alias eiuſmodi operationes eſſe animæ, quas dicunt Ariſtotelem quoque dicere inſeparabiles eſſe, animam ſcilicet, & potentias, vnde operationes ipſæ procedunt, has eſſe ſeparabiles. animam igitur cauſam, et harum principium operationum dicere ipſum dicunt, videlicet nutritiuæ, ſenſitiuæ & aliarum. quod autem non hoc putet Ariſtoteles, iam ſæpius dictum eſt. ſed commodius atque verius Alexander interpretatur, cum dicat animam ipſam eſſe principium & cauſam nutriendi, augendi, & ſentiendi: quæ vere operationes animæ ſunt. quod autem non dicat animam principium nutritiui & ſenſitiui, id explicuit ex eo, quod ait, his definita eſt, nutritiuo, ſenſitiuo, & reliquis pro eo, quod eſt, in his terminata eſt anima, & in his eſſe eſt animæ, præter omnia illa tandem motiuum inducit eo qđ in omnibus dictis motus videtur, in cogitatiuo etiam de quæſtione in inuentionem, & a propoſitione in concluſiones.

Vtrum autem horum unumquodq; ſit anima, an pars animæ? & utrum partes, ſic ut ſit ſeparabile ratione ſolũ, an etiam loco? de quibuſdam quidem non difficile eſt uidere.

Quod in primo ſermone dubitauit, adhuc dubitat, vtrum per corporis partes animæ potentiæ loco diuidantur, quemadmodum dicere Timæus videbatur, cũ diceret in corde quidem eſſe iraſcibilem, in hepate vero concupiſcibilem, ſentiendiq; vim in cerebro: at nõ loco, neque in partibus corporis, ſed ratione ſolum, ſubſtantia ſcilicet inuicem diuerſa ſunt. nanque potentiæ vniuſcuiuſque diffinitio diuerſa eſt, hoc igitur eodem modo ſoluitur, quemadmodum ab initio, & ex plantis, & ex inſectis, non enim inquit difficile eſt in aliquibus animæ potentiis videre, quod loco ſeparatæ non ſunt, etenim in vnoquoq; plantarum diuiſarum ramo & nutriendi, & augendi, & generandi vim inuenies, quapropter quę in plantis anima eſt, ea quidem actu vna eſt, at potentia multæ, diuiſa enim planta in vnaquaq; parte diuiſa plantalis animę ſpecies perfecta videtur. quare prius quidem, ſcilicet ante, quam diuideretur, vna erat numero, poſtquam autem diuiſa eſt, plures quidẽ numero factæ ſunt, vna vero ſpecie eſt, in plantis enim per totum, & vnoquoque in ramo ſemen quoddam medulla eſt, in qua anima eſſe impartibiliter habet, vnde propter eius impartibilitatem, in inciſo etiam ramo, eius potentiæ omnes inueniuntur. ſimiliter quoque ſe habet in inſectis, nã ſi ea diuidantur, vnaquæque diſſecta pars & ſentiẽdi & mouendi vim habere cernitur, quod ſi loco diuiſæ eẽnt animales potentiæ opus eſſet in hac quidem parte ſenſitiuam, in alia vero motiuam virtutem eſſe. id aũt in plantis magis exempli gratia ſumptum eſt, nãq; eius eſt propoſitum declarare quaſdam animæ potentias inſeparabiles eſſe loco, ſolam autem animalem potentiam plantas habere, ex generatiua enim virtute, illis ẽ vſus incrementi, propter incrementum vero nutriendi vis data eſt. Dicit igitur quod, vt in plantis diuiſis, in vnaquaque parte omnis animalis potentia videtur, ſic in inſectis, quæ plures habent animales potentias, in vnaquaque diuiſorum partes omnes inueniuntur. igitur de tangendi mouẽdiq; ſecundum locum virtute erit ipſi ſeparatim ſermo, de reliquis vero ſcilicet viuendi, audiendi, guſtãdi: odorandi: fortaſſe etiam de cupiendi, & iraſcendi potentiis, haud adhuc declarare habet, non enim loco ſeparatæ ſunt, manifeſte enim ſecundum partes corporis inuicem diuiſæ ſunt, niſi id quiſpiam dicat, impartibiles eas eſſe inuicem, quod ex cerebro procedãt omnes, vnde ſi quid cerebrũ patiatur, inſenſibile penitus, & immobile fit animal, nã ſi feſtuca cerebro imponatur ſenſus omnis, motuſq; ſine vlla manet operatiõe, inde etiam hoc ipſum manifeſtius oſtenditur, nam ſi fiat in neruo opilatio, vel ſi incidatur, aut ligetur, pars quidem ſuperior corporis ſentitque & mouetur: inferior autem eſt inſenſibilis, atque immobilis. quapropter e cerebro potentiæ ſenſitiuæ omnes procedunt, quod autem inſtrumentis indigent, neq; ijſdem: ſunt enim virtutes diuerſæ, vnaquæq; in proprio inſtrumento apparet. Fortaſſe igitur tale dubium quiſpiã commentus eſt, veruntamen Ariſtoteles non videtur velle ſic eas eſſe impartibiles, vt omnes in quadam parte ſint & ab ea in reliquum corpus veniant, ſed in toto corpore impartibiliter eas eſſe vult, & ideo his exemplis vſus eſt, quæ & de plantis, & de inſectis accepit. Sed eum dicunt velle eas in ſpiritu ſedere: totum enim per totum illum videreq; & audire, reliquiſq; ſenſibus operari, & ſic omnes eſſe in eo ſenſus, quemadmodum in plantis potẽtias plantales, & in inſectis tactumque & motum localem. neque enim eſſe organis inſtructum ſpiritum, ſed veluti in dolio condenſata aqua, aut quoddam aliud tale, vaſis formam accipit, hoc modo ſpiritum de vita, quã in corpore hoc flagitioſe duxit contractis uaporibus condenſari, & inde formas quaſdam phantaſmatũ in ſepulchris uideri, uelut hoc ipſum corpus quia incompoſitum eſt in alias quoque mutari figuras ad imaginationem confictum, quare dicunt eum purgationibus uti, quo raros eos efficiat, quos contraxit uapores, uictuſq; tenuis, qui magis ſtudioſi ſunt, eos ſatagere, abſtinereq; multis a cibis, quicunque ſpiritum denſionem faciunt, e tenim uaporibus ipſum nutriri dicunt. Verum ad hoc ego dicerem, quod ſi ſpiritus inſtrumentis inſtructus non eſt anima eidem diffinitioni non ſuccumbit, nam cum dixerit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

animam corporis instrumentalis esse entelechiam, sic n. a formis inanimatis ip am secreuit, etenim illarum forma entelechia est. sed lapis & similia, corpus instrumentale nõ est, quod si anima, quæ in spiritu est, diffinitioni succumbit illud necesse est, vt spiritus organis institutus sit. quod si ita est, necesse est animæ partes simul cum ipsis instrumentis diuisas esse, id enim patet. quod vnaquæq; potentia, in vnoquoq; sedens organo sic operatur, neq; enim in alio quodam sedet, nam in spiritu primo iacet. quod si verbi gratia, vitus instrumentum proprium cũ habeat, non in ipso instrumento operatur solum, verũ etiã in reliquis spiritus ipsius partibus, id sequitur, quod superfluum sit, & frustra illud instrumentum. quod si in ipso solo operatur, inque ipso solo sedet, cur in alia spiritus parte visus habet esse, & in alia operat? nisi quispiam id ficte supponat, quod in illo in vna quidem parte sint omnes, ex ea autem in reliquũ veniant: quomodo enim hoc ipsum se sic habere ostenderit? quod autem de visu dictum est, hoc scilicet, etiam de reliquis sensibus erit, qđ si hoc est verum necesse est per corporis partes animam esse diuisam. igitur si organis instructus est, quod dixi, id sequetur, videlicet animam per corporis partes esse diuisam. Sin autem non organis est institutus, animam rationis expertem diffinitio non comprehendet. Verum plantalem, atque rationalem solum, in spiritu enim habet esse irrationalis, nisi quispiam fortasse hoc dicat, quod in hoc corpore rempublicam gerentem animam diffiniuit, neque enim cœlestium animas diffinitio complectitur, nã neque illæ sunt organis instructæ.

Nonnulla autem dubitationem habent, quemadmodũ enim in plantis quædam diuisa apparent uiuentia, seiũctaq; inuicem ut existente in ipsis anima, actu quidem unius in unaquaq; planta, potentia uero plurium, sic & circa alias differentias animæ uidemus accidens in insectis, in his, quæ inciduntur, etenim sensum utraque partium habet, & motum localem.

Si non & loco diuisæ sunt: de intellectu autem dicit, vt deinceps enarrabit.

Quod si sensum, & imaginationem, etiam appetitum, ubi. n. sensus est tristitiaque, & uoluptas consequitur, ubi autem sunt hæc, necessario quoque cupiditas est.

Postquam demonstrauit sensitiuum, motiuumq; secundum locum, non esse inuicem loco separabilia, ex his ratiocinari vult quod appetitiuum, & imaginatiuũ sunt inseparabilia, de appetitiuo quidem ratiocinatur, de imaginatiuo vero, nondum: non enim quod sensum habeat, id illi statim videtur habere imaginationem, nam quod formicæ, quod muscæ quod multa huiuscemodi alia imaginationem habeant, id patet. latebras enim suas non ignorant. Vermes autem (vt in his, quæ sequentur, dicet) imaginationem habere minime videntur, cum quosdam motus vagos, atque errantes faciãt. quare aut imaginatiuum non habent, aut si habent, id quidem maxime hebes, atque obscurum tenent, & tale vt neque esse videatur, quod sane sensum habens statim quoque appetitum habeat, id hic ostendit quæ sensum habent, ea suauis & tristis apprehensionem habent huius enim discernendi vim sensus habet & maxime aliorum tactus, horum autem, alterum quidem mœrorem fugit, alterum vero iucunditatem petit: videntur enim cochleæ, quæ sane solius tactus principes sunt, aqua prolata de testis suis prodire, & inde ferri quæ si durum aut asperum quoddam tactu offendant, contrahuntur. Spongiæ similiter si aliquod molestum tengerint contrahuntur, adire vero quod iucundum est, & fugere, quod tristitiam inferat, cupiditatis est & appetitus proprium, quod autem hæc imaginationem habeant dicere consentaneum non est.

De intellectu autem, & contemplatiua potentia, nondum manifestum est.

Cũ dixerit haud esse difficile videre, quod aliquæ animæ partes inuicem sunt inseparabiles loco, cumq; ostenderit sensitiuum & secundum locum motiuum manifeste inuicem loco inseparabilia esse, deinceps ex his adducta de appetitiuo ratione, quod intellectus sit pars eius animæ, quæ communius dicitur propterea dicit, quod ex his quæ dicta sunt, apertius nihil de intellectu dicere possumus nanque & ipse ab aliis potentijs loco inseparabilis est. non enim quemadmodum ratiocinati sumus de appetitu, sic de intellectu ex his quæ dicta sunt, adducere rationes possumus, deinde quod ipsis separabilis intellectus esse videtur, hoc subintulit, idem autem dicit esse intellectum & eius contemplatiuam potentiam. nanque ipsius intellectus aliud est contemplatiuum, aliud actiuum pars actiua sit illi ex habitu quem ad corpus habet, vnde postquam solutus est a corpore, solus est intellectus contemplatiuus, actiuus autem non amplius. Ipse vero *in his quæ sequentur contemplatiuum intellectũ* ab actiuo solo fine differre dicit, cum tamen subiecto non differant, quemadmodum neque semen, & fructus differũt: etenim contemplatiuo finis est veritatis cognitio, actiuo vero boni comprehensio. quod igitur solus intellectus contemplatiuus separabilis est, ideo apposuit & de contemplatiua eius potentia.

Sed uidetur animæ genus aliud esse, & hoc solum contingit separari, uelut æternum a corruptibili.

Manifeste per hoc & esse alterius substantię intellectũ, & a corpore separabilem, atq; immortalem demonstrauit. ex eo autem quod ait alterum animæ genus esse intellectum, declarauit quod æquiuocum esset animæ nomẽ. Deinde quod intellectus habet substãtiam separabilem, quæ vero reliqua est anima omnis inseparabilem: ideo subintulit, & hoc solum contingit separari. Deinde quoniam separari æquiuocum est: dicuntur enim accidentia quædam separabilia, quæ simul & separãtur a subiecto, & corrumpuntur. propterea subinduxit quandam separationis speciẽ. inquit enim, velut æternum a corruptibili. Sic enim est, inquit, separabilis intellectus a corporibus, alijsque potentijs animæ, velut a corruptibili separatur æternum. Quapropter aliæ quidem partes animæ sunt corruptibiles: intellectus autem solus æternus. illud autem, sed videtur, non dubitando dicit, vt Alexander putauit: sed aut, quia nondum sibi de intellectu docere propositum est, aut quod magis conuenit pro apparet, id dictum est, non enim penitus, illud videtur, dubitationem significat. etenim Porphyrius etiam cum dicit videtur autem neque genus, neque species dici simpliciter, id quidem minime dubitando dicit, atque ideo statim differentias ipsorum significantes proferi, de qua re multa quidem sibi in vsum seligere, atque proponere quispiam poterit. quæ autem nunc dicta sunt ea ad eius opinionem de intellectu ostendendam sufficiunt. qualem enim partem, aut quomodo intellectus continebit: difficile est etiã fingere. Apte etiam vsui possunt esse ea, quæ in prooemio proposuimus. verum quomodo potest aliquis omnino suspicari ipsum non de nostro, sed de intellectu diuino hæc dicere? nõ. de intellu diuino dixit, quod nondum manifestum est, quodque etiam separari contingit, aut quomodo omnino dixit intellectum diuinum esse partem eius animæ, quæ communiter dicitur? & eo magis, quod eius propositum est de nostra & animalium mortalium anima pertractare? id igitur patet, quod non alium intellectum dicit, quam nostrũ. Alia etiam scriptura affertor, qua ipse Alexander vsus est, sed videtur animæ genus alterum esse, & hoc solum separari contingit. quod si ita est, separabilem nihilominus denotat nam si, cum partes aliæ sint animæ separabiles, hoc genus animæ alterum, illud est, omnino quidem separabile fuerit, & hoc contingit separari, pro necessario intelligendum est. quod autem dicat hoc, scilicet quod intellectus est separabilis, id infra declarabit. quod vero reliquæ animæ partes minime sint separabiles, his patet, vt quidam dicunt, tanquam scilicet intellectus sit separabilis. Consideranda quod ego dixi eum

non

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

non de diuino, ſed de intellectu noſtro ſcilicet anima rationali ſermonem habere atque ideo ſubintuliſſe, reliquę autem partes animæ non enim ſane diuinus intellectus erit animæ particula, vt qui ex ratione, & irrationalitate animam acceperit, atq; inſuper plantalis adiacentis huius particulam vnam intellectum ſeparabilemque, & æternum eſſe dicunt.

Reliquæ autem partes animæ patent, ex his non eſſe ſeparabiles, quemadmodum dicunt aliqui.

Patet igitur inqt ex his, quæ dicta ſunt, quod reliquæ omnes animæ partes, præter intellectum, non ſunt ſeparabiles, neq; inuicem altera ab altera, neque a corpore, in uicem quidem, velut in diuiſis inſectis oſtenſum eſt, a corpore autem, quod eius entelechię ſunt, neq; enim aut ſenſitiua, aut nutritiua vis, aut mouẽdi, aut cupiẽdi virtus abſque corpore poſſunt eſſe, eius quod nutriendi, quod ſentiendi, quod mouendi vim ſuſcipere poteſt, eæ potentiæ ſunt, ipſe autem paulo ante eas non eſſe inuicem loco ſeparabiles manifeſtum eſſe ex his quæ oſtenſa ſunt dicebat. quod autem ait, quemadmodum dicunt aliqui, cla aduerſus Platonem dicit, qui non ratione ſolum, verum etiam loco potentias ipſas diſcernit, vt dictum eſt.

Ratione autem quod alia eſt patet, ſenſitiuo enim eſſe, & opinatiuo diuerſum eſt, ſiquidem ſentire aliud eſt ab opinari ſimiliter quoque & aliorum unumquodq; dictorum.

Et ſi enim loco ſeparatæ non ſunt, attamen diffinitione non ſunt eædem, alia enim ſenſitiui ratio eſt, & eius vis, quæ ſecundum locum mouet, & in aliis ſimili modo.

Præterea autem aliquibus quidem animalium omnes inſunt, aliquibus uero pauciores, & quibuſdam una ſola: hoc autem facit animalium differentias.

Aliquibus autem quædam videtur, quod ſcilicet animæ potentiæ ſint diuerſæ inuicem ratione, id autem per hæc declarat. Differentiæ enim animalium ex animarum differentia ſecundum ſpeciem fiunt, inuicem autem differunt animalia, quod alia quidem plures animę potentias habent, alia vero pauciores. quod ſi animæ potentiæ eſſent omnes eædem ratione, nulla quidem inter animalia differentia eſſet, non enim ſecundum materiæ differentiã differunt, veluti Pythagorici dicunt, qui in diuerſa corpora animas aſcendere faciũt, variaſque animarũ operationes ex corporum varietate fieri volunt. quod ſi non eſt hoc rationi cõſentaneum, ex forma enim vnũquodq; deſignatur, formæ autem rationem tenet anima, id ſequitur, quod animæ varias eſſe ex diffinitionibus differẽtias neceſſe eſt, atq; ex hoc animalium fieri differentias. non enim potentias omnes omnia animalia habent, ſed alia omnes, alia aliquas, alia vnam. illud autem, quod ait, aliquibus quidem animalium, & illud hoc autem facit animalium differentiam, animalium dixit, pro viuentium, quæ enim animalem vnam potentiam habent, vt plantalem, ea non ſunt animalia.

Quam autem ob cauſam, conſiderandum poſtea eſt.

Qua cauſa inquit hæ quidem coniunctæ ſunt, & plures in ipſis animæ potentiæ, in aliis vero pauciores, & in aliis vna ſola, id poſtea dicemus. præterea etiam quamobrem aliæ primæ, aliæ ſecundæ ſint: de his enim in his quæ ſequentur dicturus eſt.

Similiter autem & circa ſenſus contingit, alia enim habent omnes, alia autem pauciores, alia uero unum maxime neceſſarium tactum.

Quod, inquit, vniuerſaliter in potentijs animæ contigit, hoc in ſenſitiua quoque ſola factum eſt. animalium nanq; alia ſenſus omnes habent, alia autem plures, alia vero vnum, atque horum cauſam, quod iam prædiximus, in his quæ ſequentur declarabit.

Quoniam autem quod uiuimus, & ſentimus bifariam dicitur, quemadmodum quo ſcimus, horum autem dicimus, alterum quidem ſcientiam, alterum uero animam, utroque enim horum dicimus ſcire, ſimiliter etiam quo ſani ſumus, aliud quidem ſanitate, aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto: horum autem ſcientia, & ſanitas, forma, & ſpecies, quædam eſt, & ratio, & uelut operatio ſuſceptiuorum, altera quidem ſcientis, altera uero ſani.

Hanc ipſam diffinitionem interpretari eius propoſitum eſt, & ab quod in cur tranſire, naturæ enim cur eſt primum, nobis vero primum manifeſtius eſt quod. cum igitur dixerit animam eſſe entelechiam, nunc eius voluntatis eſt oſtendere quod ipſam entelechiam bene diffiniuit, hoc eſt ſubſtantiam eſſe ſecundum ſpeciem, quod eſt ipſum cur. nam poſtquam illud acceptum eſt quod animata abinanimatis actu viuendi differunt, ex eo hoc in loco demonſtrat, ſe bene diffiniuiſſe animam eſſe entelechiam corporis inſtrumentalis naturalis, in hac enim viuere, & ſentire animal ipſum dicit, proprie quidẽ, & primo anima, ſecundo vero propter illam corpore quemadmodum animata informantur viuendo, et ſentiendo, cuius rei primo anima cauſa eſt, atq; ob id ea forma eſt, & entelechia animatorum. præparatio autem procedit hoc modo, omnia inquit cõpoſita duplici modo dicuntur eſſe, & ſecundum materiam, & ſecundum formã, etenim primo ſecundum formã vnumquodq; eſſe dicitur, quicquid eſt, ſecundo autẽ ſecundum materiam, quoniã id quod per ſe eſſe dicitur, videlicet forma in materia eſt, fides autem eſt ex inductione. Dicitur enim inquit ſcire duobus modis animaq; & ſcientia, nãq; anima ipſa ſcientes eẽ dicimur, neq; enim corpore ſcimus, & rurſus ſcientia ſcientes eſſe dicimur, ſed proprie quidem, & primo ſcientia, propter ſciẽtiam quoque anima, in anima enim ſcientia eſt, et propterea anima ſubiectum quoddam eſt & velut materia: ipſa autem ſcientia vt forma. rurſus ſani dicimur eſſe aut ſanitate, aut corpore, aut oculis: at rurſus hic in vtroque ſimul corpore ſcilicet & ſanitate, primo quidem propter ſanitatem ſani ſumus: ſecundo autẽ corpore valemus & propter ſanitatem, & propter corpus, qua in re formæ rationem ſanitas habet, materię vero corpus, etenim ſcientia perficit animam veluti ſanitas corpus. primo igitur eſt & valere, & ſcire propter ſcientiam, & ſanitatem, nanq; propter ſanitatem, corpus ipſum valere dicitur, animaq; ipſa propter ſcientiam ſcire. ſimiliter quoq; aut albi aut nigri, aut rubei dicimur, primo quidem propter talem calorem, ſecundo vero propter ſuperficiem, & hæc quidem ſubiectum eſt, color vero forma. ſimiliter calidi, aut frigidi dicimur, primo quidem propter caliditatem, aut frigiditatem: ſecundo autẽ propter corpus, quod quidem ſubiectum eſt, qualitas autem eiuſmodi forma. quemadmodum igitur in hiſce ſe habet, in omnibus eodem modo conſiderare poſſumus, quomodo neceſſe eſt etiam in animatis eſſe, viuere enim dupliciter dicitur, nam viuere dicimur aut anima, aut corpore, ſed primo quidem anima, ſecunda autem ratione & propter ipſam, corpore, nam vita ipſa corpora animata ab inanimatis differunt, velut ipſis ex anima vita aduenial, horum igitur neceſſe eſt, vt in aliis omnibus, eſſe animam formam. Quare primo dictũ eſt vnũquodq; eſſe ſecundum formam, quam in ſe habeat, corpus vero materia eſt, et ſubiectum, hoc autem, ſcilicet velut operatio ſuſceptiuorum, dixit, pro perfectio ſuſceptiuorum eſt. enim ſciẽtis quidem, videlicet animæ, perfectio ſcientia. ſani autem ſcilicet corporis, ſanitas perfectio eſt. nanq; ſciens, & ſanum potentia ſunt, & imperfecta, perficiuntur autem ſcientia & ſanitate. Quamobrem ſi corpus materia eſt, anima vero forma, eſt autem materia quidem potentia, entelechia vero forma, quare ipſum, quod in materia potentia eſt, forma perficit, id ſequitur quod bene entelechiã eſſe animam diffiniuit.

Videtur aũt in patiente, & affecto factiuorũ ineſſe operatio.

Quoniam cum dixerit ſciẽtiam & ſanitatem eſſe ſcientis, et ſani operationem, quod nõ cuiuſuis operatio ſcientia & ſanitas eſſe videtur, ſed inducentis in ſanum, & ſcire vt medici, & ſcientis, ideo prædefiniuit quod in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

patiente & effecto facientis operatio eſt, hoc enim in naturali etiam demonſtrauit. vnam ſcilicet eſſe in ambobus operationem & in faciente: & in patiẽte, & eſt ipſa in patiente, & non in agente, nãq; agens eſt immobilis, propriamq; perfectionem habet, at patiens mouetur, & ex potentia in actum deducitur quæ igitur ibi dixit in memoriam nobis reducens, hæc ait, hac igitur de cauſa non ſimpliciter, operatio dixit, ſed vt operatio.

Anima autem hoc eſt, quo uiuimus, & ſentimus, & intelligimus, primo: quare ratio quædam fuerit, & forma, ſed non ut materia, & ſubiectum.

Cum demonſtrauerit inductione, id eſſe formam, ſecundum quod, vnumquodq; primo dicitur, materia vero, & ſubiectum, id ſecundum quod, ſecundo, ſermonẽ ad id, quod inquiritur traducit ſcilicet ad animatum. primo enim dicimur anima viuere & ſentire, & intelligere, quare concluditur, animam eſſe formam, corpus autem materiã, & ſubiectum. viuere autẽ & ſentire, & intelligere, plantalem, & rationis expertem animam, atque rationalem ſe dicere demonſtrauit, vt omni animæ ſermo conueniat.

Tripliciter enim cum dicatur ſubſtantia, quemadmodum diximus, quarum alia quidem forma eſt, alia autem materia, alia uero, quod eſt ex utriſque: & harum quidem materia potentia eſt, forma uero entelechia, & quoniam quod ex utriſque eſt, id animatum eſt, non corpus eſt entelechia animæ, ſed ipſa eſt corporis alicuius.

Quod ipſa ſubſtantia trifariam dicatur, paulo ante demonſtrauit, quod autem tertium ſubſtantiam ſignificans illud eſt, quod ex vtriſque conſtat, & animatum eſt, ex vtriſque ſubſtantia ex anima, ſcilicet & corpore, quorũ neceſſe eſt alterum eſſe formam, alterum vero materiam. quod enim eſt ex materia, & forma ideſt quod ex vtriſque eſt oſtenſum eſt autem quod anima, cum ſit ſecundum formam ſubſtantia, corporis naturalis inſtrumentalis forma erit, non autem corpus animæ. & ſi anima forma eſt, igitur materia corpus eſt, materia autem, inquit, potentia eſt, hoc eſt in eo, quod potẽtia eſt, habet eẽ, corpus igitur potentia eſt, forma vero entelechia eius, quod potentia eſt, at forma eſt anima, igitur anima eſt entelechia. Quare concluditur ab eo bene datam eſſe animæ diffinitionem, cũ dixerit, eam eſſe corporis naturalis inſtrumentalis entelechiam

Et ob hanc rem bene opinantur illi, quibus uidetur neq; ſine corpore eſſe, neq; corpus aliquod aïa, corpus enim nõ eſt, ſed corporis aliquid, & ppterea in corpore eſt, & in corpore tali.

Poſtquam demonſtrauit bene dictũ eſſe, quod anima ſit corporis entelechia, quod eius erat propoſitũ declarare, nam cum per prima non id ſatis oſtenſum eſſet, neq; cauſa, quãobrem entelechia eſſet aſsignata, in huius declarationem progreſſus eſt. ex his igit declaratis eos laudat, qui neq; corpus, neq; ſine corpore animam eſſe dixerũt, nam ſi corporis eſt entelechia, non quidem corpus ipſa erit, non enim perfectio alicuius eſt idem cum eo, cuius perfectio eſt, ſed neq; corpus aliquod eſt anima, nam cuius erit amplius entelechia? & corporis talis, videlicet naturalis inſtrumentalis. Hinc fortaſſe videri poſſet Ariſtoteles omnem animam dicere ab corpore inſeparabilẽ ſed ipſius Philoſophi mentẽ totam reſpicere oportet, & ea, quæ de intellectu ante dicta ſunt, in memoriam reducere. Quod ſi vbiq; intellectum ſeparabilẽ, atq; imortalẽ eſſe demonſtrat, hoc in loco animam plantalem q; & irrationem eum dicere credamus: alioqui intellectus, quatenus entelechia corporis eſt, eatenus inſeparabilis eſt: entelechia autem corporis eſt, non ſubſtantia, neq; ſuis omnibus operationibus, ſed ijs, quas ex reſpectu ad corpus habet, ex quibus maxime ſunt actiuæ, quæ quidem operationes ab corpore ſunt inſeparabiles, ac veluti gubernator, qui nauis, cum ſit entelechia, quatenus gubernator eſt ab naue ſeparari non poteſt: verum quia non ſolũ gubernator eſt, ſed etiam homo, vt homo, quidẽ, non vt entelechia, ab naue ſeparabilis eſt. hoc etiã modo anima noſtra, quæ quatenus entelechia eſt corporis non poteſt eſſe ſine corpore, ſed quoniam quaſdam ab corpore ſeparabiles operationes habet ſcilicet circa intelligibilia, in quas non mõ corpus confert, verũ etiam in illis intellectui impedimento eſt, id patet, quod ſubſtantiã ſeparabilem habebit, cũ eatenus anima ſit, & dicatur intellectus, non ſane amplius anima, niſi potentia, velut etiã cum in corpore eſt, intellectus potentia eſt. vt ipſe etiam dicit, & ſi oĩno naturaliter imaginari poteſt actu, qui de intelligibilibus non ſunt penitus imaginabiles, & hoc nõ fruſtra habeat, ex natura neceſsitas, quod aliquando ſic operet; & hoc id ſequitur, quod eius ſubſtãtia ſeparabilis eſt: verum de his in ſuperioribus diligentius diximus.

Et non ueluti, qui prius in corpus aptabant ipſam, nihil diſſinientes in quo, & in quali, & quidem cum non appareat quoduis ſuſcipere quodcunque contigerit, ſic autem fit, & ſecundum rationem: uniuſcuiuſque enim entelechia in eo, quod eſt potentia, & in propria materia nata eſt fieri. quod igitur entelechia quædam eſt, & ratio eius, quod poteſt huiuſce talis eſſe, manifeſtum eſt ex his.

Prius quidem queſtus eſt, de anima multos quidẽ diſſerere, ſed nullum ſermonẽ facere de corpore aïam ſuſcipiente, velut id fieri id poſsit ex Pythagoreorũ verbis, vt anima quæcũq; ſit, in quoduis corpus ĩgrediat, atqui inquit non videtur quæuis forma in quodcũq; ſubiectũ inuenire, non enim vnquã ſtrepitibus lingua ſubiectum fuerit, neq; odorabilibus auditus, neq; ſaporibus naſus. non cera oſtrei, aut æris formã vnq; ſuſceperit, igitur ſi non quælibet forma in quoduis ſubiectum venit, forma aũt corporis eſt anima non quidem in quoduis corpus ingredietur. quod quidem veteres nõ diffiniuerunt: ipſe aũt diffiniuit, cũ dixerit eſſe formã corporis naturalis inſtrumentalis, nam corpus inſtrumentale ſimplr & quidẽ nunc diffiniuit. talis aũt animæ, tale quidẽ corpus inſtrumentale velut, exẽpli gratia, rationalis aïæ corpus rectũ manibus vtens in rationis ſeruitutem: aliis aũt corpus vnguibus curuis ad rapinam, atq; ſimpliciter ad vniuſcuiuſque animæ & corporis operationẽ corpus prẽparatum eſſe. Hoc aũt Plato etiam ante ipſum diffiniuit, quemadmodum nos prædiximus, de figura n. corporis humani loquens ait: non.n. niſi cognouerit ens, in hanc figuram veniet, ens autem dicit intelligibile, intelligibile autẽ ſola rationalis anima cognoſcit, aïæ igitur rõnalis ſolius humanum corpus eſt propriũ, ſic autem fit ſm rõnẽ. vniuſcuiuſq; enim entelechia in eo, quod eſt potentia, & propria materia nata eſt fieri, ſic igitur illi, inquit, de aïa dicebant, de corpore. quod ipſam ſuſciperet nihil definientes neq; eſt ſm rationem, neq; apparentibus conſequens. ſic autem nos diximus, talis cũ dixerimus corporis entelechiam animam quod autem apparentia ſic ſe habeant ipſa ratio teſtatur, etenim, inquit, alicuius entelechia in eo nata fieri ſolet, quod vt ſit tale potentiam naturaliter habet, at vniuſcuiuſque materia proxima tale eſt, nõ enim quãlibet formam quæuis mã ſuſcipere põt, neque enim cera domus formam, neq; nauigĩ papyrus ſuſcipere vnquã poſſet, nec cõſequenter cuiuslibet aïæ quodcũque contigerit corpus erit ſuſceptiuũ. Quare ſimul cũ ſermone de aïa de corpore eã ſuſcipiente ſermonẽ facere neceſſe eſt, nãq; mã, & forma ſunt ex his, quæ ad aliqd dicuntur, quæ autem ſunt ad aliquid, fieri non poteſt, quatenus talia ſunt qui in inuicem aut ſint, aut cognoſcantur.

Ex potentijs autem animæ, quæ dictæ ſunt, alijs quidem ita ſunt omnes, ut diximus: alijs autem quædam ipſarum, quibuſdam uero una ſola.

Quod paulo ante de potentiis animæ ſe inuenturum pmiſit, videlicet quibus nã, & quæ, & quot inſint, quaque de cã & quales, quçq; a quibus ſeparari non poſsint & contra quæ ad quibus ſeparentur, id nunc declarat dicens, q; inferiores aïæ potentiæ, ſequuntur meliores, neq;

ſeparantur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſeparantur ab illis. Sed ſane inferiores abſq; melioribus eſſe poſſunt, aliis enim ſola plantalis ineſt, aliꝭ aũt ſimul cum hac ſenſitiua, quas oĩno appetẽdi vis ſequitur, nãq; omne ſenſum participans, neceſſario appetitionis particeps eſt, vt & paulo ſuperius demõſtrauit, & nunc oſtendit, aliꝭ autem præter eas, quæ dictæ ſunt cogitandi vis ineſt, vt hominibus, vel quibuſdam aliꝭs talibus, vel etiã præſtantioribus potentiis. Simul autem per hæc oſtendit, quod in animis eſt primum, atq; ſecundum.

Potentias autem diximus nutritiuum, ſenſitiuum, appetitiuum, motiuum ſecundum locum, intellectiuum. ineſt autẽ plantis nutritiuum, aliꝭs autem & hoc ipſum, & ſenſitiuum, & appetitiuum, appetitus enim eſt cupiditas, & ira, & uolũtas, animalia autem omnia unum habent ex ſenſibus tactum, cui autem ſenſus ineſt, huic uoluptaſq; & triſtitia, & iucundum, & triſte eſt, quibus autem hæc inſunt, ineſt & cupiditas, iucundi enim appetitus eſt ipſe.

Id notandum eſt, quod in enumeratione animaliũ potentiarum prius appetitiuũ nõ poſuit per ſe, veluti id omnino ſenſitiuo coniunctum ſit tunc dicebat animam hiſce diffinitam eẽ, nutritiuo, ſenſitiuo, intellectiuo, motu: nũc autem cum aliis potentiis ipſum appetitiuum reduxit in numerum dicẽs, aliis autem & hoc ipſum, & ſenſitiuum, & appetitiuum. aliis autem dixit pro animalibus, infert. n. aĩalia aũt oĩa vnũ habent ex ſenſibus tactũ, aĩalia igitur, inquit. nutriendi, & ſentiendi, & appetẽdi vim participant. Deinde ſatis aperte confirmat hoc, qđ oĩno vbi ſenſus vnus ſit, ibi neceſſario ſit ira, atque cupiditas, hac igitur de cã ſenſum oĩa aĩalia hñt, in oĩbus. n. oĩno tactus eſt, & ſi nullus ex ſenſibus aliud adſit; ſenſus autẽ triſtis, & iucũdi ſuſcipitur, vbi aũt iucũdũ eſt, ibi oĩno & cupiditas & appetitus ẽ, iucũdi n. deſideriũ cupiditas eſt, vnde quæ ſolũ tactũ participant iucundis adeuntibus diffundere ſe videntur, triſti vero quodã impellente ſe contrahere. Cũ autem dixerit, cui ſenſus ineſt, huic & voluptas, & dolor adeſt, appoſuit & iucundũ, & triſte, bene quidẽ valde, atq; vtiliter tranſitione vſus eſt, appetitus .n. non eſt voluntatis, at iucundi, diffinit aũt appetitum cupiditate, ira, voluntate: nam vnũquodq; horum appetitus quidam eſt: id autem patet, quod ſimpliciter appetitus ſenſitiuo ineſt, at nõ oĩs appetitus: iis enim quæ ſolũ tactũ habent, appetitus eſt ſm cupiditatẽ: q̃ vero ſenſus oẽs, iis eſt appetitus etiam ſm iram, videntur enim talia eſſe ad vltionẽ prona, ſed rõnis ſolius volũtas eſt. Quare cupiditas & appetitus æquiuoca, ſignãre videtur, & veluti diſpoſitio, quæ quidem de habitu communiter prædicatur, & rurſum magis proprie ad habitum diſtinguit ſic etiam dicitur appetitus cõiter de ira, de cupiditate, & de rõne: dicimus enim quẽpiam diuina appetere, & ſcientiam appetere, magis quoq; proprie dicitur appetitus ad rõnem diſtinctus, & ſimili mõ cupiditas, eſt enim & cõmunis, & ad iram, & ad rõnem diſtincta

Præterea autem nutrimenti ſenſum habent, nam tactus nutrimenti ſenſus eſt: aridis enim, & liquidis, & calidis, & frigidis nutriuntur animalia omnia, borũ autem ſenſus eſt tactus.

Demonſtrauit quod habentia ſenſum ſunt appetitus conſortia, etiã ſi ſolũ ex ſenſibus tactũ habeant, nunc aũt cõius, & manifeſtius declarat, quod ea. quę ſenſum tenẽt hñt appetitum, ex eo quod ſimul ſentiunt iucundum, & triſte: quæ aũt hæc ſentiunt, iucundũ quidem adeunt, triſte vero refugiunt. hoc aũt cupit aliquid, quod adit, cupiditas vero, appetitus quidam eſt. hac enim de cauſa diuiſionem fecit appetitus quæ quidẽ ſentiunt, quod habẽt ſenſum, ea de cauſa appetitionem participant. nũc autem manifeſtius, & magis ꝓprie id ipſum oſtẽdit, quod omnia tactum habentia, penitus appetitũ quoq; habent. nã ſi inquit, ea tactus ſentit, quibus aĩal nutritur, nutritur autem ex his, quibus conſtat: quatuor aũt qualitatibus conſtat, videlicet arido, humido, calido, frigido: vt in lib. de generatiõe demõſtrauit, ex his igitur nutritur aĩal, nãq; nutrit vnũquodq; eo, quod ſibi ꝓpriũ eſt deinde quomodo iis nutriatur demonſtrauit. etenim inquit, nutrimentum per calida, atq; arida fit, potus vero per humida, & frigida, quas quidẽ qualitates tactus diſcernit quibus autem nutrientiũ ſenſus eſt, his quidẽ ſitis, & fames eſſe ſolet vtriuſq; aũt cupiditas appetitus eſt: aridis enim & calidis, frigidiſq;, atq; humidis viuentia nutriũtur primo. nãq; ſaporum, qui tales non ſunt, cupido per accñs fit, nãq; ſapores, velut ipſe ait, ſunt vt ciborum cõdimenta, necnon medici dicunt per humida, & frigida potum fieri, naſci. n. ſitim non modo per ſiccitatem, verũetiam per caliditatem, atq; ideo talem ſitim frigido aere ſolo ſedari. Quare ſi ſitis eſt remediũ potus, Homerus. n. dicit. bibebant. & ſiti medicabanꝰ, ſitis aũt per ſiccitatem, vel per caliditatẽ fit, nam patet in febribus caliditatẽ ſitis eẽ cauſam, atq; ideo ſæpenumero cum ſit humidis venter minime plenus, bibendi tamen eſt deſiderium, quod quidem per ſiccitatem etiam fit, q̃ ſi contraria contrariis curantur, ſitis autem vel per ſiccitatem, vel per caliditatem fit: id ſequitur quod frigido, & humido potus ſit, quod ſi calidum ſæpe potum accipimus, hoc quidem per accidens, videlicet (ſi ita contingat) propter ſtomachi imbecillitatem, aut ex cõſuetudine facimus: quemadmodum quoque vina ſuauia, & quas præſumimus potiones, nõ ꝓpter ſitim, ſed voluptatis cauſã potamus. Quare ſi potus frigidis, & humidis fit, neceſſario cibus fiet ex ſiccis, & calidis. nam ſi quibus conſtamus, iis quoq; nutrimur, conſtamus autem ſiccisque, & liquidis, calidiſq; & frigidis: fames autem, & ſitis eſt deſideriũ ſuppletionis eius, quod e noſtra ſubſtantia abſumptum eſt, at ſecundũ eas omnes, quibus compoſiti ſumus qualitates abſumimur, frigidis autem, & humidis fit potus: id neceſſario ergo ſequitur, vt ſiccis, & calidis fiat cibus: nam ſi nulla eſt alia ſpecies nutrimenti præter potum, & cibum proprie dictum, potus enim cibus eſt quidam, neceſſe autem eſt eẽ cibum ex his, quibus conſtamus: id quidem neceſſario concluditur, quod cũ potus ex humidis, & frigidis fiat, cibus ſit ex calidis, & ſiccis. q̃ ſi plantarum nutrimẽtum ſimus eſt, & ipſe ſimus ẽ calidus, id ſequitur, quod cibus non ſit ex aridis ſolum, verumetiam calidis: & ſi vinum ſæpenumero ſumptum ſamem ſedauit: id patet, quod non fecit quatenus humidum eſt, nanq; aqua id magis faceret, quod quidem non facit. manifeſtum igitur eſt, qđ ſi calidum nutriuit, e calido cibus fiat: hoc autem rationabilius probare poſſumus. diuiſio illorũ, quæ magis communia ſunt in magis propria, ex oppoſitione quadã fit oppoſitorum, vt ſubſtantia diuiditur in corpus & incorporeum, & rurſus corpus in animatum & in id quod caret anima, & animal in rationale & irrationale, & rationale in mortale, & in id quod morti non eſt obnoxium. ex quibus patet quod horum oppoſitio eſt, veluti per habitũ, & priuationem, etenim quod de incorporea ſubſtantia non habuimus, quod prædicaremus, eius corpus abnegauimus, & ſimiliter in aliis. animati ſane diuiſio fit in animal in plantanimal, & in plantam, atq; ipſa quidẽ per quandam talem oppoſitionem accepta eſt. nam qđ animali ineſt proprie, hoc ipſo plãtanimal priuatum eſt, quodq; plantanimali ineſt, hoc planta non habet. Præterea coloris diuiſio primo fit in album, & nigrũ, alii nãq; colores ſunt ex his, hi autem contrarij ſunt. numerus etiã diuiditur in parem, & imparem. Quemadmodum autẽ diſpoſitio diuiditur & in habitũ, & in eam, quæ proprie diſpoſitio dicitur, ſic etiam cibus, in cibũ proprie, & potum. igitur horum diuiſionem, quæ fit ex communiore per oppoſitorũ quoddã ſuſcipere debemus. at vero neque ſic vt per habitum, & priuationem poteſt accipi, neque vt per affirmationem & negationem, neque multo magis vt ea quæ ſunt ad aliqd. ea igitur diuidi ſolum vt contraria intelligendũ eſt. Quod ſi potus eſt ex frigidis, & humidis, aperte quidem ex aridis, et calidis erit cibus. at ne mirũ ſit quod ſæpenumero cõtraria ſimul cupimus dico autem potũ & cibũ quod eſt, ac ſi diceremus, aridũ, & humidũ, calidum, et frigidũ, ex his. n. cõſtituti ſumus, quibus cõſumptis in horum ſuppletionem decenter appetitus mouetur, nam ſimilia ſimilibus appetũtur. Quare vnoquoque elementorum deficiente conſequenter

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

omniũ fit appetitus, ex quo maxime patet ex aridis quidem calidiſq; cibũ fieri ex frigidis vero & humidis potũ. nam ſi quatuor conſtamus, omniumq; fit conſumptio, fameſq;, & ſitis eſt appetitus ſupplendi ea, quæ conſumpta ſunt, id ſequitur quod calidorũ, ſiccorumq;, frigidorumq;, & liquidorum fames, & ſitis appetitus eſt: ipſæ enim ſolæ conſumptorum eſt appetitus, & famem quidem ſicca, ſitim vero humida appetere manifeſtum eſt. ſed calidi, & frigidi diuiſio quodam modo facienda eſt. nam ſi ſiti calidum tribuamus, abſurdũ videtur, in febribus enim (vt dictum eſt) aperte frigidi cupido eſt, nam quę moleſtias affert, ipſa caliditas eſt: id igitur accidet qđ vna, & eadem contrariorum appetitio erit, & vni appetitioni tres duarum cõtrarietatum partes aſsignabimus, quæ ambo abſurda ſunt, & conſentaneum quidem eſt, cum duæ ſint appetitiones, & oppoſitiones duæ, quarũ ſunt appetitus, vt vtriuſque oppoſitionis vnam quandã partẽ vtriq; appetitioni natura diſtribuat. Quando autẽ dico frigidi cupido, non omnino factu frigidi dico, ſed omnino potentia, ſæpenumero etiam alterius horum ſit appetitus, vt aut cibi, aut potus, quando horum alterũ deficit, aridũ quidem dico, & calidũ, aut humidũ, et frigidum quod autem cibus ſit non ex aridis modo, ſed ex calidis etiã: Potuſq; nõ ex liquidis ſolũ, verumetiam ex frigidis, ita Philoſophus probat, etenim, inquit, aridum terræ eſt, ex terra autem humida exhalatio quædã aſcendit, quæ quidem calida eſt. Similiter inquit ex humidis euaporatio quædam exit, quę quidem frigida eſt, igitur cum ſicco calidum, cum liquido frigidum ſequitur. Veruntamen non eſt hoc argumentum munitum nanq; totum mutat in totum & maxime contraria in contraria, vnde ſic dicendum eſſet quod quæ calida & humida cupiunt, ea contraria cupiant, quod quidem rationi cõſentaneum non eſt. ex his autem quæ dicta ſunt habes qua cauſa ſenſibus omnibus tactus præpoſitus ſit, ſine quo nullus alius ſenſus eſſe poteſt, cum tamen abſque alijs tactus ipſe poſsit eſſe. Quapropter horum nobis eſt apprehenſio de quibus habemus eſſe, quod ſi tangendi ſenſus non adeſſet, nullum conſumptæ nobis ſubſtantiæ ſubſidium haberemus, neque hoc modo nobis vlla deficientis eſſet cupido, quod ſi eſſet, nec vllum quidem deſiderium ſuppletionis haberemus, at ex hoc animal ipſum conſeruatur. igitur ſi non hoc eſſet, ex neceſsitate corrumperetur.

Aliorum uero ſenſibilium per accidens, nihil enim in nutrimentũ confert ſonus, neq; color, neq; odor, ſapor autem unum quoddã tangibilium eſt, fames uero, & ſitis cupiditas eſt, & fames quidem calidi, & ſicci, ſitis autem liquidi, & frigidi: ſapor uero ueluti condimentum quoddam horum eſt.

In hoc expoſitionem duplicem ferunt, nam ſi tactum dicit alia ſenſibilia per accidens apprehendere, aut per appetitum tactus enim primo, & per ſe calida, ſicca, liquida, frigida apprehendit, nam qualitatum ſunt ipſæ tangendi virtutes. ꝙ ſi alia ſenſibilia ſentire tactus dicatur, id ſcilicet per accidens intelligendum eſt, neq; ſolum de tactu, verũ etiam alijs de ſenſibus hoc dicere poſſumus, nanq; viuendi virtus primo quidem colores apprehendit, dulcedinem vero aut amaritudinem, aut fragrantiã per accidens, veluti ſi mel videat per ſe quidem, id eſſe flauum apprehendet, dulce vero per accidens: etenim, quod operati ſunt aliquando ſimul duo ſenſus, videlicet viſus, & guſtus, hac de cauſa cognoſcit, quæ ſit eiuſmodi figura, eam eſſe aut dulcem, aut amaram, quæq; conti gerit alio quodam modo, eam eſſe boni odoris, aut mali. Sic etiam tactus primo quidẽ & per ſe quæ dicta ſunt apprehendit, alia vero per accidens, nam ſi (exempli gratia) clauſis oculis parietem tetigero, id quidem ſcio, qđ habet & qualitatem, & colorẽ talem, ꝙ ſi mel tetigero, id quidem cognoſco, quod eſt & dulce, & flauum. ſimilia quoque in reliquis ſenſibus dicenda ſunt, quarum reũ cauſam diximus eſſe, quod aliquãdo ſimul ſenſus operati ſint, etenim ſi quodpiã videamus, in quo ſenſus nunquam ſimul operati ſint, qualis quidem ſit color ſcimus, at non ſane qualitatem ſaporis dijudicare poſſumus, de tactu ſimiliter, & de reliquis dicendum eſt. Si igitur tactũ per accidens alia ſenſibilia percipere volumus interpretari, hoc quidem fuerit Alexandri dictum. Siue quod alij, qui ſenſus omnes eſſe tactus putauerunt, & omnia ſenſibilia ſub tangendi virtutem venire, nanque tangentibus fieri ſenſibilium ſuſceptio quædam videtur, viſus enim tranſparens, per quod videt, tangit, & olfactus id, per quod odorem dijudicat, (id autem dioſmon dicunt) & auditus ſimiliter. hac igitur facta diſtinctione dixit, alia ſenſibilia a nobis per accidens apprehendi, nõ enim qua tenus diaphanum tangit, viſibilia viſus apprehendit, neque olfactus ea, quæ ſibi ſenſibilia obijciuntur, neq; auditus quæ ſub auditum veniunt: ſed ijs ita accidit ea tangere, per quæ ſenſibilia propria percipiunt, non enim ſic alij ſenſus apprehendunt, vt tactus, qui ſibi propria ſenſilia tangendo percipit, neq; enim viſus tangendo colores apprehẽdit, ſed ipſum diaphanũ per quod colorũ varietates percipit: aliorum autem ſenſibilium, dicit Alexander tactum per accidens eſſe ſuſceptiuum, quod horum ſuſceptiuus eſt, quibus alia contigerunt nam ſimplicia, & prima corpora, de quibus alia quoque ſunt, ijs definita ſunt, quorum tactus ſuſceptiuus eſt, ſuſcipit autem calidum, & frigidum, & ſiccum, & humidum, quæ quidem primorum corporũ ſimplices, & ſpecificæ differentiæ ſunt. Quod igitur alia, quæ ſenſus alii per ſe ſuſcipiũt accidere corporibus ijs, quorum tactus propriè perceptiuus eſt, illa quidem per accidens tactus apprehendit, ſed hoc videlicet aliorum vero ſenſibilium per accidẽs, magis quidem proprie ad cupiditatem aptãdum eſt, vt ita ſit ordo, quibus autem hæc ſunt, his etiam cupiditas eſt nam iucundi quidem eſt appetitus ipſe, aliorum autẽ ſenſibilium per accidens. Cupiditas enim primo cupit ea per quæ nutritur. (humida, & ſicca, calida, et frigida, per accidens vero ſapores appetit, & colores, & alia ſenſibilia, nanq; (exempli gratia) qui vinum cupit aut album, aut dulce, id quidem ex conſuetudine quadam per accidens cupit. nam primo quidem liquidum cupit. & quod ad hoc magis ſubaudiendum ſit, illud, aliorum autẽ per accidens, id ea, quæ ſequuntur, declarant: nihil enim inquit in nutrimentũ cõfert ſonus neq; color, quare ad appetitum redditio eſt: per quæ enim inquit animal nutritur, ea appetit, alia vero per accidens, vt enim progreſſus dicet, ſapor eſt, veluti nutrimentũ condimentũ quoddã. Saporum autem dicit quandã guſtabilem qualitatem, quæ nutrientibus innaſcitur, frigidũ autem potum dixit, nam quãuis aqua calida bibatur, calida inquam, tactu, potentia tamen frigida eſt, vnde eam depellit ſiccitatem, quæ de ſiti orta eſt, & qui valde ſentiũt, frigidum cupiũt adeo, vt neq; vinũ, niſi cõpellantur, adeãt. Quid igitur? nõne ſapores alij animali ad ſalutẽ conferunt, & alii contra ſalutem lædendo vaſtant? ad hoc ego reſpondeo, qđ ſic quidẽ ſimpliciter aridis & humidis, frigidiſq;, & calidis corpora nutriuntur ſic autem, & tali modo affecta tali indigent in cibis qualitate, alioqui propter hoc non in omnibus eædem ciborũ qualitates accipiunt, quod qualitas eorum tẽperationis ad eas eſt imoderata. etenim, quod eiuſmodi qualitates ex tali elementorũ temperatione in cõpoſitis ſecundũ aliquam alicuius ſimplicis continentiam fiunt, ea de cauſa merito iis quidem, in quibus (vt ita dicam) calidum præualet, eos offerimus ſapores, qui frigido cõtinente innaſcuntur. contraria enim contrariis curantur. Quare non, quia talis eſt ſapor, ipſum eius indigentibus proferimus, ſed quod ita vt frigido, aut calido, aut arido, aut humido cõtinente factus eſt. Quamobrem rurſus, hæc quidem primo nutrientia ſunt, per accidens vero ſapores, fames vero, & ſitis cupiditas eſt. cũ dixerit ea, quæ tactum habent, ſentire cibum, quæ autẽ cibum ſentiunt, ea fameſcere, & ſitire: famem vero, & ſitim cupiditatem eſſe, cupiditatem vero appetitum, collegit, & demonſtrauit quod omnia quæ tangendi ſenſum habent omnino ſequitur appetitus.

Verum declarandum de ipſis eſt poſtea, nunc tantum diffini-

tum

tum ſit, quod animalibus ijs, quæ tactum habent, appetitus ineſt.

Deinceps enim de vnaquaq; animali potentia priuatim dicturus eſt, decq; vniuſcuiuſq; ſenſus propriis ſenſibilibus, cum de illorum ſenſibus ſermo fiet.

De imaginatione autem obſcurum eſt, at poſterius conſiderandum.

Prius quidem dicebat vt is, qui diceret appetitum ſequi ea, quæ ſenſum participant, atq; ſic imaginationem, quando orationem de inſectis habebat, nunc autem dicit obſcurum eſſe an ea penitus, quæ ſenſum habent imaginatio ſequatur. nam ſpongiæ quidem triſte, & iucundum ſentiunt, quas tamen habere imaginationem nullus merito crediderit, ſiquidem ſenſibus imaginatio melior eſt, & illæ nullum alium ſenſum habent, præter tactum, quod ſi peiores non adſunt, neq; meliores adeſſe concedendum eſt. de eo autem in hoc ſermone paulo poſt, & perfectius etiam in tertio, quibus animalibus adſit, quæq; eo careant, explicabit.

Aliquibus uero præterea ineſt, & in loco motiuum, aliis autem & cogitatiuumque, & intellectus, ut hominibus, & ſiquid tale eſt aliud, uel etiam præſtabilius.

Potentiarum animæ ordinem tradit pariter declarans in ipſis eſſe prius, & poſterius. in aliquibus enim ſola nutritiua eſt, in aliquibus autem & ſenſitiua, quam cupiendi vis conſequitur præterea in aliquibus eſt etiam imaginatio, in aliis autem et in loco motiuum, in aliis vero etiã cogitatiuum, quod intellectus potentia eſt, vt in hominibus, & in quibus meliora ſunt, in illis quoq; peiora omnino ſunt, quod econuerſo non procedit. hoc autem, qđ ait, & ſi quid tale eſt aliud, vel etiam præſtabilius, aiunt eſſe de quibuſdam dæmonibus dictum, qui quodã modo cũ natura humana eiuſdem ſunt ordinis participes, neq; enim (inquiunt) ex his quæ ſemper ſupra ſunt delapſum, & deſcenſum vſq; ad nos eſſe ſine medio oportet, neq; ita ſtatim ſubſtantiæ rationalis in vltimis caſum fieri, ſed eſſe veluti medietatẽ quandã, quæ neq; ſic, vt nos irrõnalitati cõmiſta eſt, nec tamen ad illam ſine reſpectu ſe habet, animãq; ipſam dicunt haud ita ſtatim huc decidere, ſed prius in aliquod certum tẽpus aeriam factam vitam quandam noſtra minus perturbatã viuere, quæ ſane penitus ad ratione carentes potentias nõ ſine reſpectu ſe habet, vt fortaſſe per hæc obſcure loquatur.

Patet igitur quod eodem modo una eſt ratio animæque, & figuræ.

Poſtquã demonſtrauit in potentiis aĩalibus eſſe prius, & poſterius, reliquum vult hinc oſtendere, quod bene de confuſo ad id quod per membra compoſitum eſt, & ab diffinitione cõius aſsignata ad eam tranſit, quæ vniuſcuiuſq; potentiæ propria eſt, etenim & ſi maxime animarum cõmuniter prædicatum genus fuiſſet, nõ tamen ſic oportebat in generum diffinitionibus phyſicũ immorari, ſed ad ſpẽs ſpecialiſsimas tranſire fuerat opus, vniuſcuiuſq; enim cognitio ex his, quæ vnicuique priuatim adſunt, habetur. nunc vero, quia non eſt animarum cõiter prædicatum genus, ſed vox æquiuoca, vt quæ ab vno, & ad vnum ridiculũ quidem ideſt in ſermonibus communibus immorari. quemadmodũ ſi quiſpiam deſiniens figuram, quæ quidem vox æquiuoca eſt, eam dicat eſſe, quæ termino, vel terminis claudatur, neq; aliter ad particulares figuras triangulũ, quadrangulũ, & reliquas deſcendat. de figuris quidẽ nihil nos docuerit, neq; .n. figuræ natura quædã ipſa per ſe abſq; particularibus eſt, vt etiã quædã ſpecificãs animalis natura eſt, quæ quidem particularibus omnibus conuenit, quæ etiam ſi nõ eſſent, animal nihilominus eſſe poteſt ſubſtantia animata ſenſitiua: eodẽ modo qui de anima cõmunem ſermonem fecerit, niſi ad particularia deſcenderit, nihil quidẽ docuerit, quia neque genus eſt animarũ, nihil enim aliud eſt anima, præter id, quod vnaquęque particularis eſt, quemadmodum neq; figura alia quędã eſt, præter vnãquanq; figurã, veluti triangulum, aut quadrangulum reliquaſq;, ſed vt in figuris triangulus prima eſt, in figuris (inquam) rectilineis, nã circulus habet ordinem primũ, vt ea, quæ vna linea cõtinetur, ſecundum autem ſemicirculus, vel ſimpliciter portio circuli, vt quę lineis duabus cõplectitur tertium vero triangulus, qui tribus lineis terminatur, ſed in rectilineis triangulus prima figura eſt, ſecunda autem quadrangulus, qui duobus triangulis componitur nam ſi lineam binos angulos includentem quadrangulo coniunxeris, triangulos duos rectilineos facis, compoſiti vero trianguli tres pentagonum faciunt. vide licet a/c/b. & a/b/e. & e/d/b. quatuor autem hexagonum, & a/f/e. & a/g/c. quinq; vero ſeptangulum, & ſic de reliquis triangulo addito angulum addideris: omnis enim multiangulus, ex triangulis generatur, & in omni multiangulo, ſi lineam rectam duo latera prætendentem coniunxeris triangulũ facies, et omnis triangulus in triangulos diuiditur. quare deſtructo triangulo, nulla ex his, quæ deinceps oriuntur figuræ, erit, at quidem deſtructis illis triangulus manet, vnde in illis eſt & prius, & poſterius, & hac de cauſa cõmuniter ipſarum prædicatum genus, non eſt figura, ſed horum, de quibus prædicaſ ſumaria quædam cõprehenſio eſt. hoc igitur modo ſe res habet in animabus, nam ſi nutritiua interficiatur in mortalibus animalibus, nulla erit alia. etenim cauſam diximus alias ſæpius, quod ſi interficiantur aliæ, ipſa ſola poteſt eſſe, velut in plantis. quod ſi communiter ipſarum prædicatum non eſt ſubſtantia quædam, ridiculum certe eſt in ſermone communi immorari, ex eiuſmodi enim dictis de ſubſtantia animarum nihil ſciemus, quare neceſſarium eſt vt de vnaquaq; priuatim ſermo pgrediatur.

Neque enim ibi figura præter triangulum eſt, & quæ deinceps, neque hic anima præter dictas, fieret autem quoque in figuris ſermo communis, qui conueniret quidem omnibus, ſed proprius nullius eſſet figuræ, ſimiliter autem & in dictis animabus.

Genus enim natura quædam eſt in ſpeciebus quidem exiſtens, propriam ſane diffinitionem præter vnãquãq; ſpeciem habens, vt diffinitio quę quidem ſpeciebus conuenit, at nullius ipſarum propria eſt, ſed cuiuſdam ſubſtantiæ generis eſt propria, figuræ ſane ratio nihil aliud quicquam declarat, quã particulares figuras, de quibus prędicatur. Quare non ſolum in his eſt, vt in ſpeciebus genus, ſed harũ etiam aliquid eſt, nam quod ab aliquo, vel aliquibus terminis continetur, eſt enumeratio figurarum, non quædam propria natura ſignificata. circulus quidem termino quodam, triangulus vero quibuſdam continetur. Quemadmodum igitur ſermo communis in figuris, non aliquam naturam, præter figuras particulares declarat, hoc modo ſermo communis animam non explicat, cuius rei ſignum eſt, quod vno ablato auferuntur alia, nam ſi triangulus deſtruatur, deſtruuntur figurę & ſi quę nutriendi vim habet potentia interficiatur, aliæ quoque animę virtutes extinguantur neceſſe eſt. in quibus autem ex vnius ſpeciei deſtructiõe reliqua deſtruuntur, horũ cõiter pdicatũ nõ eſt genus, ſed vox ęquiuoca.

Quamobrem ridiculum eſt quærere communem rationem & in his, & in cæteris, quæ nullius eſt eorum, quæ ſunt propria ratio, neque in propria, & indiuidua ſpecie, relicta ea, quæ propria eſt. ſimiliter autem ſe habent, ut in figuris, ea, quæ ſunt animæ, ſemper enim in eo quod deinceps eſt, potentia prius eſt inq; figuris, & in animatis. uelut in quadrato quidem triangulus, in ſenſitiuo autem nutritiuum, quapropter in unoquoque quærendum eſt, quæ ſit uniuſcuiuſque anima, ut quæ plantæ, quæ hominis aut beſtiæ.

Qũo igitur ipſe cõmunem circa omnem animam rationem quę nulli animę propria eſt, aſsignauit, hoc tamẽ non dicit, communem aſsignare rationem non oportere, ſed neq; opus eſſe hoc ſolum quęrere, neq; putare qđ rationis vniuerſalis aſsignatio ſufficiat ad ſubſtantiã propoſiti declarandam. verum partium quoq;, quas ſpecies

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſpecialiſſimas vocãt, diffinitiones reddere ſiquidẽ vniuſcuiuſque ſubſtantia ſecundum ea, quæ proprie ſunt, eſſe dicitur. hoc igitur omnino dicit eſſe ridiculũ, quod aliqui cõi ratione contenti, vniuſcuiuſq; rationem propriam diſſerint maxime enim & ſi aliqua erat abſtracta, & cõmunis quædam ſubſtantia anima, non tamen in huius definitione phyſicũ immorari oportebat, ſed vniuſcuiuſq; ſpecialiſſimum cum materia illi ſuppoſita quærere velut nec in animalis cõmunis intelligentia perſiſtere opus eſt, verũ de ſpecialiſſimis conſiderationem facere oportet. nunc aũt multo magis. quando anima nõ eſt ſimpliciter genus, q̃ ſi genus nõ eſt, neq; eam interpretans oratio definitio eſt. at nos rerum ſubſtantias per definitiones declaramus, igitur ridiculũ eſt ad vniuerſalem ſolã rationem venire, & ibi manere phyſicum. Sed quẽadmodũ geometra communiter figuram definiens vniuſcuiuſq; ſpecialiſſimas earum, quæ ſunt in ſubſtantia, figurarum definitiones appoſuit: ſic etiam nos oportet communiter operatione animæ aſsignata de vnaquaq; animę ſubſtantia priuatim ſermonem facere. ſemper enim eorum, quæ deinceps collocata ſunt potẽtia prius eſt, & in quadrato potentia triangulus eſt, nam ſi (vt dictum eſt) biangulum coniunxeris bina triangulum rectilineam facies. in animalibus quoque vbi eſt in loco motiuum, ibi penitus neceſſe eſt eſſe ſenſitiuum, vbi autem hoc eſt, ibi ſimul nutritiuum vt ſit oportet, an non ſane vbi priora ſunt, ibi poſteriora eſſe neceſſarium eſt. in plantis. n. ſine aliis per ſe ſtat nutriendi vis, & triangulus abſque aliis figuris, quæ poſt illum deinceps componuntur, eſſe poteſt. quare in ipſis prius eſt & poſterius, non igitur ſermo vniuerſalis ſatis erit, ſed vniuſcuiuſq; ratio priuatim quærenda eſt.

Quam autem ob cauſam ſic ſe deinceps habeant, conſiderandum eſt, nam ſine nutritiuo ſenſitiuum non eſt, ab ſenſitiuo autem ſeparatur nutritiuum in plantis. Rurſus uero ſine tactu aliorum ſenſuum nullus eſt. At tactus ſine alijs eſt, multa enim animalium neque uiſum, neque auditum habent, neque odoris omnino ſenſum.

Hinc ordinis potentiarum naturalium cauſam declarare vult, quid ita. ſ. poſteriores abſq; prioribus minime ſunt, cum tñ priores abſq; poſterioribus eſſe poſsint. ſed anteq; aſsignet cauſam, prius quẽ ordinẽ habeãt percurrit, videlicet quod ſenſitiua nõ eſt abſq; nutritiua, nutritiua aũt ſine ſenſitiua eẽ poteſt. Rurſus in ſenſitiua aliæ quidẽ ſine tactu eſſe non poſſunt, at ipſa ſine illis eſſe poteſt, & ſimpliciter præſtantiores abſq; deterioribus eſſe non poſſunt, cũ tamen cõtra ſint abſq; præſtantioribus deteriores, vt ſpongiæ quidẽ, et vrticæ (vt aiunt) & ſi quid ſimile, ſolius tactus particeps ſunt: hiatulæ vero, & oſtrea præter tactũ etiam guſtandi virtutem habent, paſcuntur enim, & in ipſis oris, & ventris rationẽ tenens quoddam videtur, q̃ ſi os habent, neceſſe eſt etiam vt habeant guſtandi vim, ſed odoratus participes non ſunt, neq; enim eſcarum illecebris attingi videntur. teſtæ vero, & purpuræ præter tactũ & guſtatum olfaciendi vim tenẽt, eſcas enim ſequi eas aſſeuerant, at auditu carẽt, quod inde percipitur, quod nullo ſono, aut ſtrepitu pati videntur. alia autem ſunt, quæ præter hos tres ſenſus habent etiam audiendi virtutem, vt talpæ, qui quidem ſunt oculis capti, immo vero dicit hos Ariſtoteles habere oculos, verum ſub cute, quod quidem naturæ ipſius artificio cõfectum eſt, eiuſmodi enim animal ſub terra viuit, ore terrã confodiens, ſibique ita victum quærĩtans, quare ne terram fodientis oculi lædantur, hos illi cute natura cõtexit: omnibus enim, quæ localiter mouentur, animalibus oculos neceſſario natura dedit, ne ex ipſo motu locali in præceps lata malum habeant. in aquatilibus quoque poſſumus inuenire, quæ viſu careant cum talis læſio illis eſſe non poſſit, qđ in aqua viuant. Quapropter vbi viſus eſt, ibi quoque ſunt reliqui ſenſus, eodẽ mõ vbi eſt auditus, ibi quæ deinceps ordinantur, & in reliquis ſimiliter. at non ſane vltimos primi ſequuntur, ordinata autẽ continẽter eſt inter ſenſus cupiendi vis, quæ quidem ſenſus omnino, quãuis vnus ſenſus dunta xat fuerit, & præter hunc in loco motiuũ quod ſm locum mota non ſequitur, imaginatio eſt. formicæ. n. & apes, & ſimilia, manifeſte ſunt *imaginationis participes: vermes* aũt, & ſimplr quęcũq; motũ incõpoſite faciunt, imaginationẽ non participant, etſi id quiſpiam concedãt, quia videlicet ea potentia vix apparet, neq; an ſit facile cognoſcere poſſumus. idẽ in reliquis potẽtius rõnalibus ordo ſeruãdus eſt. conſentaneũ. n rationi eſt, quod ipſa cœleſtia in ſua ipſorũ vita ordinatim cogitatione vtant, quod oĩno ſunt illis aſsignata corpora, opĩone aũt non ſine rõne, ſed cõcluſione cogitationis vtuntur. Plãtales vero potẽtiæ nutriendi quidẽ, & augendi vis oĩno ſimul ſequunt, quanq; nõ ſemper, nãq; cũ tẽpore virtus augmentatiua definit, nutritiua autẽ manet, generationis autem potentia nõ eſt omnibus, quibus adeſt incrementum, & nutricatio, nãq; multa animalia ea ipſa virtute carent, vt vermes, & omnia, quæcunque ex putrefactione naſcunt. herbæ præterea multę quæ ſponte oriuntur, nullum ſemen ferũt, & tamen nutriuntur, & amplificantur. oĩno ſane (vt ipſe dixit) in animalibus morti obnoxijs deteriores potentiæ ſequuntur præſtantiores: ab æternis. n. hoc ipſo quod æterna ſunt, plãtales defecerunt, quæ quod effluit in mortalibus non retexunt: ira aũt, & cupiditas abſunt, cũ nihil ibi lædatur quod vlciſci oporteat. Quare neq; inſtrumentis, videlicet particulis ijs, quæ eiuſmodi potentijs animæ ſubſeruiant, inſtructa ſunt, ſed ad animalis vitæ rõnẽ corpora confecta, irrationaliũ quidem curua, et prona terram ſpectantia toto ſuę vitæ tẽpore: hominum vero recta, & in parte ſuperiori ſphærica ſunt, & cœlum vident, quemadmodum ſupradictũ eſt, id quidem ppter rationis expertem, hoc vero propter rationis participem vitam, recto ipſo demõſtrante quod rõnis expers anima rationali appenſa eſt, & ipſi annuit, ſola autem cœleſtium corpora rotunda ſunt, vitam nanq; ſuam intellectualem, ſecundũ quam deſignantur, imitatione exprimunt, ſed harũ cauſas rerum deinceps Philoſophus explanabit.

Et ex ſenſitiuis alia quidem habent, quod eſt ſecundum locum motiuum: alia autem non habent.

Sicut, quæ ſenſum habent, nutritiuam quoque facultatem omnino habent: ſic & quæ habent id, quod eſt ſecundum locum motiuũ, ſenſum quoq; omnino habent: quoniam ideſt ſenſu melius. non itidem autem, & quæ ſenſum habent, id quoque habent, quod eſt ſecundũ locum motiuum: cuiuſmodi ſunt plantanimalia. ea. n. in petris radices egerunt, & tota locum non mutant. Si itaque motum acceperimus vniuerſalem: contingit, vt ſenſum quidẽ aliquem res habeat, motum aũt non habeat. Si autem ſimpliciter omnem ſecundum locum motũ, omnino vbi ſenſus, & ſolus tactus, illic & ſecundũ locum motus generalis vel particularis. Propterea enim dedit natura hunc ſenſum: vt ad iucunda quidem & vtilia procedat: ea autem, quæ lędunt, declinet, eorum ſimul ſenſum accipiens, id, quod eius eſt particeps. Cernuntur itaque ſpongiæ, & cochleæ, & alia prima, eo quidem, quod eſt durum, & quod reſiſtit, tangente, contrahi: humido vero diffundi & extendi. Sic ergo propterea ſenſus datus eſt, vt ad id quidem, quod eſt ſibi cognatũ, & gratum, ſe applicet: declinet autem quod nocet ſe autem applicare & declinare ſunt motus ſecundum locum.

Poſtremum autem quod & minimum, ratiocinationem, & cogitationem.

Vt homo, & ſiqua eſt alia huiuſmodi ſpẽs Ratiocinationis aũt, & cogitationis merito minimum habet. Quo magis autem res vni omnium principio accedunt, quantitate quidẽ minuuntur, excedunt aũt potentia. Quo fit, vt & ea, cum ſit extra numerũ, ſit omnipotens. Quare & quæ ſunt eis propinquiora, quantitatem quidẽ contrahunt, augent autem potentiam. Propterea ergo, quæ ratiocinationis, & cogitationis partem ceperunt in mortalibus, minima ſunt numero, & ideo ſunt potentia maxima.

In quibus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

In quibus enim ex corruptibilibus ineſt ratiocinatio, ineſt, iis reliqua quoque omnia: Quibus autem eorum unumquodq; nõ omnibus ratiocinatio.

Neceſſario addidit ex corruptibilibus. In corruptibilibus enim omnibus inſunt omnes prædictæ animales facultates, & dictus earũ ordo. Diuina autem, & immortalia ratiocinationẽ quidẽ habere videbũtur: aliarũ autem facultatum nullã. Ad vſum enim & mortalium ſalutem omnes illæ fuerunt. Ratiocinationem autem dicit cogitationem Nõ eſt autem mirandũ diuiniora quoq; animalia, vt cœleſtia propter corporis cõnexionem, vti quidẽ cogitatione eorum vitæ conueniente: non ſicut ea, quæ apud nos eſt quæ ex dubitatione ad eius ſolutionem aſſequendam procedit, & a quæſtione ad inuentionẽ. Sed quærit, per quædam prima colligens ſecunda, tantũ differente eiuſmodi cogitatione a mente, q̃ hæc quidem ſola applicatione comprehendit, quod cognoſci poteſt. illa vero tranſitu aliquo indiget: non ſine tamen negotio & dubitatio, & quæſtio præceſſerunt.

Sed illa ne imaginatione quidem: hæc uero ea ſola uiuunt.

Eorum enim, quæ rationẽ non habent, quæ ſunt perfectiſsima, ſecundũ imaginationem viuunt. Illud autem, Hac ſola viuunt, dixit, vt ratiocinationi opponat, & ab ea diſtinguatur. Nam & ſenſu quoq; viuunt: ſed vnumquodque ſecundum id, quod in eo eſt preciоſiſsimum, formam & figuram habet. Nõnulla autem etiam eorũ, quæ ſenſu prædita ſunt, imaginationem nõ habent. Hoc enim dicere videtur, eſt autem dubia, & anceps oratio. Si enim, quæ ſenſu prædita ſunt, appetitum quoq; habent: eſt autem appetitus abſentium: præſentis enim nõ eſt appetitus: quod autem non eſt præſens appetere, fit per eius veluti typo expreſſam repreſentationem: quomodo fieri poteſt vt, quæ appetitũ habeant, idem eſt autem dicere ſenſum, imaginationẽ quoq; nõ habeãt? Eorum aũt rationẽ exactius quæremus: quando de imaginatione tractare aggredietur Philoſophus. De ea enim differet & hic quoq;: maxime autem in tertio lib. Poteſt autem ſimpliciter dicere, quædam imaginationem non habere, quæcunque neq; ſenſum, vt plantæ.

De contemplatiua autem mente alia eſt ratio.

Hic quoq; clarum eſt eum mentẽ ſeparare, & non cũ alijs animæ facultatibus cõnumerare. Hic autem rurſus dicit Alexander eum de diuina mente in æternis dicere. Sed ea nõ longe abſunt, quæ de illa ab eo dicta ſunt, vbi dicebat. Sed de mente, & contemplatiua facultate nihil adhuc apertum. Videtur aũt animæ aliud eſſe genus, & hoc ſolũ contingere ſeparari. Propemodũ autẽ hic quoque eadẽ dicit. Illic.n. dicebat, Nondum eſt apertum: Hic vero, alia ratio. Atqui non dixerit quiſpiam ea de diuina mente dici. Neq; n. ab illis ſeparatur corporibus, ſiquidẽ ſunt æterna. Deinde etiã ſubiunxit. Reliquæ autem partes animæ, ab his videlicet diſtinguens. Si autem illæ non ſunt earum facultatum participes, vt nuper dictum eſt: noſtra mens eſt. I. ſeparabilis a corpore, in quo eſt, & eſt pars totius animæ, quæ eſt in animali, alioqui & ipſe in ſequenti libro, morali nempe tractatu, dicit, q̃ actiua mens noſtra eſt, & nõ diuina. noſtræ enim ſunt ſecundũ mentem actiones. Hæc aũt eadem eſt cum contemplatiua ſecundum ſubiectũ, ſolo fine differens. Non autem dixerit de diuina mente, dicens, De cõtemplatiua aũt mente, ſed de noſtra. Pulchre aũt dixit de ea aliam eſſe rõnem vt enim ſæpe dixi, ipſe inquit & in lib. de partibus, & in 4. Meta. q̃ naturalis eſt Philoſophi differere de anima, nõ omni, ſed quæcunq; non ſine materia Quoniam ergo contemplatiua mens eſt, merito ait aliam eſſe de ea rationẽ. Eſt enim Theologi de formis ſeparabilibus diſſerere. Sed tamen, ſicut cõſueuit, quemadmodum in Phyſica in fine ſeipſum erexit ad ſeparabilem naturalium rerũ cauſam & de immobili cauſa differens: ita & hic poſtquam de alijs diſſeruerit, ſeipſum quoq; ad mentẽ extollet. Neceſſario autem addidit contemplatiua. etſi enim eadem eſt cũ actiua ſecundum ſubiectum; ſed vt actiua tamen, habet inſeparabiles corporis operationes. Circa id enim omnis actio quare mens ſeparata, non vt actiua ſeparatur. ea enim ratione eſt inſeparabilis, ſed vt contemplatiua: propterea de contemplatiua dixit.

Quod itaque de eorũ unoquoq; oratio, ipſa quoq; eſt tracta tui de anima accõmodatiſſima, & maxime propria, clarũ eſt.

Oſtendit enim q̃ in quibus communis definitiua oratio non eſt propria quædã natura præter ea, de quibus prædicatur, ridiculum in communi definitione inſiſtere: ſed & doctrinam aſſumere oportet de vnoquoq; eorũ, quæ ſignificantur a communi definitione. Quoniam ergo eiuſmodi eſt cõmunis animæ definitio. neceſſe eſt eũ, qui de anima diſſerit, de vnaquaq; animali facultate verba facere. Neceſſe eſt autẽ, & eum, qui de iis eſt conſideraturus, quid eſt eorũ vnumquodq; aſſumere, tradita communi animæ definitione: & poſtquã oſtẽderit deinceps, q̃ non oportet vſq; ad cõmunem definitionem ſiſtere, ſed ſeorſum de vnaquaq; aĩali facultate differere: quod enim de eis cõiter prędicatur nõ eſt genus: eſt enim in eis prius & poſterius. In quibus enim ſunt præſtãtiores, vt rationalis in iis & reliquæ: non autem viceuerſa. Similiter autem & in partibus: ſicut in ſenſitiua, quæ aliquam ex aliis ſenſitiuis facultatibus habent, tactum quoq; omnino habent: quæ autem tactum, non omnino & aliquã aliam: ſpongiæ enim & vrticæ, & ſiquid eiuſmodi, ſolũ tactum habent, cernuntur enim cum aliquid attingit, vel contrahi, vel diffundi. Quoniam ergo de vnaquaq; animali facultate oratio neceſſaria eſt: oportet inquit, eum, qui de his ẽ tractaturus, quærere quænã ſit vniuſcuiuſq; ſubſtantia. Deinde inquit & de iis, quæ cohærent: ideſt de iis quæ proprie & per ſe accidunt. Per ſe autem accidentia dicit quæ eis facultatibus ineſſe in confeſſo eſt. Ea enim ad aſſumendã definitionem, & ſubſtantiam conferunt. vt q̃ viuere corpori a vegetatiua ineſt: q̃ eſt in eis prius, & poſterius: q̃ ſenſus, qui maiora ſenſilia apprehendunt, minora apprehendere nequeunt. Qui.n. vehemẽtiores ſuccos, & qui nimis feriunt guſtauerit, leniores non ſentiet. & qui maiores ſtrepitus audiuerit, minores non percipiet, vt ſuſurros. Similiter & qui ſolem intentis aſpexit oculis, legere non poteſt, neq; alia exacte viſibilia apprehendere. Similiter & qui in tactu valde frigidũ, vel calidũ attigerit, tepidum nõ ſentiet. Mens aũt contra habet. quo.n maiora intelligibilia apprehẽdit, eo exactius circa minorũ apprehenſionem verſatur Et ſenſus quidem ſenſilium exceſſus corrũpunt. luminis enim vel tenebrarũ exceſſus viſum corrũpit. Similiter & in aliis. Mentem aũt maiorum intelligibilium apprehenſio perſpicaciorem facit. Hæc ergo quæ per ſe aĩalibus facultatibus accidũt, & quæ in cõfeſſo eſt his eſſe ſimilia, ad ſubſtantiam aſſumendam, & definitionem conferunt. Dicit autem ipſe, q̃ poſtq̃ de ſubſtantia dictum fuerit, de iis quoque quæ ſubſtantiæ cohçrent, dicere oportet, de incertis & obſcuris dico per ſe accidentibus, quæ quidem ex ſubſtantię inuentione apparent: vt an ſeparabilem habeat ſubſtantiam, an inſeparabilem. ex tradita enim definitione inueniemus, q̃ inſeparabilem, et vtrum mortalis an immortalis. Illud autem, de iis, quę cohçrent, ſiue de ijs, quæ per accidens inſunt, vt an mouetur per accidens, & an in loco eſt. Vel cohærentia quidem dixit, quæ propinquius proprie accidunt, vt ſeparabile, vel inſeparabile, alia autem, quę longius, vt mortale an immortale. vel q̃ aliqua quidem per ſe apprehendunt, aliqua autẽ per accidens, vt viſus per ſe quidem colores, per accidens autem fortaſſe figuras.

Neceſſe eſt autem eum, qui de iis eſt uerba facturus, accipere quid eſt eorum unumquodque: deinde ſic de cohærentibus.

Hinc doctrinæ formam vult exponere, qua de vnaquaq; vſurus eſt animali facultate. Cum enim prima quidem ſit facultas, ſecunda autem operatio, prius quidem de animalibus operationibus diſſerit: deinde de facultatibus, eo q̃ ſint manifeſtiores facultatibus operationes & adhuc ante hęc de iis quæ opponuntur facultatibus. Opponuntur autẽ vt ad aliquid, nutritioni enim nutrimentum opponitur. nutritio enim nutrimento nutrit, & nu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

trimenti est nutritio. Similiter uisus uisibilis uisus: & in aliis similiter. hoc ipsum ergo vult confirmare: quod doctrinam ab oppositis: utpote manifestioribus, oportet incipere.

Si autem dicere oportet, quid eorum unumquodque, ut intellectiuum, uel sensitiuum, uel nutritiuum: prius adhuc dicendum est, quid intelligere, & quid sentire.

Si de animalibus inquit facultatibus tractare oportet, idem est autem dicere de substantijs: qui enim nouit facultatem substantiam quoque nouit: nouit enim quod substantia est incorporea, in subiecto corpore talem habens facultatem. Quoniam ergo inquit de facultatibus tractare oportet: facultatibus autem priores sunt operationes: necessario de operationibus dicere primum oportet.

Facultatibus enim priores sunt operationes, & actiones secundum rationem. Quod si sic, & ijs etiam adhuc priora oppositа seu obiecta considerare oportet: de illis primum definiendum fuerit propter hanc ipsam causam.

Addidit ꝙ ratione. tempore enim facultates sunt actionibus priores, operationes vtiq; tempore quidem sunt secundæ: ratione vero priores, id est doctrina. nobis enim apertiores sunt operationes facultatibus, vbiq; autē oportet ab apertioribus initium sumere. Vel, vt ait Alexan. ratione, id est perfectione, perfectio enim eius, quod est potentia, ipsa est operatio. huius enim causa facultas est seu potentia. Illud autem cuius causa, prius est eo, propter quod illud. cuiuslibet enim finis tempore quidem est posterior: ratione vero prior. Præposito autem rationi fine sic, quæ ad ipsum sunt, inquirimus, & præparamus & natura quidem omnia propter aliquid facit. Et si enim non nouit, quæ facit, neq; de ijs proponit: sed naturaliter tamen ad aliquem finem refertur eius operatio. Merito ergo prius quam de facultatibus loquatur, de operationibus prius tractabit: vt quæ nostræ cognitioni sunt priores ꝙ sint apertiores: atq; etiam fini. Quod si sic inquit, id est de apertioribus: & primis prius verba facienda sunt operationibus autem apertiora sunt, quæ eis sunt opposita: de oppositis ergo primum verba facere oportet. Oppositа autem sunt ad aliquid. sensus enim sensilis est sensus. & intellꝰ intelligibilis est: intellꝰ. & nutritio nutrimenti est nutritio. Quod aūt facultate opatio prior est rōne, & opatione oppositа, & quæ nā in uniuersum sunt ratione prima: in nono Metaphy. dicit. In quorū enim definitione assumpta quædam sunt: ea illis priora ratione definimus. Atqui facultatem definientes operatione opus habemus: vt visum definientes dicimus, facultas, ex qua videre est: quod est operatio: non itidem autem operationē definientes, facultate vtimur. Videre enim est apprehēdere visibilia, id est colores. rursus operatione secūdum eandem rationem priora sunt oppositа: circa quæ operationes definientes enim operationem quę est in videndo, visibili quoq; vtimur. videre enim esse dicimus apprehensionem colorum non ita autem in coloris definitione uidere comprehenditur. Color itaq;, vt visibilis quidē, est ad aliquid Ad aliquid autem sunt, quibus esse idem est, eo, ꝙ ad aliquid quodāmodo se habeant. In his enim necesse est in vtriusq; definitione alterum comprehendi: vt autem color, non est ex ijs, quæ sunt ad aliquid. Quare non necesse est in eius definitione, videre assumi. Hæc ergo priora sunt illis, quę in definitione assumūtur, his aūt adhuc priora oppositа considerare oportet. & in principio libri dicebat. Quærere oportet an de ijs, quæ sunt oppositа operationibus, prius tractare oportet. & nunc dicit, ꝙ ab illis doctrina est incipienda, vt apertioribus, & naturæ primis. vt enim in prædicamentis ostendit, cum est quidem sensus, omnino necesse est esse & sensile. & si sit nutritio: omnino necesse est esse nutrimentum, & his sublatis, neq; sensus, neq; nutritio erit. Sensu autem sublato, & nutritione, ea, quorum est sensus apprehensius, & ea, quibus nutriuntur, quæ nutriuntur, nihil esse prohibet. Et si enim non, vt sensilia, sunt sensu priora, sed illi tamen præexistunt, vt hæc quædam. Quænam autem animalium facultatum operationibus oppositа sint, ut ei quod est nutriri, sentire, & intelligere, subiunxi. De nutrimēto enim inquit, & sensili & intelligibili. Et in nutritiua quidem facultate primum de nutrimento differit: In generatiua autem, & auctiua quoniam non inuenit oppositū quod nutrimento conuenientiam, & proportionem haberet: neq; enim sicut aliquid est extra nutritionem nutrimentum, sic & in illis. In eo enim, quod augetur, est auctiua facultas. Similiter, quod generatur simile est generāti. Quare quæcunque de generante dicuntur, eadem & de generato: & de eo nihil oportet seperatim dicere. Et cuilibet apertum est, ꝙ generantis simile est, quod gignitur: nā & de nutrimento anceps est, vt discemus, oratio: propterea ergo a finibus de eis doctrinam aggressus est, de auctiua dico, & generatiua. Generatiuæ autem facultatis finis est, rerum diuinarum imitatio. Quoniam enim omnia primum quidem appetunt, & eam, quæ est in illo, æternitatem: nō possunt aūt corruptibilia, eo qđ sunt eadem secundū numerum, Dei æternitatem imitari, in alijs generandis, quæ sunt qualia & ipsa sunt, æternitatē imitantur. Finis aūt auctiuæ est, id quod augetur, ad perfectam, & quæ secundū naturā est, formā reducere: ad quam cū peruenerit, perfectissimas naturæ operationes exercet, generatiuas autem dico operationes. A finibus ergo suam de ijs doctrinam aggreditur. Si quis aūt exacte cōsideret, nutritiuam quoq; a fine docuit: vt eius declarat definitio. Sic enim illam definit. Facultas inquit est, quæ seruare potest, quod illam habet, sicut eius esse est: hominem, quatenus est homo, & reliqua.

Vt de nutrimento, & sensili, & intelligibili.

Ante nutritiuam enim facultatem, quid est nutrimentum docebit: & ante sensitiuam facultatem, quid est sensile. Non ita autem & de intellectu docturus, prius differet de intelligibili. Hic enim oppositum est obscurius, dico autem, intellectu intelligibile. Sed quoniam hæc nondum dixit, dico autem de doctrina omnium animalium facultatem: propterea adiecit, & de intelligibili, ne perturbet doctrinam: quoniam vt dixi, non eodem in eis ordine vtetur.

Quare primum de nutrimento, & generatione dicendum.

Quoniam primum est natura nutritiua facultas, vt sæpe dixi: dicit autem oportere ante facultates de operationibus dicere: ante operationes autē de oppositis: ad quæ operationes esse habent: ei autem, quod est nutriri, nutrimentum opponitur: quod enim nutritur, nutrimento nutritur. propterea rursus incipiens ab ea, quæ est de nutritiua anima, oratione, de nutrimēto primum ait oportere dicere. Nutritioni autem generationem coniunxit, vtpote cum nutrimentum gignendi quoq; causa sit. Semen enim est nutrimenti excrementum. Generationem autē, quod generatur dixit. hoc enim ei, quod est generare, opponitur. Quod enim generat, quod generatur, generat. De generatiua ergo dicturis primum de oppositо dicendum est. non est autem, sicut dicebam, quod generatur, vt oppositum: sed magis ad finem. Hoc enim sibi, tanquam scopum, proponit natura permāsionis gratia, vt aliud faciat, quale ipsum est. Nihil vero prohibebit & ipsum tanquam subiectum considerare: quando vt quod generatur, solū cōsideratur. Neq; enim generationē esse contingit sine eo, quod generatur: neq; qđ generat, sine generatione, sicut ergo ædificatio ædificabilis est ædificatio: & sensus sensilis sensus: sic & generatio generabilis est generatio. Et sicut ædificationis finis est perficere ædificabile ideſt domum facere: sic & generationis facere aliud, quale est generans. Sicut ergo domum nihil prohibet, & vt oppositū, & vt finē considerare ædificationis: vt hoc ipsum quidem domū. i. tegumentū, quod arcet a pluuiis & æstibus, finem: vt aūt ędificabile, donec ædificatur, oppositum: sic & generationis, id quod generatur, vt quod adhuc generatur quidem oppositum. Vt enim ædificatio ad ædificabile: sic generatio ad generabile. Vt autem iam generatum, ad finem. Idem & in auctione, & eo quod potest augeri, & eo quod auctum est.

Nutritiua

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Nutritiuæ.n.anima aliis quoq; ineſt: & prima, & maxime communis eſt animæ facultas: per quam uiuere ineſt omnibus. Cuius opera ſunt generare, & uti nutrimento.

Hinc deinceps incipit eam, quæ de vegetatiua eſt aïa, doctrinam aggredi. nutritiuam hic aïam, vegetatiuam dicit. Qm̃ ante facultates de operationibus prius tractare oportet: ante operationes autem de oppoſitis; animaliũ autem faculatum vegetatiua prior eſt: eo quod, q̃ alias habent animales facultates, eam quoq; habẽt: quę autem eam habent, non alias quoq; habent: propterea primum de nutrimento, & generatione neceſſe eſt dicere. Hæc.n. ſunt animæ vegetatiuæ opera: de qua primum tractandum eſt, vt maxime cõmuni. ſm eam enim viuere ineſt omnibus viuentibus: vt animalibus eſſe ſm ſenſum. & prius quidem, vt iam dixi, de generatiua verba facit: cuius ſunt opera generare, & nutrimento vti. Vides, quod illud, Nutritiua.n.anima, dixit pro eo, quod eſt, vegetatiua. Sic.n. nutritiuæ inquit ſunt opera generare, & nutrimento vti, pro eo, q̃ eſt nutrire.

Eſt enim maxime naturale eorum, quæ in uiuentibus ſunt, operum, quæcunque perfecta, & non manca, uel generationẽ non habent ſpontaneam, facere alterum, quale ipſum, animal quidem animal: plantam autem plantam: ut, quod ſemper, & diuinum eſt, aliqua ex parte habeant, quatenus poſſunt. Omnia enim illud appetunt: & propter illud agunt, quæcunque ſecundum naturam agunt.

Ecce generatiuæ facultatis principium a fine cepit, docẽs quiſnam eſt eius finis. maxime naturale autem. i. finis, quem ſibi tanquã ſcopum maxime proponit natura, vt aliud faciat, quale ipſum eſt. Quæcũq; ergo vitam habẽt, niſi vel manca fuerint, vt Eunuchi: vel non perfecta, vt recenter nata: vel niſi ſpontaneam habent gñationem, vt quæ ex putredine fiunt, vt vermes, & pulices, & cimices, & eiuſmodi: habent a natura finem quem ſibi maxime proponunt, vt generent alterum, quale ipſum. Muli aũt, et ſi quid eis ſimile, ſunt & ipſi veluti manci. Neutram.n. ſpeciem ſeruant: quare neq; ex ſeipſis inter ſe habent generationem. Narrant aũt, q̃ cum quandoq; mulæ concepiſſent. abortum fecerint: cum non poſſet, q̃ erat conceptum, natura perficere: eo quod neutra ſit pura, & integra natura: neq;.n. equi, neq; aſini, ſed vtraq; eſt mutila. Non oïa autem concipiunt, quæ ex putredine fiunt. Refert enim Ariſt. in libro de hiſtoria aïalium piſces quoſdam ex putredine gigni, qui etiam concipiunt. atq; apes quidem, quæ ex taurinorum corporum putredine gignuntur, ſimilr generant, ceris ſemen immittentes. Deinde & cauſam adiungit, propter quam maxime naturalis eſt finis viuentibus alterum facere, quale ipſum. Vt.n. inquit id, q̃ ſemper eſt, & diuinum, aliqua ex parte habeãt, quatenus poſſunt. Videntur.n. omnia, quæ natura conſtant, eius quod rerum eſt primum, & optimum, deſiderio teneri, dico autem diuini. Quare vnũquodq; quatenus poteſt, imitatur eam, quæ eſt in primo, æternitatem. Dubitauerit autem quiſpiam: ſi eſt maxime naturale omnibus viuentibus facere, quale ipſum vnũquodq;: eſt aũt ſimilis generatiuum: an etiam in irrationali aïa continget eſſe generatiuam facultatem: & ſenſum, ſenſum gignere: iram, iram: & in reliquis ſimilr: an vegetatiuam eſſe irrationalis generatiuam, vt fit ex deteriore melius: q̃ eſt abſurdum. Nunquid autem dici poteſt, q̃ quẽadmodum abſciſſus ramus ĩ ſeipſo habet indiuiſibiliter naturales oẽs facultates: & quemadmodum inſectorum, partes etiam a totis abſciſſæ, in ſe habent ſenſitiuam facultatem, & ſecũdum locum motum: ſic & in ſemine, q̃ eſt ex aïalibus, indiuiſibiliter inſunt rationes aïalium facultatum: non.n. vitę expers & mortuum egreditur. Sed ſi hoc datum fuerit, q̃ irrationalis quoq; aïæ rationes ſunt in ſemine: quæ cum augentur, vel ad perfectionem deducuntur, irrationalis anima tunc in corpus inditur: nec vlla irrationalis animæ ſubſtantia extrinſecus & aliunde in corpus adſciſcitur: multa eorum, quæ ſunt in confeſſo, ſubuertemus. Conſideratur autem, vt in hoïe, q̃ dicitur fertur. humanę animę ad gñationem deſcendenti, prius quam in hoc corpus deciderit, ei adtexi ſpiritum, & illas, quæ ſunt in eo, irrationales facultates. Quod ſi hoc verum eſt: neceſſe eſt ante ſemen præexiſtere irrationalem aïam. Si.n. in ſemine generationem habet: falſum eſt, q̃ dictum eſt. & ſi in ſpiritu eſſe habet, & poſt aïalis diſſolutionem remanet, fieri non poteſt, vt in ſemine ſint eius rõnes. in illo enim quoque habebit. Rationi autem cõſentaneum eſt, vt & poſt corpus manens, ante ipſum quoq; exiſtat. Nunquid aũt, quemadmodum animalium, quæ ſponte naſcuntur, & plantarum gñatio, non ex anima, quæ præexiſtit, ſucceſſione fit: ſed & apta exiſtente materia, ab vniuerſo opifício, herbarum, & aïalium ſpecies in eam immittuntur, & quæ in ipſo ſunt, animales facultates; ſic & in irrationali anima, quæ eſt in omnibus aïalibus, cum ea ex vniuerſo opificio ſubſiſtant? Generatiua ergo facultas non eſt irrationalis animæ: nulla eſt dubitatio. neq;.n. generatiua ei facultate opus eſt, quę ſm numerum habet æternitatẽ. Sed ſi oïa, q̃ ſemper eſt, appetũt; & animatis propterea inſita eſt generatiua facultas: qũo in inanimatis procedet oratio? neq;.n. generatiuam habent facultatem. Dico ergo, q̃ in eis quoque pro modo eorum, talem operationem licet intueri. Quemadmodum.n. in animatis non ſimile eſt eiuſmodi deſiderium: ſed in aïalibus quidem, quę electiuum habent motum, appetitus quoq; a natura immittitur gñatiuæ facultatis, qui veluti cęſtro perciens, animalia commune, & ad talem operationem cogit: & in his ipſis plurima eſt differentia. Homo.n ſimul etiam, q̃ fit, inquirit, dico autem, q̃ ſucceſſionis gratia tales nobis inſunt operationes. In plantis autem, & arboribus, cum electionis expers motus ſit, ſpontanea generatiua operatio procedit: ſic non eſt mirum, ſi etiam in inanimatis appareat remiſſa talis facultas. itaque & elementa, quæ in ſe inuicem agunt, q̃ dominatur. & eſt potentius, in ſuã ſpeciem mutat, q̃ eſt imbecilius, & quod vincitur. Frigidũ enim a calido ſuperatum in ipſum mutatur, ſimiliter & ſi calidum a frigido ſuperetur. & in ſicco, & humido ſimiliter. Qm̃.n. elementa non ſunt incorruptibilia, eadem cauſa ſi fuerit a calido corruptum frigidum, fit alibi vicaria eius loco repoſitio, ſuperante frigido, vt conferuetur ſpecies. Et corrupta quoque metalla in alterius locum rurſus reponuntur. Etſi enim ne hic quidem lapis alium ſibi ſimilem generat: ipſa ĩ metalli vniuerſitas, ſiue, vt ita dicã, totitas generatiuam habet facultatẽ. Similis eſt enim hic lapis alicui animalis parti: ipſa vero metalli vniuerſitas toti animali. Etenim & in aïalibus, in totis eſt generatiua facultas, non in partibus. & ſicut in animalibus, carne aliqua ablata, pro ea aliam generat natura: ſic & in metallis pro ablato aliud reponitur.

Illud autem propter quod duplex eſt, hoc quidem cuius gratia, illud uero cui. Quoniam ergo eius, quod ſemper eſt, & diuinum, continentia & perpetuitate particeps eſſe non poteſt, quod nihil corruptibile contingit unum & idem numero permanere: qua ratione particeps eſſe unumquodq; poteſt, ea quoque ratione communicat: hoc quidem magis, illud uero minus. & permanet non ipſum, ſed quale ipſum; numero quidem non unum, ſpecie uero unum. Quare ſemen, animalium, & plautarum eſt inſtrumentum.

Illud autem, cui conſequens eſt eſſe maxime naturale viuentibus, vt quale ipſum generent, fit eo q̃ omnia primum appetunt, & illius æternitatem: & qm̃ omnino finalis cauſę meminit, propterea inquit, q̃ illud, propter qđ, id eſt finis, duplex eſt: hoc quidem cuius gratia, illud ῾o cui: q̃ & in poetica, & in libro de gñatione dixit. Quemadmodum dico, domus ædificator finem habet, vt faciat tegmentum imbrium & æſtuum prohibitiuum: hic finis cuius gratia eſt. Tegmenti.n. gratia domum facit. habet autem & alium finem, nos videlicet. hoc.n. tegmentum nobis facit: Sumus ergo, & nos domus ędificatoris finis, vt cui. ſicut ergo hic, ſic & in oïbus, quæ natura conſtant, duplex eſt finis. eius.n. q̃ diuinum eſt, deſiderium, propter quod vnumquodq; animatum facit aliud, quale eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ipſum, eſt finis cuius. huius.n. gratia generatio. Qm̃.n. corpora ſunt animis inſtrumenta: animæ ſunt fines, vt cui. Cum artifice autem domus extrectore, conuenientiam & proportionem habet natura: cum hoīe vero tegmentum fieri iubenti aīa, cum corpore autem domus non ſolum autem in animalibus duplex eſt finis, cuius, & cui: ſed & in plantis. & in his enim natura inſtrumẽtarium facit corpus: ꝙ refertur ad vſum eius, quæ in eis eſt, animę. Inſtrumentariæ.n. ſunt plantarum quoque partes, radix, cortex, medulla, et folia, et eiuſmodi. In animatis ergo duplex eſt finis, vt dictum eſt: in reliquis autem non eſt itidem inuenire duplicem finem. Metalla.n. et lapides, &, vt ſemel dicam, inanimata, quæ a frigiditate quidem & caliditate proxime fiunt, ſed ab vniuerſo opificio, ſeparate, vnum habent finem, cuius gratia. propter mundi enim fabricam. non itidem autem, & cui, vt finis eſt in eis, neq; enim ſunt aliquorum inſtrumentorum inſtrumenta: neque ad aliquarum vſum aīarum comparantur. Magis autem eſt, vt duplex finis, in omnibus cõiter conſideretur. & eſt, vt cuius finis, communiter rerum oīum naturaliū, & artificialium, boni deſiderium. Boni.n. gratia & natura, & ars omnia agit. finis autem cui, ornandæ materiæ gratia. eſt.n. finis forma quoque ſimpliciter abaci, vel animalis, ꝙ eſt ornare materiam, & boni deſiderium, propter qđ hæc fiunt: vſus fortaſſe, vel diuinitatis imitatio. Notant autem hic, ꝙ ſcopum Ariſt. finem dicit. cuius.n. deſiderium, hic ſcopus eſt. & propterea duplicem finem dixit. Appetitum autem communius dixit. proprie.n. in ſolis ſenſum habentibus appetitus, vt ſuperius dixit. Plantæ autem appetitum non habent, qm̃ neque ſenſum. Appetitum ergo dicit naturalem ad hoc conſtitutionem. & ſicut. ſignem, ꝙ ſurſum eſt, appetere dicimus, & ſic ad illud tendere. Omnino ergo, quæ naturalem hunc impulſum & appetitum habent, primi æternitatem appetunt. Et quoniam corruptibilia, inquit non poſſunt eadem numero manere. faciendo alia, qualia ipſa ſunt ſpecie, ſucceſſione æternitatem perſequũtur. hoc quidem magis: illud vero minus. vel quod hæc quidem ſint vitæ diuturnioris: illa vero breuioris. vel propterea, ꝙ deficiunt, & non ſunt perpetuo, ſed aliquibus remporibus fiunt: vt locuſtarum genera, & veſpæ, & culices, & ſi qua alia eiuſmodi. Magis autem proprie hoc audit aliquis, non de tẽporis diuturnitate, ſed de qualitatis participatione. ſic.n. ꝙ reliquis animalibus longe eſt præſtantius, homo, erit longe deterioribus minus diuinitatis particeps. multa.n. animalia ſunt diuturnioris vitæ q̃ homo, cornices & elephanti, & ſerpentes: & alia plurima. non itaque ſic illud audiendum eſt, hæc quidem magis, illa vero minus: ſed ſecundũ qualitatem participationis Quemadmodum & ſolis illuminationibus non omnia animalia ſimiliter admittunt. Aliter enim Aquila ſolaris luminis eſt particeps: & aliter homo: & aliter veſpertilio, pro modo viſiuæ eorum facultatis. ſic & Dei illuminationes alia aliter ſuſcipiunt, ſecundum ſuæ ſubſtantiæ modos.

Eſt autem anima uiuentis corporis cauſa, & principium. Ea autem multipliciter dicuntur, Sed tamen anima, ſecundum diuiſos tres modos, cauſa. Etenim unde illi motus, ea eſt id, propter quod & ut ſubſtantia, animatorum corporum aīa cauſa. Quod itaque ut ſubſtantia, clarum eſt. Cauſa.n. omnibus, quod ſint, ut ſubſtantia. Viuere autem uiuentibus eſſe eſt.

Poſtquam dixit de ſine generatiuæ facultatis, & de nutrimento, & ſenſili, & vt ſemel dicam, de iis quæ ſunt oppoſita animalibus facultatibus, eſt tractaturus: prius per hæc docet, ꝙ illi, quæ habenda eſt de anima orationi, oppoſitorum eſt neceſſaria tractatio. Animatum enim, quatenus eſt aīatum, nutritur. Quare, ꝙ ipſum nutriatur, ei anima cauſa eſt. Silr & vt vita ſentiat cauſa eſt anima: qđ autem nutritur, nutrimento nutritur: & quod ſentit, ſenſile ſentit. Quare ei, qui de nutritiua & ſenſitiua anima eſt tractaturus, prius ſciẽdum eſt, quid eſt ſentire. & nutrire: & ei, qui illa noſſe vult, ſcire neceſſarium eſt, quidnam eſt nutrimentum, & ſenſile; Senſus.n. ſenſilis ſenſus eſt: & qđ nutritur, nutrimento nutritur. ea autem ſunt ad aliquid. Eorum aũt. quæ ſunt ad aliquid, qui alterum noſſe vult, ei quoq; neceſſe eſt reliquum cognoſcere. Quare neceſſe eſt, vt qui de anima dicturus eſt, de oppoſitis quoque dicat. Frumentum enim, vt frumentum quidem. nõ eſt ad aliquid. Vt nutrimentum autem, eſt ad aliquid. Silr & lapis, vt ſubſtantia quidem aliqua, non eſt ad aliquid: vt autem viſibilis ad aliquid eſt. Viſibile enim eſt viſu viſibile. Vnde ergo hoc eſt, ꝙ aīa nutrimenti, & ſenſus corporibus cauſa eſt, vt adeo neceſſario oſtendatur de eis eſſe dicendum, hoc oſtendit per propoſita Cum.n. cauſæ, inquit, multis modis dicuntur. Vel n. materialis cauſa eſt: vel formalis: vel finalis: vel effectiua: Cum ergo quatuor modis cauſæ dicantur: ſm tres modos oſtendit cauſam eſſe viuentibus aīam: & vt formam: & vt finem: & vt effectiuam. Quod.n. nõ materialis cauſa anima eſt, clarum eſt. Et quod aīa quidem, vt forma, viuentibus cauſa eſt, duobus argumentis oſtendit. Illud n. vt ſubſtantia, ei formam ſignat. Anima inquit, viuentibus viuendi cauſa eſt. Quæ autem viuunt, quatenus viuunt, eſſe habent. Quicquid autem eſt, quatenus eſſe habet, id eius forma eſt. Anima ergo viuentium forma eſt. Vel ſic potius. Anima viuendi viuentibus cauſa eſt; Viuentibus aũt viuere eorum eſſe eſt; Aīa ergo viuentium eſſe eſt. Cuiuſcunque autem rei ipſum eſſe eius ſubſtantia eſt. Aīa ergo oīum viuentium ſubſtantia eſt. Subſtantia autem, vt ſint, omnibus cauſa eſt. Anima ergo, omnibus viuentibus, vt ſint, cauſa eſt. Vt ſubſtantia ergo aīa, vt ſit, cauſa eſt. Hoc ergo vnum eſt argumentum, ꝙ anima, vt forma, cauſa eſt. Alterum eſt autem, ꝙ iam etiam in præcedentibus dixit. Cuiuſuis enim, ꝙ eſt potentia, inquit, perfectio, ſeu entelechia, forma eſt. Potentia autem vitam habentis corporis anima entelechia eſt. Aīa ergo potentia vitam habentis corporis forma eſt. Sic ergo cauſa eſt aīa animati corporis, vt quæ eius forma eſt. Atqui & vt effectiua cauſa, cauſa eſt, & principium aīa: & vt finalis. Et qđ cauſa eſt, vt finis, anima, ſic oſtendit poteſt. Prius autem accipit, ꝙ natura omnia alicuius gratia facit hoc.n. monſtratur in auſcultatione naturali. Inſtrumentis prædita corpora, animæ gratia. Cuius autem gratia aliquid fit, hoc eſt illius finis. Aīa ergo inſtrumenti prædictorum corporum finalis cauſa eſt. Quod autem, vt effectiua cauſa, principiũ eſt anima, aperte oſtendit. Effectiua aũt cauſa eſt illa, vnde eſt principium motus. Motus autem ſpecies ſunt quatuor, primus.n. & maxime proprius motus eſt, qui eſt ſecundum locum: Deinde, qui eſt ſm alterationem: Deinde ſm auctionem: Deinde ſm diminutionem: Et, quod motus ſm locum cauſa eſt animalibus, anima, clarum eſt; ſed ſic non omnem comprehendit aīam: ſed eam, quæ eſt ſecundũ locum motiua. Quare etiam oſtendit, ꝙ alterationis quoque cauſa eſt. Senſuum n, cauſa eſt anima. Senſus autem alterantur, a ſenſibilibus quodãmodo affecti. alteratio.n. quædam eſt, diſgregatio, & congregatio viſus. Sed nondum per hęc plantas quoque comprehendit: ſubiungit itaq; ꝙ auctionis & diminutionis cauſa eſt anima, vt omnia animata comprehendat. Non ſimiliter autem eſt effectiuum principium, et formale Formale n. principium ſimiliter eſt, ac finale: effectiuum autem non amplius ſubſtantiæ, ſed aliquarum operationum, vel affectuum principium, & cauſa eſt. Qũo autem dicimus diminutionis quoq; cauſam eſſe aīam? Nihil.n. neq; ipſum ſibiipſi, neq; ſuo ſubiecto corruptionis cauſa eſt. Omnia enim non ſolum eſſe, ſed & æternitatem pro modo ſuo appetunt, vt iam dictum eſt. Dicimus ergo, ꝙ quemadmodum dicitur, & id quod non eſt, & priuatio cauſa eſſe rerum gñationis; non ꝙ cauſam effectiuam habeat: ſed quod ex iis mutatur, ꝙ fit: & quod ea cedant formæ eorum, quæ fiunt. Omne enim, qđ fit, ex iis quæ non ſunt, et ex propria priuatione fit: vt dictum eſt in naturalibus. Sic et anima diminutionis eſſe cauſa dr̃: non quod faciat diminutionem, ſicut facit auctionem: ſed quod propter imbecillitatem ei deinceps cedat. Alioqui ad oſtendendum, ꝙ effectiua cauſa eſt aīa, ſatis eſt ſcire, ꝙ auctionis cauſa eſt. Si itaque ſm omnes cauſarum modos animato

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

corpori anima cauſa eſt, vt ſit, quatenus eſt animatum: Si autem eſt animatum, eo ipſo nutritur, & augetur, & generat. & eorum ergo anima cauſa eſt. ꝙ erat propoſitū oſtendere. Ea autem multis modis dīr. Cauſam autem dicit & principium multis modis dici. Quatuor.n. modis dicitur: vt forma: vt materia: vt effectiua cauſa: vt finalis. Similiter autē anima tribus definitis modis cauſa eſt. Ex quatuor enim modis cauſarum in naturali auſcultatione definitarum, ſm tres ſimiliter corpori anima cauſa eſt. Vnde enim motus, hoc eſt, vt effectiua cauſa: ſic n. ipſam vocat: & cuius gratia. i. vt finis: & vt ſubſtantia, animatorum corporum anima cauſa eſt, pro eo, quod eſt, vt forma. In propria enim forma vniuſcuiuſq; ſubſtantia characterem & figuram accipit. Materia.n. cōmunis eſt omnium. Iam vero animata eſſe habent ſm animam. Quare animatorum corporum aīa forma eſt. Q; itaque vt ſubſtantia, clarum eſt. cauſa enim, vt ſint, omnibus eſt ſuba. Quod cauſa eſt anima, vt forma, per hæc oſtendit. eſt autem hoc primum argumentum. Anima enim, inquit, vitæ principium & cauſa eſt viuentibus. Viuere autem viuentibus eſſe eſt. Vniuſcuiuſq; autem eſſe eius forma eſt, & ſubſtantia Anima ergo forma eſt & ſubſtantia viuentium. Vniuſcuiuſque autem ſubſtantia cauſa eſt, vt ſit. Anima ergo viuentibus ſubſtantia, vt ſint, cauſa eſt. Nō hoc autem ordine propoſitiones protulit: ſed a poſterioribus incepit Cauſa enim, inqt, vt ſint, omnibus eſt ſubſtantia, vt ſic ſit oratio. Subſtantia, idem eſt autem dicere, forma, vt ſint, omnibus cauſa eſt, ſm hanc enim vnumquodque & eſt & dicitur. Quare viuentibus ſubſtantia, & forma, vt ſint, cauſa eſt. Viuentia autem eſſe habet ſecundum vitam. hac.n. ratione ab aliis differunt. Vitę aūt anima cauſa eſt. Quare ſi omnibus, vt ſint, cauſa eſt vniuſcuiuſque ſubſtantia & forma. viuentibus autem vitę cauſa eſt anima, quatenus eſſe quoque habent: forma ergo et ſubſtantia viuentium eſt anima. Ariſto. autem, cum propoſitiones dixiſſet, concluſionem non addidit, vt apertū eſt. Subſtantiam autem, vt iam dixi, formam dicit.

Eſt autem eius, ꝙ potentia, ratio entelechia.

Secundum argumētum. Ratio autem, inquit, pro eo, quod eſt, ſubſtantia, & forma.

Manifeſtum aūt, ꝙ & cuius gratia anima, ſicut mens, alicuius gratia facit: eodem modo & natura. & hoc eſt ei finis. Talem autem in animalibus anima ſecundum naturam. Omnia enim naturalia corpora animæ inſtrumenta: quēadmodum quæ ſunt animalium, ſic quæ ſunt plantarum, ut quæ ſint gratia aīæ. Duobus autem modis illud cuius gratia: & cuius, & cui.

Poſtquam oſtendit, ꝙ, vt forma corporis, principium, & cauſa eſt aīa, nunc oſtendit, ꝙ & vt finis. Quemadmodum enim mens alicuius gratia facit: eodem modo & natura. Mentem dicit actiuam, ſicut mēs architecti nihil fruſtra aſſumit: ſed omnia, quæ ad aliquem finem ſpectant, nempe domus conſtructionem. Sic ergo nihil fruſtra facit natura, ſed vnumquodque eius opus propter aliquid eſt. Hoc autem aperte oſtendit in naturali auſcultatione. Declarant & de vſu partium medicorum tractatus: ꝙ ne minimum quidem naturæ opus fruſtra eſt, ſed alicuius gratia. Cuius autem gratia facit, hoc eſt, eius finis, inquit. Cuius ergo gratia facit? animæ, inquit, gratia. Animatorum enim, inquit, corpora oīa, & animalium, & plantarum, inſtrumenta ſunt animarum. Inſtrumentum aūt ſit gratia vtentis: & eum habet finem. Quare & quę fiunt a natura. corpora, animata dico, finem habent ipſam eis vſuram animam. Duobus autem modis illud, cuius gra, & id cuius, & id cui. Hoc in loco vel ſic accipiendum eſt, animam quidem finem, vt cuius: animal autem, vt cui, facit enim inſtrumentarum corpus natura animæ quidem gratia, vt eo vtatur, tanquam finis, anima, vt cuius. finis autem vt cui animatum. Vt enim citra impedimentum ſint animali operationes, omnia facit natura. Vel igitur ſic eſt, illud, Cuius, & illud, cui: vel, ſicut paulo ante diximus, Cuius quidem, gratia fabricæ mūdi, & æternitatis: Hoc enim omnia expetunt: Sic & animæ. Ei enim præparat ad vſum inſtrumentum: quod & verius eſt.

Sed & unde primum ſecundum locum motus, anima. non omnibus autem ineſt uiuentibus hæc facultas. eſt autem & alteratio & auctio per animam. Senſus enim alteratio quædam eſſe uidetur. nihil autem ſentit, quod nō habet animam. Similiter autem & de auctione, & diminutione habet. Nihil enim diminuitur, nec augetur naturaliter, ꝙ non nutritur. Nihil autem nutritur, quod non uitæ ſit particeps.

Deinceps ad effectiuam tranſit. effectiuam.n. cauſam ſic ſemper vocat, vnde principium motus. Cum aūt multis modis dicatur motus, vt dictum eſt: ꝙ motus quidem ſm locum anima cauſa eſt, clarum eſt. Sed non omnibus, inquit ineſt viuentibus hæc facultas: i. ſm locum motiua. Quare nō ſic videbitur omnis anima eſſe cauſa effectiua. & ideo eam aliorum quoque motuum eſſe cauſam oſtēdit: alterationis, inquam, & auctionis: & diminutionis. & ſic in omni anima vniuerſalem fecit oīonem. Quod itaq; anima alterationis cauſa eſt, ſic oſtendit. Animalibus aīa ſenſus cauſa eſt. Omne autem, ꝙ ſentit, alteratur. Anima ergo alterationis cauſa eſt, Qūo autem ſenſum dicit alterationem, nunc quidem non addidit. Deinceps autem adiuciet, ꝙ duplex eſt alteratio: & in vniuerſum pati duplex eſt: hoc quidem, ꝙ ducit ad corruptionem illud vero ad perfectionem. a doctore enim diſcipulus patitur, & alteratur, & non ad corruptionē, ſed perfectionem ducitur. Quod enim potentia in eo eſt, ad operationem deducitur. Sic & ſenſus alteratur, & a ſenſibilibus patitur ad perfectionem ductus, & a potentia ad operationem productus. Quod aūt actionis quoque, & diminutionis cauſa eſt anima, ſic oſtendit. Quod augetur, & minuitur, nutritur, nihil.n. augetur, ꝙ non nutritur. Quicquid autem augetur, vitæ eſt particeps, & fieri non poteſt, vt nutriaſ, ꝙ non eſt vitæ particeps. Vt ergo nutriatur, viuere cauſa eſt. Totius autem vitæ cauſa eſt aīa. Iis ergo, quæ augētur & minuuntur, huius ipſius auctionis et diminutionis cauſa anima eſt. Si autem nonnulli quoq; lapides augeri videntur: non eſt hæc proprie auctio, ſed potius additio. Hanc.n. auctionem dicit, quæ fit per inſtrumenta naturalia. Inſtrumenta autem non ſunt in inanimatis. non ergo augentur, & alioqui, ꝙ augetur, per omnem partem augetur. vt in libro de gnatione oſtenſum eſt. Lapidibus autem exterius fortaſſe addito puluere, quædam fit mutatio: & ſic maius totum fit, non facta auctione, ſed additione: ſicut ſi ignis augeri dicatur, pluribus lignis additis. ſic & metalla augentur, humida ex qua conſtant, materia circūcirca exterius concreta, eaq; in ipſorum ſubſtantiā, ab ea, quæ eſt in terra, naturali facultate, ex vniuerſo mutata. Si.n. proxima, & continens, cauſa eſt aīa, Continentur autem, & ſunt, & aīalia, & plantæ, donec nutriuntur. Nutrimentum autem auctionis cauſa eſt. Aīa ergo auctionis cauſa eſt. Male ergo materialibus principiis, terræ, et reliquis, auctionis cauſa attribuitur. Sed ad hoc fortaſſe dixerit Empedocles, Sicut tu materiales, & effectiuas naturalium cauſas tradis: ſic & ego nunc non effectiuas cauſas, ſed materiales tradidi. Sed locum non habebit rīſio. Neque.n. terreſtres radices magis augentur, quam rami. Vbique autem terrenum ſuperabundat. Quod ergo ad terræ ſubſtantiam attinet, nihil ſurſum augeri deberet.

Empedocles autem non recte hoc dixit, adiiciens plantis augmentum euenire, radices quidem deorſum agentibus: qd' terra ſic feratur ſecundum naturam: ſurſum autem, propter ignem ſimiliter. Neq;.n. illud ſurſum & deorſum recte accipit. Non.n. idem in omnibus ſurſum, & deorſum, & uniuerſo. Sed ſicut caput animalium: ſic radices plantarum: ſi oportet alia inſtrumentum dicere, & eadem, propter opera, & quibus funguntur munera: idem autem inſtrumenta dicere, in quo ſit idem opus. Ad hæc autem, quid eſt, quod ea continet, quæ in contraria feruntur, ignem, terram? Diſtrahentur enim, niſi ſit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aliquid prohibiturum. Si autem ita eſt; anima quoque eſt cauſa, quod augetur, & nutritur.

Poſtquam oſtendit augmenti cauſam eſſe animam, reprehendit Empedo. qui non recte dixit auctionem in animatis fieri. Dicebat.n augeri plantam, eo quidem, quí in ipſa eſt, igne ramos ſurſum augente; terra autem, qua in ipſa eſt, radices inferne agente. Auctionis.n.cauſam terræ, & igni adſcribebat. Hic.n ſurſum ramos auget, vt q ſurſum ferat; terra vero deorſum radices, vt quæ deorſum ferat. Eum autem primo reprehendit, ꝙ non recte dicat eſſe inferius plantarum radices. non.n.omnibus idem eſt, inquit, ꝙ ſurſum eſt, et deorſum. Deinde cauſam quoque affert, inſtrumenta enim, inquit, operibus diiudicantur. Si.n.operationum gratia ſunt inſtrumenta: quæ eaſdem operationes agũt eadem fuerint. Quemadmodum enim in aliis animatis, id per quod nutritur eſt os; ſic ergo & plantis id, per quod nutriuntur, os fuerit. Nutriuntur autem per radices. ipſæ ergo plãtarum os fuerint, aliorum autem animatorum oĩum os per quod nutriuntur, ſuper eſt. Omnium, n. caput, in quo os ſuperiorem locũ obtinet. Et plantarum ergo os, & caput conuenienter ſuperius fuerit. Quare plantarum radices ſuperne potius, rami autem inferne. vt ad vniuerſum autem, ſiquidem in vniuerſo ſurſum, & deorſum dicere oportet. quod circũcirca quidem eſt, ſurſum eſt. (Dico autem cœlum) ꝙ aũt medium, deorſum, nempe terra. animata itaq; dicuntur ſuperne caput habere. non oĩno, vt quod circũcirca eſt, ſed vt vnde principium motus: quãdoquidem & ex cœlo principium eſt motus eorum, quæ hic ſunt. Et cum irrationalia animalia plurima, fere autem oĩa, prona in terram ſpectẽt, vt ne poſterioribus quidem partibus ad id, quod circũcirca eſt caput altius habeant: ſuperiores tamẽ animalium partes eſſe dicuntur caput, & quæ ſunt circa caput. Quare caput ſuperne dicimus. cum capite autem proportionem & conuenientiam habent radices. illinc.n. eſt plantis motus principium, vt ſuperius quidem ſint radices, & non inferius. Hoc ergo vnum abſurdum ei obiicit; aduerſus quod quiſpiam pro eo reſpondens, & eũ defendens dicit: quod ille ſupra, & infra, vt ad vniuerſum dixit. Radices enim vt ad centrum, augentur: reliquum autem, vt ad cœlum. Alterum rurſus abſurdum ex eius dictis colligit admodum apte, & cohærenter. Nõ enim ab igne, inquit, & terra fit auctio. Si enim ignis ſurſum augetur: & terra autem deorſum: diſtrahentur, inquit, & diuellentur plantæ, cum nihil ſit, quod contineat. ſi autem eſt aliquid, quod continet; hoc fuerit anima, nutrimenti, & auctionis cauſa.

Videtur autem quibuſdam ignis natura eſſe ſimpliciter nutrimenti, & auctionis cauſa. Ipſe enim ſolus uidetur ex corporibus & elementis, qui nutritur, & augetur. Quare & in plãtis, & in animalibus exiſtimauerit quiſpiam id eſſe, q operatur. is autem quodammodo concauſa eſt, non autem ſimpliciter cauſa, ſed potius anima. Ignis.n. auctio in infinitum: donec fuerit, q poſſit comburi. Eorum autem, quæ natura conſtant, finis eſt, & ratio magnitudinis, & augmenti. ea autẽ animæ, & non ignis. & rationis potius quam materiæ.

Poſtquam oſtendit aĩam auctionis eſſe cauſam: alia perimit, quæ quibuſdam auctionis videntur eſſe cauſæ. Empedocles quidem terram, & ignem cauſam in plantis exiſtimabat, eo quod illorum quidem cõtrariĩ ſunt motus, ſurſum, & deorſum. Videntur autem & plantæ in contrarias partes augeri ſm radices, & ſm ramos. Alĩ autẽ ignem ſulpicabantur ſolam eſſe auctionis cauſam: aduerſus quos nunc inſiſtit. Recte autem illud, Simpliciter addidit. in hoc enim errabant, qui vim actiuam igni tribuebant, ꝙ eum ſimplr auctionis cauſam dicerent. Concauſa enim eſſe ignis, vt inſtrm auctionis per quod ei quoq; eſſe videtur. non autem ſimplr auctionis eſſe cauſa, ſed tm abeſſe aĩt, vt auctionis ſimplr cauſa ſit, vt & deteriorem, q̃ ſm inſtrumenta, concauſam eſſe dicat in libro de generatione, & corrup. Inſtrumenta.n.a ratione adaptata finẽ aſſequuntur. Si autem ab artifice dimittantur, incommodum. Sine artifice enim operari non poſſunt. Ignis autem ipſe per ſe operans, exĩrij, & corruptioni cauſa fit. Cum enim cibus coquitur, & medicamentum, niſi a medica, vel coquinaria ratione regatur, q coquit ignis, magis corrumpit, & a proprie ſpecie ſeu forma abducit. Cum aũt dixiſſet, ꝙ videtur quibuſdam ignis eſſe nutrimenti, & auctionis cauſa: vnde nam in hanc adducti ſunt ſnĩam, ſubiunxit. Solus enim, inquit ex ſimplicibus corporibus cernitur augeri, & nutriri: in hoc enim ſolum conſuetudo nutrimenti noĩe vſa eſt: & propterea auctionis quoque. Quod enim nutritur, hoc & augetur huius multũ vſum habemus in conſuetudine, & apud antiquos. Oẽs ſimul tecum, inquit Poeta, edax ignis vorat: & rurſus, Omniuoro igne, dictum eſt. Si itaque ex ſimplicibus hic ſolum nutritur, & augetur: hic in compoſitis quoque fuerit nutritionis, & auctionis cauſa dico autem, in animatis. Vbi ergo oſtendendum fit. Philoſophus, ꝙ non ſimiliter nutriũtur, & augentur animata, vt ignis: ſimul etiam per hoc oſtenderit, ꝙ non in animatis ignis nutrimenti, & auctionis cã eſt. Sic autem oſtenditur. Quęcunque natura nutriuntur, & augentur (.i autem: Quæ in ſeipſis nutritiuam, & auctiuam habent facultatem. Quæ.n.non ſic nutriuntur, & augentur, ea non proprie eſſe dicuntur illa, quæ dicũtur.) Quæ ergo natura nutriuntur, & per hoc augentur. habent nutritionis terminum: & definita eſt eorum ad certã vſque menſuram auctio. Ignis autem non eſt definita nutritio, & auctio. in infinitum enim augebitur, ſi materia ſuppediteetur. Ignis autem non ſimiliter ac animata, nutritur, & augetur. Si autem non ſimiliter: ne animatis quidem auctionis cauſa fuerit. Ignis.n.non eſt finis, nec ratio auctionis. Quæ autem natura augentur aliquem finem habent, & determinatam auctionis rationem. Secundum rationem autem augere. & definite, fuerit animæ. & non ignis. Sic ergo oſtendit, ꝙ non ignis animatis auctionis cauſa eſt. Quod autem neque de igne proprie dicitur nutritio & auctio, ſed generatio oſtendit in libro de generatione & corrup. Is autem exiſtimatus eſt ex elementis nutriri & augeri: ꝙ aperte quidem in aliis ſuperabundãtia, additio eſt: aqua enim aquæ additur, & terra terræ, ſic fit eorum maior excreſcentia. id autem non eſſe nutrimentum, nec auctionem clarum eſt. Ignis autem excreſcit nõ addito igne, ſed diſſimili materia, ſicut lignis, vel eiuſmodi, iiſq; ab ignis facultate ĩ eius mutatis ſubam, ſic fit ignis excreſcentia. Videtur autem tale quid eſſe, & quę eſt proprie, auctio. Mutato enim alimẽto in corporis naturam, ſic fit animatorum auctio. Oſtendit autem, vt dixi, ꝙ id, ꝙ in igne fit, generatio eſt, & non auctio.

Quoniam autem eadem eſt animæ nutritiua, & generatiua facultas: de nutrimento primum definire neceſſe eſt.

Poſtquam dixit de fine generatiuæ facultatis, deinde oſtendit, ꝙ ei, qui de anima dicturus eſt de iis, quæ ſunt oppoſita animalibus facultatibus, tractare neceſſe eſt, ad oſtendendum aĩam eſſe cauſam nutritionis, & auctionis, & alterationis, quæ eſt ſm ſenſus, & reliqua: & Empedoclis ſententiæ interea meminit, qui non aĩæ auctionem tribuit, ſed materialibus cauſis: & eos penitus refellit, q eius, quæ fit in animatis, auctionis igneam ſubſtãtiam cauſam exiſtimant: hic deinceps de cohærẽtibus verba facit, dico autem de nutrimento, vt ſic deinceps de facultatibus quoque tractet. Tanq̃.n.de vna vegetatiua facultate ſuperius quoque verba fecit, vbi dixit. Nutritiua n. aliis quoque prima ineſt, & eſt maxime communis facultas animæ, ſecundum q̃ viuere ineſt omnibus; cuius ſunt opera generare, & nutrimento vti: & hic rurſus, qm̃ eadem eſt nutritiua, & generatiua facultas: de nutrimento primum definire neceſſe eſt. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi. qm̃ vna eſt, & eadem vegetatiua facultas: cuius ſunt opera generare, & vti nutrimento (per extrema medium quoque comprehendens, ꝙ eſt augere, & ad perfectam menſurã deducere, quæ augentur) diximus autem, inquit, de fine generatiuæ operationis, neceſſe eſt & de eo, ꝙ eſt oppoſitum nutritiuæ facultati, dicere, dico autem, nutrimento

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vt ſic deinde de ipſa quoque facultate loquamur. Vnam autem dicit facultatem nutritiuam, & auctiuam, & generatiuam: nō ſimpliciter: qm̄ vegetatiua communis de eis prædicatur: ſed quod vnus finis eſt harum oīum operationum. id autem eſt, generare alterum, quale ipſum, p̄pter deſiderium æternitatis. Oīa autem, inquit a fine, ad quem maxime tenditur, denominare par eſt. Quare, qm̄ omni vegetatiuæ facultati finis eſt generare alterum, quale ipſum: eam, quæ in oībus eſt, generatiuam appellare æquum eſt. Nutritiua enim, & auctiua facultas, vt ei ſeruiant, factæ ſunt. Qm̄.n. fieri non poteſt, vt animata generent, quę non ad definitam, & ſm naturam menſuram peruenerint: propterea actiua operatione, & facultate opus eſt. Sed quia rurſus fieri non poteſt, vt augeantur, quæ non nutriuntur: ideo nutritione opus eſt. Quare p̄pter generationem quidem auctio: propter auctionem autem nutritio. propter gn̄ationem ergo nutritio. Quare qm̄ a fine omnia denominare par eſt: hæc eſt generatiua omnibus appellanda. Nutritiuam autem cum actiua ad idem deducit, propter eam quam, cum in dictionis contextu fuerimus, cauſam dicturi ſumus. Quare neque de auctione ſeorſum verba facit: ſed coniunctim cum eo, q̄ de nutritione dicit. Vnde neque auctiuam ſeorſum facultatem definit. Qm̄ autem ipſa animæ vegetatiuæ facultas, eadem eſt ac nutritiua, & generatiua facultas: defecti ue ſm phraſim dicta eſt ſententia. Sic enim dicere oportebat: Quoniam autem eadem eſt animæ facultas, nutritiua, & generatiua: de generatiuæ autem fine dictum eſt: neceſſe eſt & de nutritiuæ oppoſito dicere: nutritiuæ autem facultati oppoſitum eſt nutrimentum: oportet itaq̄ primum de nutrimento dicere.

Hoc enim ab aliis facultatibus opere ſecernitur.

Nutritiua, inquit anima ab aliis animalibus facultatibus ſecernitur, quod nutriat. hoc eſt enim eius proprium. Nutrit autem nutrimento. quare de nutrimēto primum dicere neceſſe eſt.

Videtur autem eſſe nutrimentum contrariorum cōtrarium: non quoduis cuiuis, ſed quæcunque contraria non ex ſe ſolum inuicem habent generationem, ſed & auctionem. Multa enim fiunt ex ſeinuicem: ſed non omnia quantitatem ſuſcipiunt, ut ſanum ex laborante.

Varia ſunt quę de nutrimento dicuntur. Alij.n. dicūt, q̄ quatenus nutrimentum eſt ſimile eorum, quæ nutriūtur, id auget. eſt autem ſimile ſimilis auctiuum, non contrarium. id enim & contrarij quoque corruptiuum eſt. neque eſſe poteſt, vt a contrario nutriatur, q̄ nutritur, ſed a ſimili. Alij vero dicunt, q̄ contrarium nutrit q̄ nutritur. Si.n. nutrimentum patitur ab eo, q̄ nutritur: & cō trarium in contrarium mutatur: nutrimentum ergo contrarium eſt eorum, quæ nutriuntur. Hæc ergo ſunt, quæ de nutrimento dicuntur: quæ contraria eſſe videntur, cū reuera non ſint. Vtrūq̄.n. eorum ad partem aliquam reſpexit: & ad hanc vera dicit. Nutrimentum.n. eſt potētia quidem ſimile ei quod nutritur: actu autem & operatione contrarium. Panis.n. & obſonia, prius quam conficiātur, & concoquantur, ei ſunt, q̄ nutritur, contraria: poſt quam autem mutata, & alterata fuerint, tūc fiunt ſimilia. Mutatur autem non ſimile in ſimile: neque quodlibet in quodlibet: ſed contrarium in contrarium. Neque.n. albū in calidum: ſed frigidum in calidum. Etenim ſu cum q̄ in album mutatur, non quatenus eſt albi particeps, mutat. Quare, ſi nutrimentum mutatur, clarum eſt, q̄ in contrarium mutatur. Cum itaq̄ duplex ſit nutrimentum: hoc quidem incoctum: illud vero concoctum: incoctum quidem ei, q̄ nutritur, contrarium eſt concoctum autem, & mutatum, iam ſimile. Cum autem dixiſſet, q̄ videtur nutrimentum eſſe nutrimento contrarium: ſubiunxit q̄ nō quoduis contrarium cuiuis contrario eſt nutrimentum: ſed quæcunque dum mutātur, in contrarium mutant, q̄ mutatur. Multa enim, inquit, contraria in ſeinuicem mutantur, vt ſanitas & morbus: album & nigrum: ſed ea nihil q̄titati mutata adiicunt. Quare non ſunt ſui ipſorum inuicem nutrimentum, neque album nigro nutritur, qm̄ mutatur nigrum in album: neque ſanitas morbo. Non autem hoc ſimpliciter dicit, q̄ quę in ſeinuicem contraria mutantur, & q̄titati adduntur, ea a ſeinuicem nutriūtur. neque.n. hoc verum eſt, vt & ipſe dicit: ſed quod quæ ex contrariis nutriunt, ea q̄titati adiiciunt. Qm̄.n. ab anima mutata fuerint eiuſmodi contraria, dico autem quæcunque ei q̄titati, in quam mutantur, adiiciunt, tunc fit nutrimentum. Simplicia itaque corpora augentur quidem inuicem inter ſe mutata: a ſe autem inuicem non nutriunt. & quod magis eſt, ne proprie quidem in eis auctio dī, ſed additio: vt in lib. de gn̄atione oſtendit. Q̄ autem primum nutrimentū & incōcoctum, eſt ei, q̄ nutritur, contrarium hinc planum eſt. Si.n. patitur ab eo, q̄ nutritur, & mutatur in illius ſubſtantiam: non quodlibet autem a quodlibet patitur: neque.n. quoduis a quouis mutatur, ſed contrarium in contrarium: nutrimentum. ſ. q̄ patitur ab eo, q̄ nutritur, vt in illius ſubſtantiam mutetur, contrarium eſt ei, q̄ nutritur. Certe quoniam conſtamus ex frigido, & calido: humido, & ſicco ſin qualitates, quæ eiuſdem ſunt ordinis cum eo, quod nutritur, nutrimentum quoque mutabitur. Vel ergo. cum ſit calidius, in frigidius per concoctionem mutabitur: vel frigidius in calidius: vel ſiccius in humidius: vel humidius in ſiccius. Quare ei, quæ in corpore ſuperabundat, qualitati contrarium nutrimentum afferimus. Si corpus quidem ſit ſiccius, humidius afferētes: ſi calidius autem, frigidius: & in reliquis ſimiliter. Clarum eſt enim q̄ materia opus habet nutritiua facultas quę ſuapte natura apta ſit, vt mutetur in eius, q̄ nutritur, ſubſtantiam. Poſtquā autem iam paſſum fuerit nutrimentum, & ei quod nutritur, aſſimilatum, nō eſt amplius contrarium, ſed ſimile. Ipſum autem vltimum, & in vtraque deinceps parte aſſimilatum, eſt quoque aggregandum, & glutinandum.

Videntur autem neque illa eodem modo ſibi eſſe inuicem nutrimentum. Sed igni quidem aqua nutrimentum: Ignis autem aquam non nutrit. In ſimplicibus itaque corporibus, hæc eſſe maxime uīr, hoc quidem nutrimentum: illud uero, q̄ nutritur.

Poſtquam dixit ex contrariis ea ſui eſſe inuicem nutrimentum, quæ non ſolum ex ſeinuicem fiunt, ſed & ſeinuicem augent: propterea addidit q̄ non oīa eiuſmodi ſui eſſe inuicem nutrimentum dicuntur. & hoc per exēplum oſtendit, q̄ non quicquid ſm q̄titatem auget, nutrimentum eſt contrario, ſed quod ex contrariis formalius eſt, ſeu formæ magis particeps, auctum a magis materialis, & contrarij in ipſum mutatione, nutriri dī. non itidem autem, & qd̄ eſt materialius ab eo, q̄ eſt magis formale. Sic enim ſe habent inter ſe ignis & aqua. His ergo ſic inuicem mutatis, aqua, inquit, igni eſt nutrimentū. ignis autem aquæ non itidem, nemo enim dixerit aquam ab igne nutriri. Ignis autem nutriri dī. Omnes ſimul tecum, inquit Poeta, edax ignis vorat. Vnde etiam quæſtio erit quipiam, ſi quemadmodum aquæ in ignem mutatio, generatio ſolum eſt, & non auctio: ſic & ignis in aquam, vt oſtenſum eſt in lib. de gn̄atione: cur aqua quidē igne nō nutriri dicitur, ignis autem aqua dī. Q̄.n. aqua ignis nutritur, clarum eſt. Eſt.n. oleum aqua aliquo modo affecta, & cera, & huiuſmodi. & ligna quoq̄, & ſimilia, q̄ aliquid humiditatis habeant, materia ſic ignis fiunt. Vnde omnia exiccata ligna, vt quæ putrefacta ſunt, vel in cinerem redacta, ne vri quidem poſſunt: eo quod ſint vndiq̄ humiditatis expertia. Dicimus ergo, primum, q̄ conſuetudinem ſecutus eſt Pbs. Dicimus.n. nutrimentū eſſe igni oleum. hoc autem nihil eſt aliud, q̄ aquam igni nutrimentum eſſe dicere. Oleum enim, vt in quarto Meteororum oſtenſum eſt, eſt ex aqua & aere, quæ ambo ſunt humida natura. præterea in lib. de gn̄atione oſtenſum eſt, q̄ id, q̄ augetur, forma eſt, & non materia. Oportet.n. q̄ augetur, vnum eſſe numero. materia autem, quæ affluit, & effluit, non eſt eadem, in eo, q̄ augetur. Forma autem ipſa magis formalis, vt in elementis, ignis. Aqua aūt magis materialis, vt illis oſtendit. forma autem magis actiua, & incorporea, & comprehenſiua: ſiquidem patitur quidem

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

materia, agit autem forma. & illa quidem diffundi & dispergi poteſt, a forma autem continetur, & certis finibus circũſcribitur. Ea vero in igne quoq; cernuntur eſt enim & aliis elementis abilior, & ſubtilior, & magis comprehenſiuus. Ignis enim ſphæra reliqua elementa comprehendit. Et, vt ſemel dicam, in contrariis, q̃ eſt contrariis melius eſt, formæ rationem obtinet. quatenus dicit, Quare & eam, quę eſt ad id, mutationem generationem dicit. Quod autem deterius, materiæ. Quare corruptionem dicit, quę eſt ad id, mutationem: alioqui, & quod nutritur, nutrimentum per ſeipſum conficiens, in ſeipſum mutat. Hoc ipſum autem videtur ignis quoque facere, infuſo oleo, & lignis ſubiectis. Mutatio quidem certe ignis in aquam nõ ſic fit. Per hoc autem quod dixit. In aliis ergo corporibus, & vt multis videtur, hoc declarauit. Nutrimentum enim proprie in corporibus eſt animatis. Hæc autem ſunt compoſita, quæ & nutriuntur.

Dubitationem autem habet. Aiunt.n. nonnulli ſimile ſimili nutriri, quemadmodum & augeri. Aliis autem, uel diximus, contra uidetur, contrarium contrario. utpote cũ ſimile tale ſit, q̃ pati non poßit: nutrimentum autem mutetur, & cõcoquatur. Mutatio autem eſt oĩbus in oppoſitum: uel in id, q̃ intercedit.

Poſtquam ſatis dixit nutrimentum eſſe contrariũ contrario: nunc dicit, q̃ dubitationem habet tractatus de nutrimento. Nonnulli.n. dicunt ſimile a ſimili nutriri. alij vero contrarium a contrario De his autem dixit in libro de generatione, nunc quoq; inquit neceſſarium eſt de nutrimento loqui ei, q̃ de nutritiua facultate dicturus eſt. Poſt quam autem dixit, q̃ dubitationem habet, eo quod alij ſimili quidem nutriri, quæ nutriuntur, dicunt. alij vero, contrario: vtrique opinioni, quæ eas confirment, paucis addidit, illinc quidem iis, qui ſimili neutri cenſent dicens, ſicut & augeri. Si.n. eodem nutrimur, & augemur. augemur autẽ ſimili. carnis.n. adiectione caro augetur: ſimili quoque nutrimur. hinc vero iis, qui contrario nutriri volunt, dicens, Vtpote cum ſimile a ſimili pati non poſsit. Quod.n. patitur, a contrario patitur, & nutrimentũ mutare & concoquere aliquid pati eſt. Oĩs.n. mutatio, etiam ea, quæ ex eo, q̃ inter contraria intercedit, fit quodammodo, quatenus fit, contrarij eſt particeps. & non fit mutatio ex ipſo, & in ipſum. Oppoſitum autem hic contrarium accipit: & non omne ſimpliciter oppoſitum: & apertum eſt ex eo, quod addidit. Et quod intercidit. Inter contraria enim aliquid intercedit, & non ſimpliciter omnia oppoſita.

Præterea nutrimentum aliquid patiatur ab eo, quod nutritur: ſed non hoc à nutrimento, ſicut nec faber à materia: ſed illa ab ipſo. Faber autem mutatur tantum ab ocio & ceſſatione ad operationem.

Cum dixiſſet, q̃ nutrire, & nutriri fit aliquo agente, & patiente: vtpote cum pati, inquit, non poſsit ſimile a ſimili: per hoc oſtendens, q̃ agere, & pati oporteat, q̃ nutrit, & quod nutritur: deinde dixiſſet nutrimentum mutari: nunc oſtendit q̃ nutrimentum quidem eſt, q̃ patitur, & alteratur, actiuum autem eſt, & a paſsione alienum, q̃ nutrit. Si n. q̃ nutritur, idem manens ſm formam nutritur, nutrimentum autem non idem manet: ipſum eſt ergo, q̃ mutatur. Exemplo autem vſus, fabro poſtq̃ oſtendit, q̃ ab artifice, & forma materia patitur: ſed nõ contra, a materia artifex: qm̃ videtur artifex quoq; in eo, q̃ materiam operetur mutari: quænam ſit eius mutatio oſtendit. Ab ocio enim & ceſſatione, inquit ad operationem mutatur: ſed non ſm paſsionem. neque enim quicquam patitur, neque alteratur, oſtendens, q̃ talis quædam eſt nutritiuæ facultatis mutatio in nutriendo, nõ alteratio, ſed perfectio. Perficitur enim facultatis operatio. Tales autem mutatio. non motus, ſed perfectionis potius generatio, vt oſtendit in naturali auſcultatione.

Vtrum autem eſt nutrimentum, q̃ poſtremum aggregatur, & adiungitur, uel primum, intereſt. Si autem utrũque: ſed hoc quidem incoctum: illud uero concoctum; utroque modo contingat nutrimentum dicere. Quatenus enim incoctum eſt, contrarium contrario nutritur: Quatenus autem concoctum, ſimile ſimili. Quare manifeſtum eſt, quod d cunt quodammodo utrique & recte, & non recte.

Quærit vtrum nutrimentum dicere oporteat, id ne, quod a principio afferimus, panem dico, & reliqua: an q̃ poſtremum corpori aggregatur, cuiuſmodi eſt, qui ex nutrimento ſanguis mutatur, & in partibus fit, & eis aſsimilatur. hoc eſt enim poſtremum. Nutrimenti.n. aiunt Medici, q̃ nutrit nutrimentum eſt. ex his enim inuenies, quod quæritur, vtrum ſimili nutrimur. an contrario Si enim qd̃ primum affertur, eſt nutrimentum: contrario nutrimur. Si autem poſtremum, q̃ corpori aggregatur & vnitur, ſimili. Si autem vtraque nutrimentum, q̃ etiã videtur, & primum & vltimum: & ſimili, & contrario. Primum.n. & incoctum, eſt contrarium. Secundum aũt, & concoctum, ſimile. Quare vterque eorum, qui de nutrimento dixerunt, vt ad partem reſpiciẽs, recte quidem dixit non autem perfecte. Dubitauerit autem quiſpiam, quidnam eſt, q̃ poſtremum aggregatur. Si.n. non primum fit caro, deinde carni aggregatur hoc n. eſt additio, non auctio: quicquid ante mutationem poſtremum fuerit, hoc contrarium eſſe neceſſe eſt. Si.n. mutatur, ſolum ergo contrarium nutrimẽtum. Si autem poſtremo dicit, q̃ iam eſt aſsimilatum: non eſt amplius eiuſmodi nutrimentum, ſed pars. Et ſoluens Pbs inquit, q̃ facta quidem caro eſt ſm nutrimentum, ſm partem autem eius, quod ante aggregationem fuit corporis eſt nutrimentum: illo quidem vt toto conſiderato: dico autem, eo, q̃ poſt aggregationem pars eſt. De his autem exactius in libro de generatione & corruptione dictum eſt.

Quoniam autem non nutritur, q̃ uitæ non eſt particeps: animatum corpus fuerit, q̃ nutritur, quatenus eſt animatum. Sic & nutrimentum eſt ad animatum: & non ſecundum accidens.

Quare non proprie de igne nutrimentum dicitur. Trã fit autem a nutrimento ad operationem. ea eſt autem nutrire. Nutrire.n. eſt eius, q̃ nutritur. & nutriri quidem fuerit, per operationem circa nutrimentum eius, q̃ nutritiuã habet facultatem illius, q̃ nutritur, ſeruare ſubam. Nutrire autem, circa nutrimentum operari nutritiuam facultatem. Deinceps ergo ab operatione, quænam ſit nutritiua facultas inuenit, & definiet. Si autem nihil nutritur quod non ſit vitę particeps, inquit ab anima autem viuentibus vita: neceſſe eſt animatum corpus eſſe, quod nutritur, ſm hoc ipſum, quatenus eſt animatum: & non ſm accidens: non.n. corpori, q̃ nutritur, eſſe animatum accidit, ſed quod eſt animatum propterea nutritur. Si autem qd̃ nutritur, eſt animatum: nutrimẽtum quoque ſecundum hoc ipſum animati fuerit. Quare non proprie ignis nutriri dicitur. Eorum enim quæ ſunt ad aliquid, alia quidem proprie, & ſecundum ſe ad illud ſunt, ad quod referũtur, alia autem per accidens. Vt ſeruus dicitur hominis eſſe ſeruus: & domini ſeruus. Sed domini quidem ſecundum ſe hominis vero per accidens. accidit enim domino eſſe hominem Dicatur autem & grammatici eſſe ſeruus, & rhetoris: per accidens, ſcilicet. Nutrimentum autem per ſe ad animatum dicitur.

Eſt autem aliud nutrimentum, & eſſe auctiuum. Quatenus enim quantum quid eſt id, q̃ eſt animatum, auctiuum: quatenus uero hoc quidpiam, & ſubſtantia, nutrimentum. Seruat enim ſubſtantiam, & eouſque eſt, donec & nutritur. & generationis effectiuum, non eius, quod nutritur, ſed quale, quod nutritur, iam enim eſt ipſa ſubſtantia. Nihil autem ipſum ſeipſum generat, ſed ſeruat.

Hoc quoque iis eſt conueniens, quę de nutrimento tractantur. Hoc autem in iis quoque dixit libris, qui ſunt de generatione, q̃ non ſm idem nutrimur, et augemur. Qm̃ enim, q̃ nutritur, & forma eſt, & quantum quid: Similiter autem & nutrimentum nutrit, q̃ nutritur: nutrimenti proprium eſt ſeruare formam eouſque dum nutriuntur,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quæ nutriuntur, & ſi non augeantur. Si autem q̃titatem augeat ei, q̃ nutritur, additum nutrimentum, non auget autem ſemper, q̃ nutritus: qñ excretio vel fuerit æqualis, vel maior ea, quæ ex nutrimento fit, aggregatione: vt dixit in lib. de gñatione: & ſic quidem certe nutrimentum, quod in ſe eſt, quantitati adiicit. Qm̃ ergo idem nutrimẽtum & nutrit, & auget. Si.n. idem eſt potentia, q̃ nutrit: nutrit, & ſeruat formam eius, quod nutritur, Si autem quantitate prædictum eſt: ea quoque ratione auget: clarum eſt, quod quæ circa nutrimẽtum operatur, facultas, idq̃ concoquit, & mutat, & corpori adglutinat, vna, & eadem fuerit nutritiua, & auctiua. Qñ.n. ſic habet q̃ nutritur, vt & eſſe poſsit, & eius quantitati adiicere: non ſolum nutrit, ſed & auget. Qñ vero non poteſt, q̃ nutritur, eo quod id, q̃ nutritur, tempore defeſſum ſit & exhauſtum, non amplius quoque auget. Cum.n. partes ſiccores ſeipſis euaſerint, non ſuapte natura amplius extendi poſſunt, vt quantitati adiiciant. Vnde & infantium, ac puerorum velox admodum fit incrementum. & cum in totis ſæpe duobus, aut tribus annis duorũ, aut trium cubitorum additionem ceperint, in aliis plurimis, minimam adiectionem accipiũt: cum iam deinceps partes ad ſiccius mutentur, nec extendi poſsint, & quantitati adiicere. Nam nutritiua facultas, quantum quidem in ſe eſt, quantitati ſemper adderet. Et alioqui, cum deinceps magna facta ſit effluxio, eo quod ad diminutionem tendat animal non ſufficit nutritiua facultas ad reficiendum qd̃ defecit, & ei qd̃ a principio fuit, adiiciendum. Qm̃ ergo nutritiua facultas eadem eſt cum auctiua: merito de nutritiua, & generatiua ſola meminit, eandem, vt dixi, exiſtimans cum nutritiua auctiuam. Et gñationis effectiuum, non eius, q̃ nutritur, ſed quale qd̃ nutritur. Poſtquam dixit, q̃ nutrimentum ſm aliud & aliud nutrit, & auget, dicit gñationis quoque effectiuum eſſe nutrimentum: ſiquidem ſemen eſt excrementum vltimi nutrimenti, vt oſtendet in libris de gñatione animalium: certe ad qualitatem & q̃titatem nutrimenti, rerum venerearum magis vel minus motus fit. Non eſt autem eius, q̃ nutritur, generationis effectiuum nutrimentũ: nihil.n. ipſum ſeipſum generat: iam eſt enim eius ſubſtantia: ſed quale ipſum qd̃ nutritur. Oĩa enim, quæ generant, vt plurimum, & ſecundum naturam, ſibiipſis ſimilia generant. Aeternitatem enim deſiderantia, ſic eam vt ſuperius dictum eſt, aſſequuntur, quod alia, qualia ipſa, generent.

Quare eiuſmodi quidem animæ principium, facultas eſt quæ ſeruare poteſt, q̃ eam habet, quatenus tale. Nutrimentum autem ad operandum præparat, & ideo, quod nutrimento priuatum eſt, eſſe non poteſt. Quoniam autem tria ſunt: quod nutritur: quo nutritur: & quod nutrit: Quod nutrit quidem prima eſt anima: quod nutritur autem, quod eam habet corpus. Quo nutritur uero, nutrimentum.

Poſtquam dixit, q̃ nutrimentum eſt eius, q̃ nutrit, ſeruatiuum, quatenus eſt nutrimentum: ex hoc nutritiuam quoque inuenit aĩam, & eam definit, q̃ ea eſt facultas, quæ ſeruare poteſt, q̃ eam habet, quatenus tale. Illud autem, Quatenus tale, pro eo, quod eſt, ſm hanc ipſam formam. i. in eadem forma ſeruans, q̃ nutritur. Et ipſe quidẽ nutritiuæ ſolius facultatis definitionem tradidit. Ex hac autem etiam tradi poteſt auctiuæ & generatiuæ facultatis definitio. Eſt.n. auctiua facultas aĩę, quæ ad perfectam formam ducit, q̃ eam habet: ad quam cum peruenerit, poteſt omnes naturales operationes perficere. Generatiua autem eſt facultas animæ, quæ pręparare poteſt id qd̃ eam habet, ad faciendum alterum, quale ipſum, ſm deſiderium eius, quæ eſt in primo æternitatis. Nutrimentum autem inquit, præparat nutritiuæ facultati talem operationem. Niſi.n. ſit nutrimentum, non operatur nutritiua facultas. Eſt autem nutrimentum operationis præparatiuum nutritiuæ facultatis, per quam ſeruatur, q̃ eam habet Et ideo q̃ nutrimento priuatum eſt, fieri non poteſt, vt ſit animatum. id.n. eſt quod nutritur. Qm̃ autem eſt quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit: qm̃ de nutrimento dixit: vult, quæ ab eo denominantur, definire, & dicere quid eſt eorum vnumquodq̃. Eſt.n. aliquid qd̃ nutrit, & quod nutritur. & quo nutrit. Quod nutrit autem eſt prima animæ facultas, quæ eſt nutritiua: ſæpe aũt dictum eſt, cur prima. Quod nutritur autem, animatum corpus, quatenus hanc habet facultatem. Quo autem nutritur, nutrimentum.

Quoniam autem à fine omnia par eſt appellare; finis autem eſt generare, quale ipſum: fuerit prima anima, id quod eſt generatiuum, quale ipſum,

Sicut enim ab intelligendo intellectus appellatur: & a ſentiendo ſenſus: nutritiuæ aũt facultatis, q̃ primam vocat, vt inferius primam, finis eſt gñare, quale ipſum: eorũ enim, quæ nutriuntur, quæ perfecta ſunt, & non manca, generant: ergo eam etiam a fine denominare par eſt, dico autem generatiuam: quia generare ei finis eſt.

Eſt autem, quo nutritur duplex, ſicut, quo gubernat manus, & clauus.

Poſtquam dixit quidnam eſt illud, quo nutritur, qd̃ nunc additur inſtrumentarium eſt, quo tanq̃ per inſtrumentum, nutritur, Hoc ergo inſtrumentum duplex eſt, inquit, hoc quidem quod mouet, & mouetur, illud vero, q̃ ſolum mouetur, non itidem etiam mouet. Innatum.n. calidum, quo quidem nutrit anima, tanq̃ per inſtrumentum, & mouet, & mouetur. A nutritiua quidẽ facultate mouetur: reliquas autem partes mouet, vt dentes, venas, ventrem, & alia, per quæ nutritio: quæ quidem ſolũ mouentur: non ita autem & mouent alia, quia vt inſtrumentum: ſed nutrimentum Oſtendit autem duplicem rõnem eius, quod nutrit, tanq̃ per inſtrumentum, gubernatoris appoſitione. manus enim eſt, quod mouet, & mouetur. mouetur.n. ab aĩa: mouet autem clauum. clauus autem ſolum mouetur. non.n. ipſe aliud mouet inſtrumentum. ſed mare, vel nauem, ſicut illa nutrimentum. Alij autem nutrimentum dicunt, q̃ mouet quidem & mouetur a calido. mouere autem, quatenus nutrit. Melius autẽ eſt id, quod mouet, & mouetur, calidum accipere, quod ab anima quidem mouetur: mouet autem nutrimentum: nutrimentum autem, q̃ ſolum mouetur. Non enim mouet, q̃ nutrit in eo, quod nutrit, vt oſtenſum eſt. Dicit autem Alexander aliam quoque expoſitionem. id enim, quo nutrit, duplex, non de nutrimento accipiendum nunc dicit: ſed duplex eſſe, nutritiuam. ſ. facultatem, & innatum calidum. Quorum illud quidem eſt immobile, nutritiua, ſcilicet, facultas: ipſa enim, cum non moueatur, mouet. innatum autem calidum. quod mouetur, & mouet. mouet enim nutrimentum, mouetur autem a facultate. Hæc aũt expoſitio conuenerit lecturæ, quæ ſic fertur, Hoc quidẽ, quod mouet, & mouetur: illud vero, q̃ ſolum mouet, videlicet, cum ipſum non moueatur. & huic quidem lecturæ gubernatoris exemplum ad hunc modũ adaptaueris. Clauus quidem, qui mouet, & mouetur, mouet quidẽ mare, vel nauem: mouetur autem a manu. manus autẽ, q̃ ſolum mouet: mouet.n. clauum, ſed ipſa ab alio non mouetur. Continentium.n. partes non mouentur per ſe: qm̃ neque in loco per ſe, vt oſtenſum eſt in Phyſica: continens autem eſt manus gubernatoris. & aliter, quod clauus quidem ab aliquo, qd̃ eſt extra, mouetur, nempe a manu; manus autem nihil habet, quod ad eam extra moueat. Si ergo ſcriptura habet, illud vero ſolum mouens, vltima interpretatio conueniet.

Hoc quidem quod mouet, & mouetur: illud uero, quod ſolum mouet, omne autem nutrimentum neceſſe eſt facultate concoqui: concoctionem autem operatum calidum: & ideo omne animatum habet caliditatem. Typice ergo, quidnam eſt nutrimentum, dictum eſt, poſtea autem de eo clare dicendum eſt in libris conuenientibus.

Poſtquam dixit, q̃ duplex eſt animę nutrire: eſſe, præter dictum nutrimentum aliud, per quod fit duplex id, quo nutrit, nunc dicit: Innatum.n. inquit calidum, deinde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& quomodo nutrit, subiunxit. Oportet enim inquit, nutrimentum concoqui. Quod autem concoctionem operatur, est calidum. quare hac rõne nutrit. Si autem omne animatum nutritur: nutrimentum autem a calido concoquitur: necesse est ergo omne animatum habere caliditatem. Typice ergo, quid est, dictum est. Postea autem de eo clare dicendum est in conuenientibus libris, ꝙ dupliciter est nutrimentum, contrarium enim, & simile: & qđ eorum, quę augere possunt, contrarium, & quod concoquitur & mutatur, & quod ſm aliud nutrit, & ſm aliud auget: & quod quatenus nutrit, seruat quod nutritur: & quod generationis quoque ipsum est principium, non eius quod nutritur, sed quale, quod nutritur: & quæcunque alia dicta sunt. postea autem de eo clare dicendum est in conuenientibus libris. De nutrimento quidem aliquo modo dixit in libris de generatione. dicet autem postea & in tractatu de generatione animalium, in quem differt. in quo etiam de semine dicet, quod & ipsum est nutrimẽti. Excrementum enim, inquit, nutrimenti est semen. Quare ad seminis generationem alia quidem nutrimenta sunt apta: alia vero contra.

His autem definitis, dicamus communiter de omni sensu.

Postquam dixit de anima, de plantali dico seu vegetatiua: ꝙ est facultas aīæ conseruatrix eius, ꝙ eam habet, ꝑ propriam operationem, quæ fit præsentia alimenti: & ꝑ hoc ostendit, ꝙ est entelechia seu perfectio illam habentis corporis, & ab ea inseparabilis: transiit ad sensitiuæ animæ definitionem. Et quẽadmodum prius in anima simpliciter communem de omni anima definitionem tradidit: sic & hic prius communiter de omni sensu disserit. deinde de vnoquoque seorsum. Tradit autem communem sensitiuę animæ rationem. Sensum n esse dicit facultatem animæ, qua per alterationem sensibilibus assimilatur. hac ratione sensitiuam quoque animam dicet. Quæcunque ergo ad sensum in vniuersum definiendum ei sunt vtilia, ea prius distinguit. Primum autem eo vtetur, qđ & sensus patiatur, & alteretur. Differet autem et de eo quod est potentia, & de eo quod est actu. & nonnullas mouebit dubitationes, & de eo quod facit, & de eo quod patitur, & de sensu: & eas etiam soluet.

Sensus autem in eo, ꝙ est moueri, & pati, accidit, quemadmodum dictum est. Videtur enim esse quædam alteratio.

Primum quod sensus in sensilium apprehensione taliter vel taliter affectus alterari videtur. Si autem alteretur, & patitur. passio enim, alteratio. Si autem patitur, & mouetur. non hæc autem dicit, perinde ac si sit ipse in ea sīa, ꝙ sensus alterentur, & patientur. Addidit itaque illud, videtur. Ostendet enim procedens, quomodo vnũquodq; eorum in anima dicitur, ꝙ non proprie neque alterari, neque pati sensus dicitur. Hoc autem vt dictum est, dicit, quia paulo ante eum ostenderet, ꝙ anima etiam, vt vnde incipit motus animalium, causa est, ostendit quod non solum auctionis, & secundum locum motus, sed & alterationis causa est, argumentatus, ꝙ sensus sit alteratio. Sensus ergo alteratio, alteratio motus. Sensus ergo in eo est, quod alteratur & mouetur.

Dicunt autem aliqui & simile à simili pati. hoc autem quomodo fieri possit, uel non possit, diximus quidem etiam in iis, quæ in uniuersum dicta sunt de faciendo, & patiendo.

Qm̃ autem sensum esse accidit in eo ꝙ mouetur & patitur: in his vlem dubitationem proponit, quomodo patitur id, quod patitur, ab eo, quod agit. Vtrum simile a simili patitur, vel contrarium a contrario. Vtrunque enim aliqua ratione niti videntur. neq; enim, ꝙ oīno aliud est, ab eo patiatur, vt nulla in re communicans. neq; n. albedo a dulcedine patiatur. nihil est enim eis commune, neque calor ab albedine. Neq; vero simile a simili patiatur. Albedo. n. ad similem albedinẽ nihil egerit: neq; n. quod libet agit in quodlibet, sed contrarium in contrarium. Albedo. n. a cõtraria nigredine patietur. & frigiditas a caliditate, & contra. Videbitur ergo esse quoque rõni consentaneum, vt a contrario contrarium patiatur, & simile a simili. Hac ergo dubitatione soluta, dixit & quomodo sensus a sensibilibus patitur: cum partim quidem sit similis, partim autem dissimilis. Quia potentia quidem est similis iis, quę ſm actum sunt, sensibilibus: siquidem ab eis patitur: ꝙ autem patitur: a sic simili patitur: dico autem, quod est potentia simile, actu vero dissimile, & contrarium, vt ostendet. Hanc autem dubitationem soluit etiã in libris de generatione, & corruptione. eum enim tractatum significauit, cum dixit, Diximus in iis, quæ in vniuersum dicta sunt. non subiunxit autem redditiue, quod & nunc quoque dicetur. Alexander quidem certe dicit haberi eiusmodi quoque, lecturam. Dicendum autem & nunc. Si autem non hoc adscriptum est, nihilominus hoc ipsum subaudiendum est. ipsum enim prætermisit, vt quod sit in confesso. Dicet autem de hoc ipso in iis, quæ deinceps sequuntur.

Habet autem dubitationem, cur non ipsorum quoq; sensum sensus sit: & cur sine iis, quæ extra sunt, sensus non agunt.

Postquam in vniuersum dubitauit, vtrum, ꝙ patitur, a simili patitur an a dissimili: prius quam hanc dubitationem solueret, aliam dubitationem adiungit: & per secundæ solutionem, priorem quoq; dissoluit. est. n. hoc in more positum Arist. Quæ est ergo dubitatio? Si sensus ingt est sensilium apprehensiuus: sensilia autem sunt & sensoria, per quæ sentimus: cur non ea quoq; apprehendit sensus, etiam si nihil adsit exterius? vt, cur oculus seipsum non videt, & si sit compositus ex iis, quæ sunt visibilia, dico autem elementis? Hanc autem dubitationem mouit, quæ alioqui conuenit iis, quæ de sensu tractant: nunc autem, quia eius solutio constituit, ꝙ sensus in patiendo, & alterando accidũt. Quæ est ergo dubitationis solutio? Ait ergo: ꝙ sensus potentia solum est, quod est. Quodcunque autem est potentia, in actum producitur ab aliquo, ꝙ actu est. Ergo & sensus, qui est potentia, in actum a sensili producitur: Sensili autem, ꝙ est exterius. Quicquid autem est potentia, ꝙ in actum producitur, a simili producitur, ꝙ iam actu est. Durum. n. a frigido fit per accidens. Ei enim, quod est esse frigidum, durum fuit consequens, vt in glacie. Sensus ergo, qui est potentia, a simili producitur in actum, ꝙ iam entelechia & perfectione est. Quare & sensus potentia est, quod sensile. Qm̃o autem hoc dicitur, hoc in processu articulatim exponet. & sic a sensili in actum producitur: sensile autem est & sensorium, in quo sensus: cur non ab eo quoq; in actum producit? alioqui si non potest sensus proprium sensorium apprehendere, cum sit sensile: cur, quæ in eo modum excedunt, apprehendit? eum enim, qui est ſm naturam calorem, qui est in vniuerso corpore, sensitiua facultas nõ apprehendit. Postquam autem calor nimius in nobis fuerit, & commoderationem exuperauerit. vt in febribus: tunc enim sentit. Et visus sili oculum quidem ſm naturã habentem non apprehendit: vt qualis sit humorum, vel tunicarum color. Postquam autem ei præter naturã aliquid acciderit, vt in iis qui albugine laborant, eius, quæ est in oculo, albuginis sensum habet: & ideo omnia alba esse existimant. Silr & si quis alius humor crystallino incubuerit, & colorem, & eius figuram apprehẽdit. Vnde & in suffusionum principiis, prius quam perfecte impedita fuerit operatio obducta pupilla. in oĩbus videre videntur culices, & eiusmodi. Dicimus ergo ad hanc dubitationem, dico autem, cur non sentit sensus proprium sensorium, cum sit ipsum quoq; sensile. dicimus, inquam, ꝙ non eo modo sensilia sensus apprehendit, quo intellectus intelligibilia. Intellectus n. qđ cognosci potest, ambiens, & comprehendens, suę est operationis dominus, & a nullo impeditur, qm̃ vult propriam applicare operationem, in seipso, vt dixi, habens intelligibilia. Ipse. n. in seipsum conuersus omnia videt. Sensus autem, ꝙ cognosci põt, extra habet, & ideo non aliter cognoscit, q̃ ad id, qđ est extra, extensus. Id autem eo fit, qm̃ non separabiles habet operationes. neq; n. ipse in seipsum conuerti potest, vt qui in subiecto esse habeat proprio sensorio, & cũ eo sensilia apprehendat. Iure ergo non potest sensus proprij

sensorium

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſenſorium apprehendere. Si enim cum eo ſenſilia attingat eo quod in ipſo eſſe habet, & ſenſilia attingit, ſic ea apprehendit. Si autem proprium ſenſorium apprehenderet: ipſum vtique tangens, apprehenderet. Tangere autem ſine ipſo non poteſt. Ipſum ergo ſenſorium ſeipſum tangere neceſſe eſſet, & ipſum ad ſeipſum conuertere, Sed fieri nō poteſt, ut quod ſit corpus, ipſum ſeipſum tangat, neq; ergo ſenſorium, cum ſit corpus, ipſum ſeipſum tanget Si autem nō tetigerit, nec ſenſitiua, quæ in eo eſt facultas, ipſum apprehēdet. Sic enim ſenſilium fit apprehenſio, ſecūdum ſenſorij quidem attactum ad ſenſile, iudicium autē, & apprehenſionem eius quæ in ſe eſt, ſenſitiuæ facultatis. Hæc ergo vna cauſa eſt. Secunda autem, ꝙ opus habet interiecto aere, & ideo, cum lema eſt in oculo, non apprehendimus: neque eo qui interiectus eſt aere quomodocūque ſe habente, ſed illuminato. Quare ſenſus fuerit potentia, quod ſenſile. Senſile autem, quod aliquid agit in ſenſum, ad propriam operationem deducit. Quod autem agit, in id, quod patitur, agit. Quicquid autem patitur, mouetur: ſenſus ergo a ſenſilibus patitur, & mouetur. Si autem ſenſus quidem eſt potentia: actu autem quod ſenſile: eorum autem hoc quidem agit: illud vero patitur. Quod ergo patitur, ſimile quidem eſt potentia ei quod agit: actu diſſimile. Soluta eſt ergo & prima dubitatio ꝙ ſecundam. Si autem ſenſitiuum, qd' eſt potentia, patitur a ſenſili, & fit actu ſenſitiuum: patitur autem, quod patitur, a diſſimili. nihil autem eſt ipſum ſibiipſi diſſimile: nihil ergo ipſum a ſeipſo patitur. Merito ergo, quod eſt ſenſitiuum, ſeipſum non apprehendit, quoniam neq; ipſum a ſeipſo patitur, dico autem vtrunq; ſimul, ſenſitiuam facultatem cum ſenſorio. Et eſt hæc tertia, & maxime propria cauſa, ꝙ ſenſus propria ſenſoria non apprehendunt. Vtriuſque enim ſimul eſt apprehenſio, ꝙ ſi hoc eſt, ꝙ a ſenſilibus patitur: alterum ergo, quod agit, neceſſario eſſe debet. Quid verò? an nō ipſi ſentimus nos ipſos calidius vel frigidius affectos, vel eiuſmodi aliquid a mala temperatura eorum quæ ſunt in nobis, elementorum? Et, quando humor cryſtallinus caſu, vel affectu aliquo fuerit coloratus: eodem colore putamus, & aerem', & alia viſibilia eſſe colorata. Ad hoc autem pulcherrime dicunt etiam Medici, ꝙ nobis febricitantibus: vel in morbis refrigeratis, ſentimus non ipſos neruos ſenſitiuos, vel carnes calefactas, ſed ſanguinis & ſpiritus humores. Quoniam ergo ſenſitiua facultas eſt primo in carnibus, & neruis: merito cum humores male temperati fuerint, ſpiritus, inquam, & ſanguis, & ſenſitiuis partibus appoſiti fuerint, eos tactu apprehendimus. quemadmodum aerem calefactum vel frigefactum tactu per appoſitionem apprehēdimus. Quod ſi febris ipſa etiam ſolida attigerit: quoniam non æqualiter caleſcunt, ſed inæqualiter: ſint omnino quædā partes, que ſecundum naturam habent, vt ea apprehendāt quæ ſunt affecta præter naturam. Neq; enim fieri poteſt, vt ſit æqualis mala temperatura, tūc enim ad exitiū & corruptionem deinceps tendit animal. Hæc eſt ergo cō ſenſus cauſa, & quod hoc verum, qui hectica, ideſt in habitum deducta, febre laborant, hoc autem eſt, qui in ipſis ſolidis febricitant, ſi æqualis in iis fuerit mala temperatura per vniuerſa ſolida, nullum conſenſum accipiunt eius, quæ in eis eſt, caliditatis, eo ꝙ æqualis ſit caliditas per vniuerſas partes: & non ſit hoc quidem quod agit, illud vero quod patitur. Quemadmodum ergo neque qui a natura ad calidius temperati ſunt, hoc ipſum conſenſu percipiunt, ꝙ æqualis ſit per vniuerſum caliditas, idq; etiam alioqui propter conſuetudinem: nam cum ij, qui ſunt in ventre & aliis concauitatibus, humores ſecundum naturam commoderationem habent, non ſentimus: quando autem præter naturam plus vel minus proceſſerint: tunc eorum conſenſum accipimus: quod ſm naturam quidē habet animal, & voluptate, & dolore priuatum eſt. Quādo autem id, quod eſt ſecundum naturam, ducitur, eius quidem ipſius ſenſum habens, lætatur: ad id vero, qd' eſt præter naturam, dolore afficitur. De humore autem, qui in oculo conſiſtit, qūo ipſum videmus, & qūo ſenſorio ſm naturam habente eſt non apprehendimus, præter naturam autem habente apprehendimus, nondum eſt per iam dicta ſolutum. Quia enim dictum eſt, ſoli tactiuo ſenſui conuenit. Atqui & guſtus, cum ſm naturam habet guſtatiuum ſenſorium, non apprehēdit ſuccum, qui ineſt humiditati, quæ eſt in ſenſorio. Cum autem præter naturam habet, apprehendit, ſicut in morbis, verbi gratia, amaritudinem, vel ſalſedinem, vel eiuſmodi.

Cum inſit ignis & terra, & alia elementa, quorum eſt ſenſus per ſe, uel ea quæ illis accidunt.

Elementa enim habent qualitates: has quidem ſubſtantiales, & eorum completiuas: illa vero per accidens. Subſtantialium itaque elementorum qualitatum apprehenſiuus eſt tactus: vt caliditatis, frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis. Hæ ſunt enim qualitates, quæ illis formam tribuūt. Earum autem, quæ per accidens illis inſunt, vt colorum, ſonorum, odorum, & aliarum, alij ſunt ſenſus apprehenſiui. Illud autē, Per ſe, vel quæ accidunt Græce, καθ' αὑτὰ, ἢ τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς, pro eo qd' eſt, κατ' αὐτῶν ἢ τῶν συμβεβηκότων τούτοις. i. de ſe & iis, quæ illis accidunt, recto vſus pro genitiuo. Frequens autem eſt huiuſmodi vſus. Iiq; duo ſcopuli, hic ad cœlum peruenit vſque, pro eo quod eſt, horum duorum ſcopulorum.

Eſt ergo manifeſtum, ꝙ ſenſitiuum quidem non eſt actu, ſed potentia tantum: & ideo non ſentit: ſicut quod comburi poteſt, non uritur ipſum per ſe, ſine combuſtiuo. ſeipſum enim ureret: neq; opus haberet igne, qui fit perfectione, & actu.

Hinc eſt dubitationis ſolutio. Quoniam.n. inquit potentia ſenſus eſt, & non actu: non apprehendet. niſi adſit actiuum, & ad operationem deductiuum. Sicut neq; qd' comburi poteſt, niſi adſit ignis, ipſum ſeipſum vrit, ſicut lignum: vel oleum. Conuenientiam ergo, & proportionem habet ſenſitiuum cum igne: cum eo autem, ꝙ comburi poteſt, ſenſitiua facultas.

Quoniam autem ſentire duobus modis dicimus. Nam & id, ꝙ potentia audit, & uidet, audire, & uidere dicimus, & ſi forte dormiat: & id, quod agit, & operatur: Duobus etiam modis dicatur ſenſus: ille quidem ut potentia: hic uero, ut actu. Similiter & ſentire, & quod potentia eſt, & quod actu.

Qm̄ potentia ſenſum eſſe dixit, niſi adſint ſenſilia: actu autem fieri, ſi adſint: hoc ipſum vult probare. Sicut.n. inquit ꝙ ſentit duplex eſt, illud quidem ſm habitum: ſicut dicimus ſenſitiuum eſſe dormientem hominem: hoc γὸ ſm actum, vt vigilantem, & iam ſecundum ſenſus operantem: ſic inquit & ſenſitiua facultas, & eius operatio. Ipſum autem, ſentire dico, duobus modis dicitur, illud quidem potentia: dico autem, quod habet habitum, non autem operatur: hoc vero, quod iam operatur. Hoc ergo primum ſentire, pro eo, quod ſentit accepit: hoc eſt ipſum compoſitum. Illud vero, duobus etiam modis dicatur ſenſus, hoc eſt, ſenſitiua facultas. Illud autem ſimiliter & ſentire, ipſa operatio. Vnde illud quoniam ſentire, pro eo quod eſt, id quod ſentit, dixit.

Primum ergo, tanq̄ idem ſit pati, & moueri, & agere, dicimus. Et motus.n. eſt quidam actus, ſed imperfectus: ſicut in aliis dictum eſt. Oĩa autem patiuntur, & mouentur ab actiuo, & eo ꝙ eſt actu. Eſt ergo & qd' à ſimili patitur: eſt & qd' à diſſimili: ſicut diximus. Patitur.n. ꝙ eſt diſſimile. Paſſum aūt ſimile eſt.

Poſtquam dixit, & obiter dubitauit, cur non ſeipſos quoque ſenſus ſentiunt: & huiusrationem tradidit, ꝙ nō adeſt actiuum: tranſit ad oſtendendum, quomodo quod patitur, partim quidem, vt a ſimili, patitur: partim, vt a diſſimili. potentia quidem ſecundæ dubitationis ſolutio hoc quoque ſoluerit, vt oſtendimus. Hic autem & hoc quoque ſeorſum oſtendit. Qm̄ ergo id, quod hic dicitur, dictionis contextui conſequens eſſe dicunt, Et ſimile pati a ſimili. id autem quomodo fieri poſsit, vel non poſsit, in iis etiam qua de faciendo vel patiendo in vniuerſum dicta ſunt, dictum eſt. Quibus ſi addiderimus: Nunc aūt dicendum eſt, in ordine fuerit conſequenter, quod dicitur. Primum ergo perinde ac idem ſit pati, & agere, & mo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ueri dicimus. Quoniam autem dixit, ꝙ ſenſus in eo, qđ eſt moueri, vel pati, accidit: & de patiendo omnino dubitauit a quo, & quomodo ſit. Vtrum a ſimili, vt quibuſdam videtur vel a diſſimili, vt aliis: hoc autem non recte dici videtur, ſenſum pati, & alterari ſimpliciter, non enim agere, & ab alio moueri, & pati eſt ſentire, vt deinceps oſtendet: nunc dicit. Dicimus, perinde ac idem ſit dicere ſenſus pati & ſenſus moueri, vel agere: donec diſtinxerimus, ꝙ non idem ſit ſenſus agere, ꝙ mouere, & pati. Eſt enim motus actus quidam. Actus quidem motu eſt vniuerſalior. Motus autem ꝙ̄ pati. Quicquid.n. patitur, & mouetur. Quicquid autem mouetur, agit: non ita etiam ꝙ agit, & mouetur. Actus.n. ſeu operatio, eſt, vt ipſe in phyſica definit, coaceruata ab habitu productio. Motus autem eſt imperfecta actio. Hac ratione idem eſſe videbitur motus, et actio ſiue operatio. Quatenus autem actus, ſeu operatio, non eſt ab imperfecto ad perfectum progreſsio: hac ratione non idem fuerit motus, qđ operatio. Quemadmodum.n. diſpoſitio dicitur & communius de habitu, dicitur & vt ab habitu diſtinguatur, & diſcernat. ſpecialius. Sic & actio dicitur communius etiam de omni motu: dicitur & prout a motu diſtinguitur: eo ꝙ motus eſt a primo potentia, ad ſecundum progreſſus alicuius eorum, quæ ſunt circa ſubſtantiam, ipſa ſeruata ſubſtantia. Actio autem eſt perfecta habitus productio, nulla in re habitu magis alterato, & eſt reuera perfecta actio coaceruatus habitus proceſſus, qui non cum motu tẽporis vna concurrit: ſed ſecundum vniuerſam ſui partem æqualiter habet: qualis eſt luminis proceſſus. Cum primum enim illuminatiuum apparuerit, coaceruatim quicquid aptum eſt, ſimul repente illuminatur, non concurrente luminis operatione vna cum temporis motu, ſed in omni ſui parte ſimiliter habente. Talis eſt & ſenſus actio. Cum primũ enim aſpeximus, ſine tempore ſenſilia apprehẽdimus. Vnde neꝙ ſenſus ait moueri, ſed agere. Hoc ergo proprie eſt actio, ſeu operatio. Quare & de diuinis dixit qđ ſine potentia ſunt actus, ſeu operationes. Motus autem, ſicut diſciplina, quæ eſt habitus mutatio ſm partem ad perfectum ab imperfecto. Inter hęc autem ſunt cogitatiui motus, ſeu actus: & ſi quid eſt his ſimile: qui quidem neque proprie motus ſunt. Neꝙ.n. mutatio eſt habitus vel vlla ex parte actio, neꝙ.n. ſimiliter habet in omni parte temporis: neꝙ coaceruatus eorum eſt ab habitu progreſſus: ſed alia ante aliam propoſitio, & extremum concluſo. Neꝙ ergo ſimpliciter motus tale quid, neque ſimpliciter actio: niſi actionem proprie quis diuiſerit in coaceruatã, & indiuiſibilem, & in diuiſibilem. Vnde & prius cogitationem quoque vtriuſꝙ ſimul motum eſſe dicebat. Sed & cogitatio ſm vnumquemꝙ terminum coaceruatam habet applicationem, & eſt vnumquodꝙ, vt quod cognoſci poſsit, accipere, quod in motu, naturali dico, non contingit. Et ſi enim ſit coaceruatum vnumquodque eorum, quæ prius tradita ſunt: ſed non omnino finem quoque naturalem talem eſſe contingit, ſicut in iis, quæ ſecundum locum mouentur, id quod intercedit, neque.n. grauium, neque leuium naturalis hic finis. Huius ergo actio eſt quodammodo & cogitatio. Sicut ergo amplior eſt actio motu, ſic motus paſsione. Qz̄.n. patitur, & mouetur quodammodo, non.n. ſine motu paſsio eſt. Qz̄ autẽ mouetur, non omnino & patitur, non.n. paſsio eſt & ſecundum locum motus. Pati.n. ad agendum habito reſpectu dicitur. Agere autem eſt ſm qualitatem mutare. ex qualitate enim agere. & agere ergo eſt ſm qualitatẽ moueri, & mutari. Quare ſi motus quidem eſt in tribus prædicamentis, quantitate, qualitate, vbi: pati autem ſolum in quantitate: in plus ergo motus extenditur, ꝙ̄ paſsio: actio autem q̄ motus. Aliqua etiam ratione eadem ſunt, eo quod quædam eſt actio motus: quidam autem motus paſsio. Non vt genus autem actio de motu prædicatur: neque motus de paſsione: ſed vt vox æquiuoca. Eorum autem paulopoſt, vt dixi, differentiam oñdet. Nunc autem, perinde ac eadem ſint, dicit quodammodo, & a quo mouetur, & patitur, ꝙ patitur. His autem omnino, vt eiſdem, vſus eſt, & quod aliqua ratione eadem ſint, vt diximus, & ipſe conſuetudinem ſequens, his, vt eiſdem, vſus eſt. Itaꝙ & ſuperius, vbi dicebat aīam eſſe cauſam, vt vnde principium motus, dicebat eam eſſe alterationis cauſam: eſſe,n. cauſam ſenſus: cum autem eſſe alterationẽ: alteratio autem paſsio. Tāꝙ ergo in ſenſu eadem ſint agere, & mouere, & pati de patiendo, quomodo fiat, dicit. Qz̄.n. patitur inquit ab agente patitur. Ad ſe enim inuicem referuntur agere & pati. In Phyſica autem oſtenſum eſt, quod id, ꝙ alicuius actu actiuum eſt, agit in id, quod patitur, quod potentia eſt id, quod agit. Si autem, ꝙ patitur, cum nõdum actu ſit ſed potentia, hoc fit ab actiuo, ꝙ ipſum actu tale eſt: ſm aliquid quidem a ſimili patietur: potentia enim agenti ſimile eſt patiens: ſm aliquid autem a diſſimili. Eſt enim actu diſsimile. Potentia enim aliquid eſſe, & actu, diſsimile. Poſtquam autem paſſum fuerit, eſt ſimile. Finis enim huic quidem eſt agere. Patienti autem, vt aſsimiletur, quod patitur, agenti, eouſque enim calefaciens calefacit, quod potentia quidem eſt calidum, actu vero frigidum, donec ac ipſum eſt calidum ſimiliter fecerit. Poſtquam autem ſimile fuerit, ab eo non amplius patitur. Nihil enim a ſimili patitur. Si enim lucernæ lumen a lampade patitur: ab ea enim extinguitur: ſed tamen vt a diſsimili patitur. Tanq̄.n. defectus ab exceſſu patitur. Si enim duæ lampades eiuſdem poteſtatis fuerint: a ſe nihil inuicem patientur.

Diſtinguendum autem & de potentia, & de enteléchia, ſeu perfectione & actu.

Diuiſionem facturus patiendi & agendi, & eorum differentiam oſtenſurus, dixit enim. Nunc interea perinde ac idem ſic pati, & moueri, & agere dicimus, diuiſionem oportere facere dicit potentiæ, & entelechiæ. Potentiæ.n. nomine in ſenſu vſus eſt, & eorum ſoluit dubitationem, ꝙ̄ mouit: cur ſenſus non ſeipſum ſentit. Sed & ſenſum diuiſit in eum, qui eſt potentia, & in actum, eodem modo quo & ſentire. & hoc enim dici duobus modis oſtendit. Qm̄ ergo non eſt ſimplex nomen potentiæ: *in vniuerſum de potentia, & entelechia, id eſt, actu diſtinguere inſtituit:* & quonam a ſeinuicem differant: & quid eſt eorũ vnumquodque: & quot modis eſt, id quod potẽtia. Per quæ ſimul oſtenderet, ꝙ ſenſus non eſt, quæ eſt ſm actũ, alteratio, nec motus. Neque enim, ꝙ quomodocunque potentia eſt, in actum mutatum alteratur. Quo hucuſꝙ, tanquam ſic habeat, vſus, eſt, ꝙ nõdum diuiſum ſit, quot modis eſt, quod eſt potentia.

Nunc enim de eis ſimpliciter dicimus.

Simplr. i. indiſtincte & indefinite, de potentia, & entelechia ſeu actu dicimus, neſcientes eorum differentiam, et quid vnumquodꝙ ſignificat, et quot modis dr̄. Nunc autem inquit, qm̄ eo, qđ eſt potentia, in ſenſu paulo ante vſus eſt: eo autem quod actu eſt, & actu, in faciendo, & patiendo. Omnia.n. pati ait, ab eo, ꝙ eſt actiuum, & actu eſt. Vel nunc dixit, vſque ad factam ab eo diuiſionẽ eius, ꝙ eſt potentia, & eius, quod eſt actu.

Eſt enim ſic ſciens aliquid, ut ſi dicamus hominem ſcientem, q̄ homo eſt ex ſcientibus, & ſcientiam habentibus. Eſt autem, & ut iam dicimus ſcientem, qui habet grammaticam.

Diſtinguit id, ꝙ eſt potentia, & oſtendit eſſe duplex. Quod.n. natura aptum eſt, & quod poteſt habitum ſuſcipere. potentia tale dicimus: vt hominem potentia ſcientem dicimus, ꝙ ipſius natura eſt ſcientiæ ſuſceptiua. Iuxta ꝙ ſignificatum materiam quoꝙ potentia dicimus. & potentia præterea dicimus, ꝙ iam habet habitum, & ſecundum eum non operatur. Muſicus.n. quando nõ operatur, potentia muſicus dicitur. Hæc eſt autem potentia, q̄ prius dixit primam entelechiam, in qua aīam quoque eſſe oſtendit. Eſt enim in confinio primæ potentiæ, & ſecundæ actionis. Quare & vtroque nomine appellatur, & quænam ſit vtriuſque eius, quod eſt potentia, differentia diſtinguit, aperte dicens.

Vterque.n. horum non eodem modo potens eſt, ſed ille quidem, q̄ tale genus eſt, & materia: Hic uero, quod ſi uelit, poſſe

eſt

eſt contemplari, niſi quid externum prohibuerit. Ille autem iam contemplans, & qui eſt entelechia, ſeu actu, & qui proprie ſcit hoc, A. Vtrique ergo primi ſecundum potentiam ſcientes.

Homo.n.cõiter ſciens dicitur, qđ hominis natura eſt ſcientiæ ſuſceptiua Hoc.n.illi ſignificat genus, & materia, pro eo quod eſt, Ipſa hominis natura, & ipſum ſubm. Genus.n.dicit, & ſubiectum ſm hoc ſignificatum, & materiam potentia diximus. Omnis n.materia poſſibilitas illud eſt, cuius eſt materia, ꝙ poſſit ipſum ſuſcipere. Aliud aũt ſignificatum eius, quod eſt potentia, dicitur in eo, quod iam habet habitum, & non operatur, ꝙ volens operari, operari poſſit, niſi quid prohibuerit. quare & hic quoq; eſt potentia. Qui vero præter id, quod habitum habet, agit quoque ſecundum habitum, hic iam entelechia eſſe dicitur. Scientiam autem ſm actum oſtendit, eo quod addidit hoc, A. Hic enim eſt qui ſecundum grammaticam operatur, qui dicit, vel ſcribit hoc, A.

Sed ille quidem per diſciplinam alteratus, & ſæpe ex contrario habitu mutatus: hic uero ex eo q̃ habeat ſenſum uel grammaticam, non operetur autem, ad operandum alio modo.

Exemplo oſtendit, quidnam dicti modi differant eius, ꝙ eſt potentia: ꝙ ille quidem, ſm primum potentiæ ſignificatum, qui eſt potentia ſciens, ad hoc, ꝙ habeat, qđ poteſt, per diſciplinam alteratus, & ſic ſæpe per contrariũ habitum mutatus, ſciens fit. Vel.n.ab ignorantia in cognitionem mutatur: vel a falſa opinione in veram. Quorum primum quidem a priuatione in formam eſt mutatio: & eſt generatio, & non alteratio. Alteratio.n.eſt mutatio a formato ad formatum, eodem manente ſubiecto. Hæc eſt ergo alteratio Ipſe autem, qui nunc vniuerſalius eam, quæ ex eo, quod potentia, ad id, quod actu eſt, mutationem alterationem dixit, hoc corriget, & definiet, de quonam proprie alteratio dicitur. Eum autem, qui ex eo, quod ſenſum, vel ſcientiam habeat non operetur autem, ad operandum procedit, in quo ſecũdum erat ſignificatum eius quod eſt potentia, non per alterationem, nec per mutationem fieri dicit: ſed alio modo ex tali potentia actum fieri Similiter & in eo qui habet ſcientiam, ſed non operatur, & in eo qui ſenſum. Alio autem modo, dicens, quod non magis alienus fit talis: ſed ſolum operationem aggreditur. Cum ergo duplex ſit, & quod potentia, & quod actu eſt: quicquid potentia quidem eſt, ad alicuius abſentiam potentia eſſe dicitur: qđ autem actu eſt, ad præſentiam actionis. Quod enim potentia primum eſt, ad habitus, & actionis abſentiam dicitur: Secundum autem ad abſentiam actus.

Non eſt autem nec pati quidem ſimplex: ſed hoc quidem quædam à contrario corruptio: illud uero ſalus potius eius, quod eſt potentia, ab eo, quod eſt entelechia ſeu actu, & ſimili, ſic ut potentia habet ad entelechiam & actum. contemplans enim fit, quod habet ſcientiam: quod non eſt alterari. Fit enim incrementum ad ipſum, & ad entelechiam & actum: uel alterum genus alterationis.

Poſtquam diuerſa ſignificata diuiſit eius ꝙ eſt potentia, & eius quod actu eſt, nunc vult oſtendere, ꝙ ne pati quidem ſimplex eſt: pro eodem accipiens pati, & alterare, vt ipſe paulopoſt declarauit. Poſtquam n.dixiſſet qđ id, quod ab eo, quod eſt potentia, diſcit & ſcientiam accipit, ab eo qđ actu eſt, & doctrina prædito, vel eiuſmodi, pati dicendum eſt: poſtquam, inquam, hoc dixiſſet, intulit vel non eſſe alterationem, vel eſſe duos alterationis modos, idem dicens, Pati, & Alterari. Duplex ergo pati eſſe dicit, hoc quidem, ꝙ ad corruptionem ducit, ꝙ etiã proprie eſt paſsio, & alteratio: illud vero, ꝙ ad perfectionẽ, ꝙ non proprie paſsio dicitur, neq; alteratio, ſed potius generatio. Et, vt paucis dicam, cum duplex ſit id, ꝙ eſt potentia: ſiquidem ex eo, ꝙ eſt ſm potentiam quod erat, id quod ſm habitus in operationem mutatur, nullo modo eſt alteratio, neque paſsio: ſiquidem alterari dicitur, cuiuſmodi eſt, qđ albeſcit, vel nigreſcit, ꝙ manens ſubam & idem ſubiectum ſm paſsiuam qualitatem habet mutationem: ex contraria enim qualitate in contrariam mutatum, corrupto habitu mutatum eſt. Q̃ autem ex eo, quod habet habitum, ſed non operatur, ad operandum mutatur: non ſm aliquam qualitatem habet mutationẽ, neq; n alia qualitate corrupta, in aliam mutatum eſt: ſed eodem habitu manente ſolum actum aſſumpſit. Neq; n. domus ædificatorem alterari dixerimus, a non ædificando ad ædificandum mutatum: vel geometram, qñ theoremata aggreditur. Quæ ergo eſt a ſecundo potentia, ad id, ꝙ ſm actu eſt, mutatio, clarum eſt, ꝙ ne mutatio quidem poſsit exiſtimari. vel ſi alicui placeat eam quoq; alterationem vocare, alterum inquit hoc fuerit genus alterationis & non, ſicut ex cõſuetudine dicitur: hoc autem eſt mutatio, quæ fit ſm paſsiuas qualitates, qñ ex contraria qualitate in qualitatem contrariam mutatur, quod mutatur, eodem manente ſubiecto. Quæ autem ex eo, ꝙ eſt prius potentia, ad id, ꝙ ſm eſt potentia, primus autem actus, mutatur, ſi ex contraria quidem in contrariam mutatur, eſt alteratio. Vt quando quid fit ex calido frigidũ, & ex albo nigrum. Potentia.n.eſt contrarium, quod contrarium. Q̃ autem ex priuatione in formam fuerit mutatum: ex hoc generatio, & nõ alteratio. Vt quando ex non homine fit homo, & ex non igne ignis, & in ſimilibus. Vel ergo ne hoc quidẽ proprie eſt alteratio, ſed ſimpliciter generatio: Vel duo fuerint modi alterationis, & quæ ex priuatione eſt in formam mutatio, & quæ ex cõtrario in contrarium. Eſt autem, quæ ex contrario in contrarium eſt mutatio, generatio quædam, & corruptio, & ſimplr generatio: vt in lib. de gñatione dictum eſt. Corruptio quidem eius, ex quo mutatur: Generatio aũt eius, in quod mutatur. Non autem nec pati quidem ſimplex: ſed hoc quidem quędam a contrario corruptio: illud ꝩo potius ſalus eius, qđ eſt potentia, ab eo, ꝙ eſt entelechia ſeu actu, & ſimile. Videtur autem quicquid ex eo, ꝙ potentia eſt, in entelechiã & actum mutatur, pati & alterari. non autem ſic habet. Vnde & ipſe vſus eſt in omni, ꝙ ex potentia in actum mutatur, paſsionis noĩe, idẽ eſt autem dicere, alterationis. Dixit.n.ꝙ hoc quidem eſt a contrario corruptio: corrumpitur.n.nigrum accidente albo: eſt aũt hoc, ꝙ eſt prius potentia Ẽ ſt.n.potentia contrarium, qđ contrarium, qm̃ in id mutari ſua natura aptum eſt: illud vero perfectio. Eſt.n.domus extructoris, & aliorũ ſcientiis prędictorum perfectio, ſm habitum operari. Cum hic autem cõiter de omni, ꝙ eſt potentia, pati prædicauerit, hoc autem eſt alterari: eo ꝙ conſuetudinis curam non habuerit, in horum nominum dria, de his ſigillatim & articulatim deinceps diſſereret: & dicet quid proprie eſt alteratio, & quid, quę non eſt penitus alteratio: vel vniuerſum hoc, æquiuoca alteratio dicet, & quæ a nobis prius ſunt conſiderata. Poſtquam autem dixit hanc quidem mutationem a contrario fieri contrarium corrumpente: illam vero a ſimili: ſimilitudinis modum declarauit agentis, & patientis, ſubiungens, Q̃ ſic ſimile, vt potentia habet ad entelechiam & actum. Q̃ quidem æquale eſt huic, Vt habitus ad propriam operationem. Ab habitu.n.procedens operatio ſic eſt ei æqualis, vt proprium opus & propria operatio vnicuiq; cuius eſt opus. Sicut ergó ſimilis eſt domus extructiuo, vel geometrico habitui domus extructiua, & geometrica operatio: ſic ſimile ei, ꝙ actu habet, id quod habitum, a quo in actum producitur, hoc quidem agente, illo vero patiente. Qm̃.n.& intelligere, & ſentire fit ſm imaginum aſſumptionem intelligibiliũ, & ſenſiliũm: idem fere eſt, ꝙ ſm actum intelligit, & ſentit, quod intelligibilia, & ſenſilia. Sic ergo ſenſus eſt potentia, quod ſenſile: & intellectus, quod intelligibile: vt habitus eſt ſimilis operationi proprie. Sicut ergo habitus præſenti actu & operatione propriam ſui eſſe perfectionem recipit, non corruptus nec alteratus: ſic & ſenſus, qui eſt potentia idem, quod ſenſile. Potentia autem, quod eſt ſecundum habitum, a ſenſili, quod eſt actu, deducitur in actum, ſis ei aſsimilatus, vt ei natura aſsimilari datum eſt. Sicut enim ceram potentia dicimus, id quod annulum: fieri autem ab eo actu expreſſum, quod ille, non quod facta ſit cera, ꝙ annulus ſecundum materiam: ſed qđ ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

preſſam eius figuram ſm ſuperficiem accepit: ſic & in ſenſibus oportet intelligere, qñ eos fieri dicimus .q̃ ſenſile: non qd̃ albus fiat viſus, vel niger: ſed qd̃ ſenſilium formas, quæ poſſunt ſine materia cognoſci, in ſeipſis ſenſus admittant. Cum aũt dixiſſet ſalutem eſſe talem affectionẽ ſeu paſsionem, & mutationem eius, q̃ ſic potentia dr̃: declarauit qũo ſalus ſubiungens: Contemplans enim fit, q̃ habet ſcientiam. Habitus.n. ſalus eſt propria operatio. Hi certe, qui ſm habitus operãtur, eos magis ſeruant. Simul autem per hoc expoſuit, qũo illud dixit, vt potentia habet ad entelechiam & actum: & declarauit, de quali potentia, & entelechia dicit: q̃ de ſecunda potentia, quæ eſt ſm habitum, & ſecũda operatione ea enim eſt perfectio, & ſalus operationis propriæ. ſicut cõtemplatiui habitus, & ſcientiæ perfectio, & ſalus, eſt ipſa contemplatio. quod quidem vel non eſt alteratio: in ipſum enim fit incrementum: vel alterum alterationis genus. Qui.n. habet ſciam, deinde eius operationes aggreditur, non proprie dici poſſit, eo ipſo, q̃ illas operationes aggrediatur, pati, & alterari. Neq̃.n. vlla in eo facta eſt mutatio: ſed ſolũ perfectio, & habitus manifeſtatio. Vel ergo ea non eſt proprie alteratio: Vel ſi cui placet eam quoq̃ alterationem vocare, alterum fuerit alterationis genus, & æquiuocum: & non, q̃ vulgo fertur, & dicitur in ea, quæ eſt ſm locum, mutatione: q̃ quidem motum quoq̃ dicimus. Illud autem, in ipſum enim eſt incrementum, eſt maxime huius ſuſceptiuum, q̃ non ſit huiuſmodi alteratio: ſiquidem alteratio, quidem, manente ſubiecto ſm eius ſubſtantiam, ſm paſſionem eſt mutatio, ex alio in aliud mutato eo, q̃ præexiſtit: id autem, q̃ in ſuam ipſius perfectionẽ procedit, in ſeipſum incrementum ſuſcipit, idem manens, & non ex alia forma corrupta in aliam mutatum.

Quare non recte habet ſi dicatur, id, quod prudens eſt, quando prouidet, alterari: ſicut neque domus ædificatorem, quando domum ædificat.

Sicut.n. ædificator, quãdo iam operatur, nullam ſm artem alterationem ſuſtinet: ſic neq̃, q̃ eſt ſcientia præditũ, quando ſm ſcientiam operatur. neque ſentiens quando ſentit. Ab otio enim & ceſſatione ad operationem eſt mutatio: non ex forma in formam: q̃ facit alteratio.

Quod ergo ducit ad entelechiam & actum ab eo, q̃ eſt potentia, iuxta id, quod intelligit, & prouidet, non doctrinam, ſed aliam cognominationem habeat, æquum eſt.

Hoc eſt, id, q̃ iuxta ſecundam potentiam conſideratur, ſicut, quod prouidet, quando ad ſecundam operationem deducitur, non doceri dicatur ab eo, quod in operationem ducit. Nõ enim diſcit ab eo, q̃ ipſum mutat: hoc autem eſt ſcibile vel ſenſile. Non.n. quicquam ab eo patitur. Quare neque illud agit.

Quod autem ab eo, quod eſt potentia, diſcit, & ſcientiam accipit ab eo quod eſt actu, & quod docere poteſt, uel dicendum eſt non pati, ut dictum eſt, uel duos eſſe alterationis modos: & eam, quæ ad priuatiuas ſit diſpoſitiones, mutationem: & eam, quæ ad habitus, & naturam.

Hoc eſt, q̃ ſm priorem potentiam, cuiuſmodi eſt ſciæ ſuſceptiuum, qualis eſt puellus, q̃ ab eo, qui eſt actu ſciẽs, ad habitum prouehitur. Poſtquam autem dixit, qũo habet, quæ ex ſecundo potentia, in actum ſit, mutatio: nũc dicit de ea, quæ ex priore potentia in prius actu fit, mutatione: cuiuſmodi eſt puellus, qui in ſcientiam deducitur. Quod itaque ſic mutatur inquit ne pati quidem oĩno dicemus. Proprie.n. pati in his, quę corrumpuntur, dicitur, ſm conſuetum vſum, vel ſi quis hoc quoque pati dicat, duos, inquit, eſſe modos dicendum eſt patiendi, & alterandi: partim quidem, qñ in priuationem mutatur, a ſciẽdo ad neſciendum traductum: qd̃ eſt & proprie paſsio: qm̃ paſsio corruptio quędam eſt, & in deterius mutatio. Proprie enim patiuntur, quæ fiunt deterioratet præterea qñ ex contraria forma in contrariam mutatur. & hic.n. corruptio quædam eſt eius, ex quo fit mutatio. & propterea paſsio eiuſmodi eſt. Partim autem, qñ in perfectionem & naturam. i. ad id, quod natura datum eſt, & qd̃ ſibi natura proponit, vt ſcientiæ ſuſceptiuum, quando iã ſcientiam ſuſceperit. Qñ.n. ad id, qd̃ natura inſitum eſt, mutatur, in perfectionem quodammodo eorum quoq̃ mutatio eſt, & in ipſum incrementum: non ſibi autem ad id, q̃ habet habitum. a priuatione enim in habitum in his fit mutatio: non ab habitu in actum. Prius itaq̃ paſsionẽ diuidens hanc quidem dixit in his, quæ ex contrario habitu in contrarium mutantur, & ſic potentia dr̃: illam vero in iis, quæ ab habitu in operationem procedunt. Nunc autem non ſic ſed ſecunda quidem ne paſsio quidem oĩno eſt neq̃ alteratio. Quare neq̃ motus fuerit, neque doctrina, quæ eſt ſm hoc, mutatio. Q̃ autem eſt in eo, q̃ eſt prius potentia, dupliciter diuiſit: & in id, q̃ eſt in priuationem mutare: qd̃ quidem dixit proprie pati, & alterare: & in id. q̃ eſt in habitum a priuatione: q̃ neq̃ paſsio eſt, neq̃ alteratio, vel æquiuoce.

Senſitiui autem prima quidem mutatio ſit à generante, quando autem generatum eſt habet iam tanquam ſcientiam, & ſentire. Ac quod ſecundum actum quidem eſt, ſimiliter dicitur ac contemplari.

Cum de ſenſibus dicere cepiſſet, & cõiter de omni ſenſu tractare propoſuiſſet: deinde dixiſſet, q̃ ſenſus in eo, q̃ eſt moueri & pati, accidit: videtur.n. ſenſus eſſe quædã alteratio: & cum in vniuerſum dixiſſet de agente, & patiente. vtrum ſimile a ſimili patitur: vel contrarium a contrario: huic dubitationi alteram dubitationem adiunxit, cur non propria ſenſoria apprehendit ſenſus: cum ſint ſenſilia? hãc autem ſoluens dubitationem dixit, q̃ ſenſus eſt potentia, non actus. Quare quemadmodum q̃ vri põt, a ſeipſo non vritur abſque vſtiuo: ſic & ſenſus proprium ſenſorium non apprehẽdit, vtpote, qui extra ipſum operari non poſsit. Qm̃ ergo nihil ipſum a ſeipſo agit neque a ſeipſo patitur: ſenſus autem ſentit eo qd̃ patitur: clarum eſt q̃ ipſe ſeipſum non apprehendat, hoc eſt propriũ ſenſorium, cum quo operationes exercet: quandoquidem neq̃ſe in ſeipſum poteſt agere. Dupl̃r itaq̃ ſenſus eſt, inquit hic̃ quidem potentia: ille vero actu. ſil̃r & ſentire. Patitur autem, quod patitur, inquit, ab actiuo, & eo qd̃ actu eſt. lignum enim, quod eſt potentia, q̃ ignis patitur ab igne, qui actu eſt. & diſcipulus, qui eſt potentia, quod præceptor, patitur a præceptore, qui actu eſt. Priꝰ quam ergo paſſum ſit, quod patitur, diſsimile eſt agenti. Paſſum autem ſimile eſt. Eſt itaque vt ſimile a ſimili patiatur: eſt vt & a diſsimili. Si.n. quod potentia paſsiuum eſt theorema eſt agenti diſsimile: Sæpe autem inquit & contrarium. Si autem iam paſſum, ſimile eſt. Hinc ergo qm̃ omnino venit ad mentionem eius, quod eſt potentia, & eius quod actu, & augendi & patiendi: vtriuſque diuiſionem fecit, & dixit duobus modis eſſe, q̃ eſt potentia, & quod actu eſt: & qd̃ pati quoque dupliciter: hoc quidem corruptio a contrario: illud vero ſalus potius. Deinde dixit, qũo ſe habet ſenſus ſecundum id, q̃ eſt pati: qd̃ a ſenſili quidem patitur, non ad corruptionem ductus, ſed perfectionem. Hæc ergo poſtquam dixit, nunc dicit qũo ſe habet, & ſecundum id, quod eſt potentia, & ſecundum id, quod actu eſt. Quoniam.n. duplex eſt, quod eſt potentia: hoc quidem primum: illud vero ſecundum: hoc quidem ſm ſolam aptitudinem abſque habitu: illud vero ſecundum habitum citra operationem: dicit q̃ ſenſitiuum potentia eſt ſecundum aptitudinem ſemen, & omnino animalis materia. Sicut.n. ſe habet nuper natus puellus ad hoc vt ſit grammaticus: ſic ſe habet quoque animalis materia ad hoc, vt ſit ſenſitiua. Quid ergo eſt, quod id, q̃ potentia primum eſt, ad habitum deducit: hoc eſt, q̃ potentia quidem eſt ſecundum, actu vero primum? Generans, inquit. In cõceptione.n. deducitur aptitudo ad habitum. Sicut ergo puerum ad habitum ducit is qui eſt actu grãmaticus: ſic & ſemen, & oĩno animalis mãm deducit ea, quæ in matre eſt, natura, ad ſenſum, qui eſt ſm habitum. Eſt ergo conceptio alteratio, & mutatio eius. qd̃ natum ſentire aptum eſt, ad ſenſum, qui eſt ſm habitum. Poſtquam autem natus fuerit, iam habet habitũ. Poſtquam enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

enim perfecte inſitus fuerit ſentiendi ſm omnem ſenſum habitus, ſtatim paritur. Sic.n. generatur animal cum habitu ſenſitiuo. Quæ ergo a potentia primo in habitum eſt mutatio, fit in conceptione ab ea, quæ eſt in generante natura Ab habitu autem in actum mutatio fit a ſenſilibus. & ideo, cum primum natus fuerit, ſi adſit ſenſile, id ſtatim apprehendit. Vnde & protinus vagit in non conſuetum & frigidum aerem incidens, & non ſolum cum ambientis aeris contactu cõcertans, ſed & cum viſu luminis. Clarum autem, q̃ ſicut ea ſentit ſic, & ſi reliquorum ſenſuum ſenſilia inciderint, omnino & ea ſentiet ſonos dico, ſuccos, & odores. Sic itaque in ſenſitiua anima, & quod potentia, & quod actu eſt. & quæ ſm ea mutatio eſt ab aptitudine in habitum, is eſt qui generauit: ab habitu autem ad operationem, ſenſilia: quando & ipſa adfuerint, & quæcunque alia quibus opus eſt ad eorum apprehenſionem. vt lumen quidem in viſibilibus, & perſpicuus, purus, & non caliginoſus aer: diuiſus autem in ſonis: & redolens in odorabilibus. Qm̃ autem & in rationali animal duplex eſt, & quod potentia eſt, & quod actu: quænam fuerit in ea quoq; cauſa mutationis? Cum eſt ergo extra corpora, ab eo quidem, q̃ potentia primum eſt, omnino ſeparata eſt, vt quæ ſit mens pura, & omnia intelligibilia habens ſm habitum. Poſtquam autem in generationem decidit, ſicut, qui morbo, vel tempore, vel lotione ſcientiam mutauit, ex ſcientia in inſcitiam mutatur: & fit primo potentia ſciens, aptitudinem ſolam habens, non etiam habitum. Ad habitum autem a præceptore deducitur, vel etiam a ſenſilibus, ipſa quærens & inueniens, & per particularia ad vniuerſalia conſcendẽs. Poſtquam autem habitum comparauerit, tunc habet voluntatem, q̃ eſt cauſa effectiua, vt ab habitu in operationem mutetur. Quando enim eligit, aſſumit, quæ in ſe ſunt, rationes ad operationem: dico autem ſenſilis. Mens autem nullo externo opus habet: ſed ipſa ſeipſam producit. Huius ergo cauſam tradit, q̃ ſenſus quidẽ alicuius particularis habet apprehenſionem, particulare autem aliquod corpus eſt. Merito ergo exterius eſt. Mens autem vniuerſalia apprehendit. Vniuerſalia autem rationes, ſeu definitiones. Hæ autem non exterius, ſed in ipſa ſunt anima. Mens itaque aliquo exteriore non eget, q̃ eam perficiat Dixit autem eam iam habere, vt ſcientiam, & ſentire: non quod aialia, ſtatim ac generata fuerint, ſcientiam habeant: ſed id quod in ſenſu duplex eſt volens oſtendere, & quod eſt ſm habitum, & quod eſt ſm actum, eum qui eſt ſecundum habitum, ſenſum ſcientiæ prælentiæ ſimilem eſſe dixit. Exẽpli ergo gratia ſcientiam addidit. habet enim ſenſus ſenſitiuam facultatem, ſicut quandam ſcientiam. Sicut enim, quod diſcit, per diſciplinam mutatum habet ſcientiam: ſic & genitum ſtatim eum, qui eſt ſecundum habitum, ſenſum. Quod enim eſt in illo diſciplina, in hoc eſt generatio. Si autem ſtatim ac fuerit genitum, habet eum, qui eſt ſecundum habitum, ſenſum: non per alterationem ergo fit ſentire ſecundum actum: ſicut neque operari ſecũdum ſcientiam fit per alterationem. Et illud, Secũdum actum, ſimiliter dicitur ac contemplari, ſicut & ſecundum potentiam ſentire, ſimile eſt ei, quod eſt, ſcire. Sic & ſecundum actum ſentire ei, quæ eſt ſecundum ſcientiam, contemplationi ſimile.

Sed hoc quidem ab illo differt: quod illius quidem operationis effectiua foris ſunt, uiſibile & audibile. Similiter autem & reliqua ſenſilia. Cauſa autem quod ſingularium eſt, qui eſt, ſecundum actum, ſenſus: Scientia autem nniuerſalium. Hæc uero ſunt in ipſa quodammodo anima. Quamobrem intelligere quidem, in ipſo eſt, quando uelit, ſentire autem non in ipſo, neceſſe eſt enim adeſſe ſenſile.

Poſtquam dixit ſimile eſſe ſm actum ſentire ei, quod eſt contẽplari: nunc dicit quanam ratione differat: q̃ eius quidem, qui eſt ſm actum, ſenſus foris ſunt effectiua: externe enim incidentibus ſenſilibus ſentimus: ea autem, q̃ contemplari poſſumus, non foris ſunt. Deinde & cauſam addit, cur illa quidem exterius incidant: hæc vero non, q̃ ſenſus quidem eſt ſingularium, ea autem per ſe ſeparatim ſubſiſtunt, quibus animal quoq; ad hoc, vt ſit, opus habet. Eo n. q̃ illis opus habeat, ſenſus animali datus eſt. Scientia autem ea, quæ ſunt vniuerſalia, apprehendit. Vniuerſalia autem, inquit, ſunt in ipſa quodammodo anima. Exacte autem illud, Quodammodo, adiecit: vel quia illud. in ipſa, vt in aliquo loco: ſicut & ipſe in iis, quę deinceps ſequuntur, dicit, Et recte qui aïam locum formarum eſſe dicunt: non proprie autem illud, videlicet, In loco, ſed ſm proportionem, & conuenientiam, vel quod etiam vniuerſalia in ſingularibus ſubſiſtant: qm̃ autem vt vniuerſalia & cõia accipiuntur, ſunt in anima. Eis.n. communiter ſuum eſſe eſt in intelligenda eorum cõione. Intelligentiæ autem in aïa. Intelligere autem in ipſo dixit, ſed non in ipſa, hoc eſt in eo quod habet animam.

Sitr autem hoc habet & in ſenſilium ſcientiis, & propter eandem cauſam: q̃ ſenſilia ſingularium ſunt, & externorum.

Non ſolum, inquit, ſenſus, qui circa particularia, & ſenſilia verſatur, externis præſentibus opus habet, vt agat: ſed & eæ quæ circa ſenſilia verſantur ſciæ, cum in ſeipſis non habeant, vt poſsint operari qm̃ velint, ſed & iis opus eſt, ſicut & in ſenſu, exterius adeſſe id, circa quod eorum verſetur operatio. Ipſe.n. circa ſingularia, & externa: & quæ ſeparatim ſubſiſtunt, verſantur: vt Politicus: Mechanicus: &, vt ſemel dicam, particulares artifices. Eorum.n. ſcientia eſt circa ſingularia vt Politicus conſiderabit, an hic ſit exercitus Imperator aſſumendus. & ædificator, an ſit hoc lapide vtendum. Horum autem, quæ ſunt particularia, conſideratio ſcientiæ eſt, videlicet, & non ſenſus. Vniuerſalis ergo ſm artes conſiderat io in his eſt. Quę autem ab artibus circa ſingularia fit contemplatio, non amplius in his. Materia.n. & inſtrumentis opus eſt.

Sed de his quidem aperte dicendi fuerit quoq; occaſio poſtea. nunc autem tantum definitum ſit, q̃, cum non ſit ſimplex, q̃ potentia dicitur, ſed hoc quidem, ut ſi dicamus puerum poſſe exercitus ducem eſſe: illud uero, ut eum, qui eſt in ætate: ſic habet ſenſitiuum.

Qũo vniuerſalia contemplari in nobis, & quomodo actiuus intellectus particularia apprehendit, nunc differt de his conſiderationem. De his.n. in tertio libro dicit. Cur autem eius, q̃ eſt potentia, & eius q̃ actu eſt, diuiſionem fecerit, nobis in memoriam reducit: nempe vt oſtendat, qũo dicantur animalia, quando non ſentiunt, ſenſum hr̃e potentia. iuxta ſm.n. potentiam, quæ de iis, qui actum iam habent, prædicatur: de quibus nec pati, nec alterari proprie dici poſsit. in ipſum enim eſt incrementum & nõ in contrarium mutatio, vt dixit.

Quoniam autem eſt innominata ipſorum differentia: de his autem definitum eſt, q̃ ſunt alia, & quomodo alia: neceſſe eſt uti eo, q̃ eſt pati, & eo q̃ alterari, ut propriis nominibus.

Qm̃ vtitur eo, quod eſt pati, & eo, qđ eſt alterari, vt propriis nominibus, in ſenſu, qui eſt ſm actum: dixit autem, qđ nec pati, nec alterari ſentire eſt: cauſam, cur his nominibus, in eo, q̃ eſt ſentire, vtitur, dicit. Quoniam, inquit, eſt innominata harum facultatum dr̃ia: neq̃.n. propriis nominibus diſtinctam habemus vtrãq; facultatem: ratione autem didicimus, quænam ſit harum facultatum differentia: neceſſe eſt, vt vtamur in his eo, quod eſt pati, & alterari, vt propriis nominibus: quia vt dicebam, non ſunt in vſu, quæ ſint illis impoſita nomina.

Senſitiuum autem potentia eſt, ut ſenſile iam actu, quemadmodum dictum eſt.

Quia dicturus eſt ſenſitiuum pati a ſenſili: nõ ſine iuſta ratione præſumit, potentia ſenſitiuum eſſe vt ſenſile eſt actu. hoc autem prius dixit etiam, qm̃ quærebat, an ſimile a ſimili patitur, an diſſimili. Potentia autem eſt ſenſitiuum vt ſenſile, iuxta ſecundam potentiam, neque enim paſſum, nec a contrario habitu mutatum, ei aſſimilatur, ſed eius forma ſuſcepta. Neque enim albus fit ſenſus, ſenſilis forma ſuſcepta (quare nec pati, nec alterari proprie dicitur) ſed formæ rationem in ſe cognitiue ſu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſcipiens. Sicut.n. ceram dicimus id eſſe potentia, ꝙ annulum: eo ꝙ ab ipſo paſſa id fit, ꝙ ille actu, non ipſius materia ſuſcepta, ſed ſolum forma; ſic & ſenſus a ſenſilibus paſſus ipſorum formas in ſe impreſſas incorporaliter habet. Differt autem, ꝙ cera quidem ipſa fit formę materia, quæ eſt in annulo: Senſus autem non fit ſenſilis materia, ſed ipſi illius forma cognitiue imprimitur. Habet autem ſenſus aliquid plus quam cera. Cera.n. & ſi ſit materia formæ, quæ eſt in annulo, non tamen per totam ipſam formam ſuſcipit, ſed in ſuperficie. Senſitiua vero facultas per totam vitalem formas ſenſilium imprimit.

Patitur itaq;, cum non eſt quidem ſimile: Paſſum autem aſſimilatur, & eſt quale illud.

Poſtquam dixit ſuperius quomodo dicitur pati, ꝙ patitur a ſimili & a contrario: hoc etiam ſenſui quoque accommodat, ꝙ antequam quidem paſſus ſit a ſenſili, non eſt ei ſm actum ſimilis, ei autem ſimilis, eo modo, ꝙ ſæpe dictus eſt. Cum autem propoſuiſſet de omni ſenſu communiter dicere: ſenſitiuæ animæ definitionem tradidit, ꝙ ipſa talis eſt potentia, qualia ſunt ſenſilia actu eius, quæ eſt ſecundum operationem, ſenſitiuæ animæ, tali videlicet exiſtente operatione, qualia ſunt ſenſilia. Si autem eſt eiuſmodi: ſenſitiua fuerit anima ex neceſsitate inſeparabilis: ſiquidem eſt facultas, per quam, ꝙ eam habet, ſenſilibus aſsimilatum, eo quod ab eis quodammodo patitur, & alteretur, ea apprehendat.

Dicendum eſt autem ſecundum unumquemque ſenſum de ſenſilibus primum. Dicitur autem ſenſile tribus modis. Quorum duos quidem per ſe ſentiri dicimus: unum autem per accidens. Duorum autem, hoc quidem proprium eſt uniuſcuiuſq; ſenſus: illud uero omnium commune.

Poſtquam rationem tradidit. & ſenſitiuam facultatem definiit, ꝙ eſt potentia, id quod ſenſile, & dixit qđ non paſſa quidem a ſenſili eſt diſsimilis: ab eis autem paſſa, fit illis ſimilis: tranſit ad ſeparatim dicendum de vnoquoq; ſenſu: quoniam, ſicut iam dixit, in quibus, ꝙ cõiter prædicatur, non eſt genus, ſed vox æquiuoca, non eſt ſufficiens cõis definitio ad rei naturam nobis ſignificandam, ſed vniuſcuiuſq;, ꝙ ab æquiuoca voce ſignãtur, ſeorſum oportet definitionem tradere: qñ neq;, quæ eſt generum definitio ad ſingulas ſpecies cognoſcendas ſatis eſt. Vniuſcuiuſque autem ſenſus definitionem traditurus, prius de vnicuique ſenſui ſenſilibus tractat, propter ſæpe dictam rationem: Deindem de ipſis operationibus: & ſic de facultatibus. Quæſiuerit autem quiſpiam, cur non ante cõem ſenſus *definitionem prius* de ſimplr ſenſili tractauit. Dico ergo, ꝙ huius ſimul definitionem comprehendit in communi ſenſus definitione: vbi elementorum ſenſum eſſe docebat per ſe vel per ea, quæ eis accidunt. & rurſus, cum dixit, ꝙ actu ſenſile, hoc eſt potentia ſenſus: & quod ſenſitiui effectiua foris ſunt ſingularia. intellectui autem ĩ ipſo, & vniuerſaliter. Per hæc ergo oĩa, quid eſt ſimpliciter ſenſile, ſignificauit: ꝙ ea, quæ elementis accidunt: ꝙ particularia: ꝙ ea, quibus ſenſus ſm actum ab eis patiens aſsimilatur, qui prius erat eis potentia ſimilis. Porro & hic de vnicuique ſenſui ſenſilibus ſeparatim dicturus, prius quã dam tradit diuiſionem oĩum in vniuerſum ſenſiliũ, quot modis dicantur: vt quæ ſunt proprie ſenſilia, a ſenſilibus per accidens, quæ neque propria ſunt ratione ſenſilia, ſeparans, de his verba faciat: ne & illa incidant, & doctrinã perturbent. Tribus ergo modis, inquit, dicuntur ſenſilia. Senſilium.n. alia quidem ſunt per ſe ſenſilia: alia vero per accidens. Et eorum quæ ſunt per ſe, ſenſilium, alia quidẽ ſunt communia ſenſuũ. alia vero vniuſcuiuſque propria. Vniuſcuiuſque ergo ſenſus ſunt propria ſenſilia, quæ illi ſoli ſubſunt vt viſui quidẽ colores: auditui ſoni: olfactui autem vapores: guſtui vero ſucci ſeu ſapores: tactui, quæ ei ſunt coordinata, caliditas, humiditas, frigiditas, ſiccitas, reſiſtentia ſeu repercuſsio, grauitas, & ſimilia. Propria autem ea dicuntur ſenſilia, ꝙ nulli alĳ ſenſui ſubſunt. neque enim viſus vaporis, vel ſuccos, vel tangibilia apprehẽdit, neque vllus alius ſenſus, quæ ſunt alĳ ſenſui apprehenſibilia, apprehendit. Hæc ergo ſunt propria ſenſilia. Communia autem ſenſilia dicit eſſe quinque: motum, quietẽ, numerum, figuram, magnitudinem. Ea autem oĩum dicit eſſe cõia: non ꝙ vnumquodq; eorum oĩbus ſenſibus ſubſit: ſed quod vnumquodq; pluribus, & non vni, quędam autem ſimul oĩbus. Magnitudo.n. eſt cõe ſenſile viſus, & tactus. Videmus n. magnum eſſe hominem, vel magnum montem & tangentes quoq; ſentimus, magnã eſſe, vel paruam molem, quæ ſubiicitur, vel interuallum. Si autem ſonum quoque dicimus magnum ſentire, vel paruum. hic ſm conuenientiam & proportionem magnitudo accepta eſt, non proprie. Magnitudinem.n nunc dicimus continuam eſſe ex cõibus ſenſilibus. Magnus autẽ ſonus eſt qualitatis intenſę, vel remiſſę declaratiuus. Quare exile, vel vehemens magis proprie in ſonis dicere conuenit. Figura autem cõe eſt & ipſa ſenſile tactus, & viſus. Figuram autem dico, non qđ hic eſt triangulus, vel circulus: hoc.n. eſt rationis dicere. Figura eſt, quæ ab vna linea comprehenditur, vel tribus, vel quotcũq; illę fuerint, ſed quod ſimplr eſt quidpiam circũſcriptum. Omnis autem circũſcriptio fit ſm aliquam figuram. Itaque & irrationalia, cum in paruam terræ altitudinem, & leniter acliuem inciderint, ad tranſeundum conſcendunt: vt quæ ſciant, ꝙ ſi circũſcripta magnitudo, & qđ tranſire poſſint. cum aũt in valde altum, & arduum, & præcipitem locum caſu venerint, ne tranſire quidem tentant: vt quæ ſimul magnitudinem ſentiant, & figurã. Quare & ipſius formæ & figuræ exilis quædam, & obſcura eſt eis perceptio. Eas itaque vias fugiunt, quæ in acutum vel concauũ ſunt figuratæ: eligunt autem planam, & quæ in recta eſt. Numerus autem cõe eſt omnium ſenſiliũ. Videmus.n. quinque fortaſſe eſſe hoĩes. Sed & palpantes hoc ipſum ſcimus. Atque audientes ſcimus, plurium, vel pauciorũ, vel vnius vocem eſſe, quæ ad nos peruenit In his aũt dubitauerit quiſpiam, qũo Ariſt. dicens numerum eſſe cõe ſenſile, non ſolum aliis aduerſatur Pbis, ac ipſi rerum operationi, ſed ſibiipſi. Cum.n. in Phyſica dixiſſet tẽpus eſſe numerum motus: numerare dixit ſolius eſſe mentis. Nihil enim inquit, poteſt numerare, præterquam aĩa, & aĩę mens. Qũo ergo illic ſolam mentem numerum dicit apprehendere, hic aũt ſenſum? Dicimus ergo ipſam quidẽ numeri formam mentem apprehendere. Senſus aũt non, vt tantum numerum, apprehendit, ſed ſimplr vt eum, q plures contineat: vel vnitatem & vt minorẽ, vel multitudinem, vel maiorem. Mens eſt autem, quæ p ſenſum numeri quodq; formam cognoſcit. Q; aũt auditus quoq; hunc numerum apprehendit, clarũ eſt. Aures pernicum ſtrepitus quoq; pulſat equorum, inquit ille. Scit.n. eas, q̃ acceſſerunt voces, plurium eſſe q̃ vnius. Q; aũt guſtui quoq;, & olfactui ſenſilis eſt numerus clarũ eſt. Sentit n. & odoratus differentes odores: vt qñ bene olens, et male olens vapor ſimul acceſſerit. Sunt aũt & ſpecie differẽtes vel bene olentes, vel male olentes. Silr & guſtus. ſi miſceatur abſinthium cum melle, vtrũq; ſimul ſentit. Et motus quoque, & ſtatus ſunt oĩum ſenſuum cõia ſenſilia præter quam guſtus. Si.n. ex eodem, loco ad nos ſonus peruenerit: ſentit id conſtitiſſe, ꝙ ſonat. Si aũt non ex eodem, ſed & alius ex alio: ſentit moueri. Et in vaporibus ſimiliter. Tactum quoq; manifeſtum eſt ſentire, id qđ mouetur, & quod ſtat Sentit certe corpus ꝙ eſt in aqua, ea vel conſiſtente, vel diffluente. Nunquid aũt & guſtus, ſi guſtabile prętercurrit ſenſorium, ſentit motum, vel ſtatum? Sigs ergo virgam melle vnxerit: deinde eam p os circũferat: apprehendet ſuccum non ſtantem. Q; ſi quis huius cãm tactum eſſe dixerit, non guſtum: non magnopere cõtendimus. Eſt ergo numerus oĩbus quidem ſenſilis. Status autem, & motus prętercq; guſtui reliquis. Figura autem & magnitudo tribus: viſui: auditui: olfactui. Per accñs autem ſunt ſenſilia. Per ſeipſum.n. viſus apprehendit colorẽ, vel figuram: Per accidens autem, ꝙ hoc eſt Socra. Eſt.n. intellectus ſubſtantiarum apprehenſiuus. Vniuſcuiuſque autem propria ſenſilia ſunt reliquis per accidens ſenſilia. Viſo.n. aliquo flauo, vt arbore, quæ ſtyrax dr̃, dicimus, Vidi aliquid bene olens. Per accidens.n. bene olens me

videre

videre dico. Et olfacta ſtyrace, dico me flauum olfeciſſe. & ſi ſonuerit argentum dico me argentum audiuiſſe: vel album, audiuiſſe Similr & ſi fuerit lignum, ꝙ ſonat. Et in omnibus ſimiliter. Guſtato n melle, quiſpiam dicit flauū guſtaſſe. Hæc ergo ſunt oīa per accidens ſenſilia: & ſunt vnicuique ex aliis ſenſilia. Quę ſunt itaq; propria ſenſilia, & quæ cōia, & quæ per accidens, dictum eſt Quomodo autem ea a ſe inuicem diſcernantur, & quæ ſint ea, quæ vnicuique figuram & characterem præbeant, ſciemus cō textum perſequentes Sciendum autem, ꝙ quæ viſui, & auditui, & guſtui ſubiecta ſunt, ſenſilia cōmunibus a con ſuetudine nominibus appellata ſunt. Viſus quidem, colo res: auditus autem, ſoni. Guſtus vero, ſapores vel ſucci. Quę autem tactui, & olfactui ſubiecta ſunt, non amplius cōmunibus noībus appellata ſunt. Si.n. tāgibilia, vel odo rabilia dicas, non eſt eorum denoīatio. ſed eorum habitu dinis, quæ eſt ad ſenſum. Sicut & ſi in reliquis viſibilia di cas, vel audibilia, vel guſtabilia. Sed neque vaporum no mine vtemur proprie in odoratu. Vaporis.n. ſunt & qui ex aqua aſcendunt, ſed nō odorabiles. Vni quidem odo ratui quædam oppoſitio contrapoſita eſt, quæ eſt ſm be ne olens: quæ quidem, vt dixi, proprie impoſitum cōe nomen non habet. Similiter neque, quæ tactui ſubiectæ ſunt, plures oppoſitiones: calidum, frigidum, ſiccum, hu midum, durum, mollæ: & reliquæ.

Dico autem proprium, ꝙ non contingit alteri ſenſui ſentire. & circa quod non contingit decipi: ut uiſus, colorem: auditus, ſonum: guſtus, ſuccum.

Propria ſenſilia ab aliis diſcernit, ꝙ non alij ſint ſenſui ſenſilia: ꝙ neque cōia, neq;, quę ſm accidens ſunt ſenſilia, habent. illorum. n plus vno apprehendimus. Ac de com munibus quidem ſenſilibus clarum eſt: Deus his autem, quæ ſunt ſm accidens, ꝙ non ſolum, viſo hoc albo, per accidens ſentimus, ꝙ eſt Socr. ſed & audita voce, rurſus per accidens ſubſtantiam cognoſcimus: & nō ſolum viſu cognoſcimus hoc lignum, vel aliquid eorum, quæ bene vel male olent, ſed & odoratu. Poſtquam. n. talem odorē ſenſimus, etſi non conſpexerimus, ſubſtantiam ſcimus, ex qua odor eſt, & colorem. Silr & guſtu cognoſcimus ſubſtantiam: vel tactu. Guſtu quidem, ꝙ eſt mel, vel qd tale. Tactu autem, panem, lapidem, carnem: & ſimilia. Hæc eſt ergo vna eorum, quæ ſunt proprie ſenſilium, & communium, & eorum, quę ſunt ſm accidēs diſtinctio. Alia vero, ꝙ circa propria quidem ſenſilia ſm naturam habentibus ſenſibus, & ex quibus locis apprehendi ſua natura apta ſunt ſenſilibus admotis, circa ea non fallunt. At circa ea, quæ ſunt cōiter ſenſilia, & per accidens, fit de ceptio Neq;. n. ſi ægri fuerint, nec præter naturam ſe ha buerint ſenſus, neq; ſi a ſuis ſpatiis, & interuallis ſeiuncta fuerint ſenſilia apprehendunt: Nec ſi conſulto, & de indu ſtria ſita ſint. Neq;. n. a tergo poſitos videt viſus colores, ſed qui ſunt anterius. Ita. n. ei natura datum eſt. Sed neque anteriora a quouis interuallo: ſed quando et ea adfuerint, & præterea lumen. Circa cōia autem ſenſilia fit error & quæ ſunt per accidens. Hoc. n. albo eminus conſpecto, ꝙ album quidem eſt, ſcimus: vtrum autem lapis eſt, vel li gnum, vel quid eiuſmodi, ignoramus, & ſæpe erramus, aliud pro alio exiſtimātes. Et voce quidem audita, eo au tem non viſo, ꝙ vocem edit, circa locum erramus, vnde vox eſt Atque locus quidem eſt eorum, quæ ſunt ſecun dum accidens, ſenſilium, vt deinceps oſtendemus. Præ terea autem & circa figuras fit error. Itaque &, quæ ſunt rectilinea, eminus aſpecta rotunda eſſe videntur: & quæ angulos habent, angulis carere Sed & quæ ſunt rotūda, rectilinea eſſe videntur iis, qui ſm ipſam lineam eminus ſe applicant, quod fit in luna dimidio orbe cæſa. Lineam itaque, ꝙ eſt illuminatum, a non illuminato diſcernētem, rectam exiſtimamus, cum ſit rotunda. Sed & quidpiam, ꝙ mouetur, videntes, ſtare putamus, quando procul fue rit: & quod ſtat, moueri: Vt quando nauigantes terram moueri putāt: ſeipſos autem ſtare. Silr & magnitudines, quæ quominus, & eminus apparent, non ſe nobis ſimi liter exhibent, Neq; per aerem, & aquam. Maiora. n. ap parent, quæ per aquam. Sed & circa numerum fit error. Pluribus itaque ſimul canentibus auditis, propter ſimili tudinem vnam vocem eſſe putamus: & quæ ſunt procul diſcreta, vnita ſæpe ducimus.

Tactus autem plures habet differentia. Sed unuſquiſq; quidē de his iudicat: & non fallitur, ꝙ color, neq; ꝙ ſonus: ſed quid eſt ꝙ eſt coloratum, uel ubi uel quid eſt, quod ſonat, uel ubi. Talia ergo dicuntur uniuſcuiuſque propria.

Non ſicut guſtus ſuccorum ſolum eſt apprehenſiuus: & viſus colorum: & olfactus odorum: & auditus ſono rum: ſic & ſenſilia tactus licet vno noīe complecti. Vnuſ quiſque. n. aliorum ſenſuum circa vnam oppōnem verſa tur. Viſus. n. circa album, & nigrum. & quæ interiecta ſunt Guſtus autem circa dulce, & amarum, & qd' inter cedit. Odoratus vero circa bene olens & male. Auditus autem circa ſonum grauem, & acutū. Atqui tactus circa plures oppoſitiones verſatur, quæ non poſſunt ſub vnā communem oppoſitionem reduci Leuia. n. & aſpera ap prehendit: dura, & mollia: grauia & leuia: frigida, & cali da: humida, & ſicca: quæ quidem ſub ſe inuicem nō ſunt. Vnde & deinceps dubitabit, nunquid ne ſenſus quidem tactus eſt vel ſi etiam eſt ſenſus, non vnus eſt, ſed plures: ſiquidem alij quidem vnam oppōnem apprehendunt: ipſe aūt plures. Sed & plures habet dīas tactus quarum apprehenſiua cauſa eſt. Non propterea autem huius ma gis q̄ aliorum, alienum eſt iudiciū. Sed vnuſquiſq; ſenſus ſilr iudicat de propriis, nec in eis fallitur. Illud. n. Sed vnuſ quiſque de his iudicat, de oībus dixit ſenſibus: non de ſo lo tactu: ſed eius eſt deceptio circa illa, quibus propria ſen ſilia accidunt. Non. n. circa id, in quo color eſt deceptio: ſed circa id, in quo color eſt: neq; circa ſonum, ſed circa id, ꝙ ſonat: quæ ſunt ſenſilia per accidens.

Communia autem, motus, quies numerus, figura, magni tudo. Talia enim nullius ſunt propria: ſ d omnibus communia. Etenim & tactui aliquis ſenſilis motus eſt, & uiſui. Per ſe itaque hæc ſunt ſenſilia.

Poſtquam de propriis ſenſilibus dixit, nunc dicit de cō munibus. Cōia autem hæc dicit, ꝙ nullius proprie, ſed omnium ſunt cōia. Omnium autem dixit, non ꝙ ea qn que ſint quinque ſenſibus ſenſilia: non. n. vnumquodque eorum oībus ſenſile eſſe videtur: ſed quod hæc quidem omnibus. illa vero pluribus, vt iā diximus. Poteſt. n. ma gnitudo ſm conuenientiam, & proportionem in odora tu quoque accipi, & guſtu. Sunt. n. & hi proprie magni tudinis apprehenſiui: ille quidē in odoribus: hic ꝙ in ſuc cis: etſi nō nouit in his conſuetudo nomen magnitudinis.

Secundum accīs autem dicitur ſenſile, ut ſi album ſit Diares: Per accidens enim hoc ſentit, ꝙ huic albo accidit, ꝙ ſentit.

Poſtquam dixit de proprie ſenſilibus, dixit autem & de communibus: nunc dicit, & de his, quæ ſunt per acci dens. In hæc enim tria ſenſilium diuiſionem fecit. Dici tur autem hic Diares fuiſſe amicus Ariſt. Eius itaque ferū tur ad eum epiſtolæ. Album ergo, ꝙ in hoc eſt per ſe q dem videt viſus: per accidens autem quod eſt Diares no uit. Quædam autem exemplaria habent, Diaris filius.

Quare etiam nihil patitur, quatenus tale, à ſenſili.

Propria quidem ſenſilia a communibus ſenſilibus, & iis quæ ſunt ſm accidens, diſtinxit: ꝙ circa illa quidem error non accidat: circa hæc autem nōnunquam accidat. In collo. n. columbæ, & in eiuſmodi, quęcunque habent variorum colorum mixtionē varietas, & mixtio, & quę eſt ad radium, quædam eorum habitudo, quod ea alias aliter apprehendantur, & decipiamur, cauſa eſt. Nunc au tem ab iis, quæ ſunt per ſe, ſenſilibus, ea quæ ſunt per ac cidens. diſcernit. Ab iis enim quæ ſunt per ſe inquit, ſenſi libus patiuntur ſenſus. Non ita autem & ab iis, quæ ſunt ſm accidens. Et quod propria quidem ſenſilia agāt circa ſenſus, clarum eſt. Quod autem & communia, hinc ma niſeſtum eſt. Quod acutos enim habet angulos aliter agit circa viſum (cum enim moleſtia afficit,) ꝙ quod obtuſos habet angulos, & eſt magis planum, & carens angulis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Iam vero et circa tactum perſpicuum eſt, ꝙ non ſimiliter agunt diuerſæ figuræ, ſed aliter quæ acutos habet angulos, & quæ obtuſos, vel nullos. Silr & in motu & ſtatu. Neque.n. ſimilem affectum ſuſtinet auditus, ſonum, qui mouetur, vel qui ſtat, audiens. Silr & odoratui ſit quidã diuerſus ab iis affectus: eorum proprietates oro̅ne exprimere non poſſumus. Sed & tactus aliquem alium affectuum patitur, cum mouetur tangibile: & alium qñ ſtat. Si n. non ita eſſet, in fluente ſtantes fluuio, cũ vna ſit aquę continentia, & eodem modo, quatenus aqua eſt, agit in tactum, non ſimul ſenſu perciperemus qd̃ mouetur, & ſi ſtat, ꝙ ſtet. Et ex hoc ergo clarum eſt. ꝙ fit ob hæc ſenſui diuerſus affectus. Neq; vero dicendum eſt, qũo ſe habet & in numero. Diuerſum.n. affectum patimur, cũ plures, q̃ cum vnum audimus. Vnde & a vocum multitudine commouemur, & concutimur. Quod quidem non eueniret niſi a multitudine aliquid pateretur auditus. Sed & duos colores videntes, & ſi ſint ſimiles, viſu aliter afficimur. Et hoc fit manifeſtum, ſi duabus ſimul lucernis viſus ſe applicet. nã & hic viſus dimouetur, & excutitur in ſenſi lium apprehenſione. Atqui hoc non pateretur, ſi vnitum eſſet, ꝙ duarum lucernarum ignitum eſt, ſed & plurium. Vnde autem & multitudinem tactu apprehendimus, vel guſtu, niſi ab ea diuerſum affectum patiamur? Niſi quiſpiam ad hoc contradixerit. ꝙ tactus, qñ ſentit multitudinem, nõ alium patitur affectum. Sed quia per vniuerſum corpus tactiua eſt facultas, plures ſunt partes, quæ apprehendunt ea, quæ appropinquarunt: & ſic imaginatio, vel ratio potius colligit, ꝙ ſunt plures, qui tetigerunt, Nunquid autem hoc ipſum contingit & in viſu? Cum.n. alĩ viſus viſibili aliter ſe applicant, accidit vt cum facultas, q̃ iudicat, ſit circa corpus diuiſibilis, & diuulſe ac diuiſim vi ſibilia apprehendat, confundatur vis imaginatiua, q̃ plures ſimul typos non poteſt admittere, Quare non alium affectum ſenſus ſuſtinet. Oportet.n. ſi non imaginatio cõfundenda eum, vnum & continuum ſenſus affectum ad eam tranſmitti. Præterea autem & magnitudo aliquid agere videbitur & in viſum, et in tactum. A maiore enim colore, vel maiore calido magis congregantur, vel diſgregantur ſenſoria: Tactus itaque & viſus vel tantam habet magnitud nem, vel in tanta eſt magnitudine: ſi quidem ſub eo, ꝙ eſt in minori ſimiliter magnitudine albo. Atq quatenus album, vel quatenus calidum fit, magis aget magnum paruo: multum pauco. Sed ad hoc dixerit quiſpiam, ꝙ cum denſæ ſunt facultates, firmiores, & validiores fiunt, atque adeo ſeipſis potentiores euadũt: vt in grauibus clarum eſt: coeuntes quidem certe grauitates grauiores fiunt q̃ quando erant diſiunctæ. Qñ ergo in maiore fuerit ſubiecto color: etiam ſi idem qualitate fuerit: magis aget confirmatus, & validior effectus a ſimilium cohærentia, & continuitate. Quod & in igne quoque fit. Si plus enim fuerit, magis vrit. Sciendum autem, ꝙ cõia ſenſilia a propriis ſeparata ſenſilibus in ſenſus nihil peniẽ agunt. Neq; ſunt oĩno apprehenſibilia: ſicut figuram viſus non apprehenderit, ſi, ꝙ figuratum eſt, coloris expers fuerit. Sed neque tactus, ſi nullam, ex ſimplicibus qualitatibus habeat. Et in reliquis ſimiliter. Quare videri poſſint & ipſa eſſe ex iis, quæ ſunt per accñs, ſenſilibus, per alia enim ſui apprehenſionem præbent. Sed dico, ſi, quæ ſunt per accidens, ſenſilia, propter hoc ipſum in ſenſus nihil agunt: ab his autem ſenſus patiuntur, non fuerint. ſ̃p accidens ſenſilia, ſed ſecundario quidem fortaſſe ſenſilia, verũtamen per ſe. Et ſicut non, qm̃ ſine lumine vel perſpicuo, vel eo, ꝙ intercedit, non agunt propria ſenſilia circa ſenſus, propterea ea eſſe dicímus per accñs ſenſilia: ſic & ſi communia ſine propriis non agant, qm̃ cum illis omnino ſunt, & agũt ſm hoc & eius ſenſilia fuerint, circa quos agunt. Quare ſi quis ſenſus ab his non patitur, ei non fuerint ſenſui ſenſilia, niſi ſm accidens. Quę ſi fuerit autem quiſpiam ſi quæ ſunt per accidens ſenſilia, ſunt ſubæ, eas aũt ſola ratio cognoſcit, inſtrumento ſenſu vtens: q̃ ob cãm etiam omnino per accidens ſenſilia dñr: qui fit, ꝙ canis dominum cognoſcit: & aſinus præſepe: & ſi quid aliud eiuſmodi in irrationalibus vĩ? Dico quod non, vt ſubſtantias, hæc cognoſcunt: ſed vt tales figuras, quæ ſenſui amicæ, vel infeſtæ fuerint: eiſq; adhærentia typos in imaginatione cognoſcunt. Si aũt in irrationalibus quoq; eorum ſenſus eſt: figurarum dico: & numerorum: & reliquorum: diſcernunt enim, ꝙ ſibi aptum eſt, & conuenięs ab alieno: & quod mouet appetendum perſequuntur: ſicut & multitudinem ſentimus, & numerum: & hinc quoque quiſpiam, ꝙ ea ſint per ſe ſenſilia confirmabit. Agũt enim circa irrationalia aſalia. Neq;.n. ab eis cognoſcerentur Illa.n. nihil per accidens ſentiunt: qm̃ neque ratiocinari poſſunt. Quę.n. ſunt ſm accidens ſenſilia, in ſenſus nihil agunt, & ratione opus habent, quæ ex aliis ratiocinãdo colligat. Sed & locus eſt, per accidens ſenſilis, ab eo enim nihil patiuntur ſenſus, Neq;.n. formam loci apprehendit ſenſus, niſi vt figuras, idq; non propter ſe, ſed eo loco qd̃ in loco eſt. Quare & hic quoque eſt ex ſenſilibus quæ ſunt ſm accidens. Quod autem cõia ſenſilia non ſunt per accidens ſenſilia, ſed per ſe. eſt & logice hoc modo oſtendere. Si.n. figura & magnitudo, & numerus, & motus, & ſtatus ſunt ſenſilia. neque.n. ſunt intelligibilia: Quæcunque enim ſunt, vel intelligibilia ſunt vel ſenſilia. Si ergo non intelligibilia ſunt, quæ dicta ſunt, ſunt ſm ſe ſenſilia, Si autem ſenſilia, oportet eſſe ſenſum, qui ea apprehẽdat. Q̃.n. eſt ſenſil e, ſenſu eſt ſenſile. Si ergo neque vllus alius ſenſus ea per ſe apprehendit: neq; vllius ex quinque, ſunt propria ſenſilia: ꝙ reſtat niſi vt vel omnium, vel plurium ſint communia? Si enim, neque his per ſe, neque aliis ſecundum ſe fuerint apprehenſibilia ne fuerint quidem penitus ſenſilia. Atqui nec ſunt intelligibilia. Neq; ergo ſenſilia fuerint, nec intelligibilia. ꝙ fieri non poteſt. Præterea autem & magnitudo in viſum quoque, & in tactum aliquid agere videbitur, a maiore enim calore, vel maiore calido coguntur ſenſoria, vel diſiunguntur. Tactus & viſus vel tantam habet magnitudinem: vel in tanta magnitudine albo ſimiliter exiſtẽte. Atqui quatenus eſt album, vel calidum, magis aget.

Eorum autẽ, quæ ſunt per ſe, ſenſilium ſunt propria proprie ſenſilia, & ad quæ uniuſcuiuſq; ſenſus ſubſtantia natura eſt.

Quænam ſunt ſm accidens ſenſilia aperte declarauit. Ea nempe, quæ ſua natura non ſunt ſenſilia, inſunt autem iis, quæ ſunt per ſe, ſenſilibus. Albo autem accidere dixit Diaris filium. Non, ꝙ albo Diaris filius accidat: neq; enim ſubſtantia accidentibus accidit: ſed quod fortaſſe accidat hoc viſibile album Diaris eſſe filium. Quod autem nihil patiat viſus a Diaris filio, quatenus Diaris eſt filius, ſignum eſt ꝙ per accidẽs eum viſus ſentiat. Cum autem ſint duplicia p̃ ſe ſenſilia: hæc quidem communia, illa vero vniuſcuiuſq; ſenſus propria: vniuſcuiuſque propria ea eſſe dicit proprie ſenſilia. cuius cauſam declarauit dicens. Et ad quæ vniuſcuiuſq; ſenſus ſubſtantia natura eſt. Si.n. vniuſcuiuſque ſenſus eſſe eſt ad propria ſenſilia: hæc ſunt maxime ſenſilia. Ad aliquid enim eſt ſenſus. Ad aliquid autem ſunt quibus eſſe eſt vnicuique ſenſui. Et ea ſunt maxime proprie ſenſilia: viſui quidem ad viſibilia, auditui autem ad audibilia, & in reliquis ſimiliter.

Cuius ergo uiſus eſt, hoc eſt, quod uidetur.

Poſtquam cõiter dixit de ſenſu, & ſenſilibus: & de vnoquoque ſenſu ſeorſum eſt dicere aggreſſurus: prius diſſerit de vnicuiq; ſenſui ſenſibilibus: & ante oĩa de viſui ſenſilibus: quandoquidem ante alios quoq; de viſu diſſeret. Deinde dicit qd̃ id ꝙ viſui eſt apprehenſibile, color eſt: &, quod oratione quidem explicauit, vſitatum autẽ nomen nõ habet cuiuſmodi ſunt Lampyres, & ſquamę, & quædam alia. Deinde definit, quidnam eſt color: nempe id, quod eſt motiuum eius, qd̃ eſt ſecundum actum, perſpicui. Quoniam ergo in coloris definitione meminit perſpicui, docet nos quidnam ſit perſpicuum. ꝙ natura quædam eſt, quæ in pluribus ineſt, in aqua, in aere, in vitro, & in aliis, colorum tranſportatrix. quę non prçſente, quidem luce, potentia eſt hoc ipſum perſpicuum, actu autem fit perſpicuum præſente lumine. Qm̃ ergo lucis meminit, de ea prius verba facit. Cuius ergo viſus eſt, ſubaudiendum apprehenſiuus, hoc videtur.

Viſibile

Visibile autem est & color, & quod licet quidem oratione dicere, est autem sine nomine. Clarum autem erit progressis id quod dicimus. Quod enim uisibile dicimus, color est.

Postquam dixit, ꝙ, cuius est visus apprehensiuus, & circa quod ipsa facultas operatur, hoc est visibile, deinceps subiungit, quænam sunt visibilia: & color, & quædam alia, quæ commune quidem nomen non habent, oratione autem explicantur. De quibus in progressu dicet: vt sunt lampyres: capita piscium: squamæ: oculi echinorum: testæ marinorum: quæ in luce quidem non videntur, sed in tenebris. Neꝙ enim eis color esse videtur, quod in eis igneũ quid appareat in tenebris. Est enim coloris proprium in luce videri. Quod autẽ est in eis igneũ in luce non videtur. Quod.n. visibile est, color est.

Hoc autem est, quod in eo est, quod est per se uisibile. Per se autem non ratione, sed in seipso causam habet, ꝙ sit uisibile.

Cum dixisset in progressu nobis apertum fore, quænam sint ea innominata, quæ visibilia esse dixit. trãsiit ad dicendum de colore, sed vt de visibili. id ergo est, inquit color, dico autem visibile, quod in eo inest, quod est per se visibile. Per se autem visibile, dicit superficiem. Quomodo autẽ per se visibile superficies, ipse explicauit. Nõ enim inquit, sic per se dictum est, vt ratione per se. i. definitione. In demonstratiuo. n. dicit. Per se esse, vel, quod in subiecti definitione adsumitur, vt animal. & rationale in definitione hominis: ea.n. per se homini insunt: vel cuius in definitione subiectum assumitur: vt in similitatis definitione, naris. & in definitione paris, & imparis, numerus. Ea enim per se numero insunt. Dicimus enim parem esse numerum, qui in duas partes scinditur, imparem autem numerum, qui in duas partes diuidi non potest. Similiter similitatem esse concauitatem in nare. Non sic autem, inquit per se visibile superficiem: sed vt, quæ in se habet causam, vt sit visibile. Id autem est color. Qui enim in superficie color est, idest visibile; & eum visus apprehendunt. Neque enim apprehendunt eũ, qui est in profundo, colorem. Perspicuos enim lapides videmur quidem videre per vniuersum profundum coloratos, sed visu fallimur. Eo enim quod sunt perspicui lapides, per profundum transeunt visus, vel colorum operationes. Per solũ aũt colorem, qui est in superficie, lapides apprehẽdimus: & propterea videmur eum quoꝙ, qui est in profundo, colorem vidisse. Huius autem signum est, ꝙ si vitri, vel perspicui lapidis vna superficies colorata fuerit, totũ corpus nobis videatur per profundum esse coloratum. Et si ad non coloratam superficiem aspexerimus, ipsa quoꝙ eiusdem nobis coloris esse videatur, cuius & colorata, & si illo colore colorata non fuerit. Vitreorum itaque speculorum externam superficiem plumbi colorem habere putamus. Et interius colorata pocula toto corpore colorata esse videntur, vtpote ꝙ visus per perspicuum extremam superficiem videant, & illius colorẽ apprehendant. Quid igitur, dixerit quispiam, in perspicuis lapidibus non videmus, si quempiam alienũ colorem interiectum esse contigerit, vt quæ in electro intercipiuntur, cu lices? Porro & in aliis perspicuis lapidibus, si quem alienum colorem in profundo in aliqua esse parte cõtigerit, fit nobis sensilis. visu itaque. s. apprehendente colorem, q est in profundo, sic euenit, vt fiat distinctio eius qui interiectus est, alieni coloris a reliquo. Dico ergo, quod si sit quidem, qui est in profundo in aliqua parte perspicui lapidis, alienus color acrior. & vehementior, quique sensum magis feriat. cꝫ is, qui est in toto lapide, color: apprehendunt eum visus propter eam, quæ est in lapide, perspicuitatem. Sed si sit imbecillior, non fit eius apprehensio. Sunt enim quædam gẽmæ aperte perlucidæ, vt sardiæ, & quædam aliæ, coloratæ: non per profundũ, sed quæ in profundo sunt albæ: quæ quidem ad profundũ vsque eodem colore coloratæ esse videntur, nempe, ꝙ visus profundum non apprehendat. In quibus autem interiectus apparet alienus color, eo ꝙ imbecillior color ẽ, qui est in superficie, non impediuntur visus, quominus apprehendant eum, qui est in aliqua profundi parte, profundiorem colorem. Si itaque vitri exiliore, & non satis copioso colore tincti alteram superficiem nigro profundo illiueris, totum tibi nigrum videbitur. Atqui non totum est nigro coloratum. Quare & si in gemmis trãslucidis coloratam profunditatem cernere videmur: non reuera quidem profunditatem, & si colorata fuerit, sed solam superficiem apprehẽdimus. Quemadmodum enim & si visus per aerem vel aquam permanẽtes, qui interiecti sunt colores. vident. qui enim in quouis sunt translucido, colores vides: eorum quidem certe, quæ videntur, non pertingit ad profundum vsque visus, sed secundum solam superficiem ea apprehendit. Sic & translucidis lapidibus contingit propter eam, quæ in illis est, perspicuitatem, quando non totus lapis a vehementi aliquo, & essicaci colore occupatus fuerit, q interiectus incidit color, videtur, propter lapis perspicuitatem. Ipse quidem, qui videtur color, secundum solam partis superficiẽ, in qua est, videtur, non autem vniuersum profundum. Quoniã ergo, qui in superficie color est ideſt visibile: propterea secũdum se visibile superficiem dicit, vt quæ sit subiectũ eius, ꝙ est per se visibile.

Omnis autem color est motiuus eius, quod est, secundum actum perspicuum. Et hoc est eius natura. Quapropter non est uisibilis sine luce. Sed omnino unusquisque color in luce est uisibilis. Quare de luce primum dicendum est, quid est.

Hæc fuerit coloris definitio, ab accidente, & proprio ipsum declarans, non a substantia. In libro. n. qui est de sensibus, & sensilibus, eius definitionẽ, quæ est a substantia, tradidit. Dicit ergo colorem esse motiuum eius, quod est secundum actum perspicuum. i. illuminatum. Quod enim non est illuminatum, est potentia perspicuum. Motiuum autem. pro eo quod est perfectiuũ. Est enim eius lux quoque perfectiua, quatenus ipsum perficit, & actu perspicuũ reddit. Perfectiuus vero est eius & color, quatenus per traiectitiam eius facultatẽ ad operationem deducit. Apparatur. n. ipsum & quodammodo disponitur a colore, qui ipsum quodammodo subigit & comprimit, vt natura subigi citra vllum affectum potest, idꝙ visui tradit. Sed lux quidem eius est perfectiua, quod est potentia perspicuum. Ipsum enim perficit. et actu perspicuum reddit. Colores autem sunt perfectui eius, quod est secundum actum perspicuum. Ipsum autem perficit, non quatenus est perspicuum, sed quatenus, quod secundum actum est, perspicuum, est potentia traiectitium, & colorum annuntiatiuum. Postquam ergo colores adsuerint, actu fit tale. Si ergo color est motiuus eius, quod est secundum actum est perspicuum: quod autem secũdum actum est perspicuum, est illuminatum; & per eius motum videre euenit: propterea ergo sine lumine nõ videntur colores. Necesse est itaque ei, qui de visibilibus dicturus ẽ, vt de luce differat, eo ꝙ sunt colores visibiles. Postquam autem dixit colorem esse motiuum eius quod est secundum actum perspicuum: ꝙ actus perspicui lux est, declarauit, subiungens. Quapropter non est visibilis sine luce. Non visibilis autem. s. color, perspicui enim actus lux est. Color autem motiuus est eius, quod est secũdum actum perspicuum. Quoniam ergo ei, qui de visibilibus est disputaturus, de lumine necessario dicendum est. Primum, inquit, dicamus de lumine, sed quoniam lux perspicui actus est: antequam de luce verba faciat, de perspicuo disserit.

Est aliquid perspicuum. Perspicuum autem dico, quod est quidem uisibile: non per se autem uisibile, ut semel dicam, sed per alienum colorem.

Cum iam dixisset ꝙ sibi quidem propositum est de visibilibus dicere: ad differendum aut de visibilibus, de luce necessario dicendum est, ad dicendum vero de luce, de perspicuo prius agendum est: de eo differit. Perspicui itaque differentiam ab aliis quoque uisibilibus, dico autẽ coloribus, tradidit, dicens uisibile esse perspicuum, non propter proprium, sed propter alienum colorem. Colorem autem dicit lucem. Est enim veluti color perspicui.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Et nunc quidem ipſam colorem dicit. progrediens autē exactius dicit, Veluti colorem Lux enim eſt color. Perſpicuum itaque, inquit, quod per ſe non viſibile, ſed accepta luce, quæ alienus color eſt, ſic fit viſibile: luce autem vel ignis, vel ea quę eſt ex cœleſtibus ſole, luna, & aſtris. Dubia autem eſſe mihi videtur oratio. Videri enim poſſit eſſe & viſibile perſpicuum, & non viſibile. Si enim in olla, vel aliquo alio eiuſmodi vaſe, lucernam depoſueris, lumine per foramen ſurſum aſcendente: ſi in aerem, qui eſt ſuper foramen, per quem lucem emittit, ſuſpexeris: ipſum illuminatum non videbis niſi forte vel tectum, vel aliquod aliud corpus ſolidū eſſe ſuperius contigerit. Nā quantum in ſe quidem eſt, videri non poſſet. Nunquid ergo, ꝙ, qui in ipſo ſunt colores, appareant, eſt viſibile per accidens? Quod autem in particulari hoc exemplo diximus hoc etiam in lumine ſolari eſt dicere. Nunquid autem, ꝙ ſolari lumini ſolida vndiq; corpora obuia fiāt, propterea fit viſibilis, qui eſt circa nos, aer? Clarū enim eſt, ꝙ quocunque reſpexerimus, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, ſiue oblique, & ad latus, vel cœlum, vel terram, vel aquam videmus. Quod ſi, vt in prædicto exemplo in ſuperiorem locum reſpicere poſſemus, in quo ſolari lumini corpus ſolidum non occurrat: fortaſsis in ea parte nō videremus illuminatum aerem. Sic ergo videbitur illuminatus aer, quantum in ſe eſt, non eſſe viſibilis. Sed quoniam aperte ſcimus, quando dies eſt, & quando nox, nō alio ſenſorio, q̄ viſu iudicantes, nec nos ſolū, ſed & quæ ratione carent, animalia: ſpeluncas enim ſubeunt, & ex eis exeūt noctem diſcernentia, & diem: hac. ſ. ratione fuerit viſibilis illuminatus aer: & quemadmodum, quoniā ſine lumine non eſt viſibilis, propterea nec viſibile ipſum dicemus: quando quidem neque quicquam aliud ſine lumine videri poteſt. Et non ſolum ſine lumine, ſed & eo, quod interiectum eſt, & perſpicuo opus eſt, ad hoc, vt ſint viſibilia: & ideo ſenſuum ſumptuoſiſsimum eſſe viſum dicebat Timæus, eo quod pluribus, quam alii, ad proprias operationes exercendas opus habeat: Sic etiā illuminatus aer in luce non videtur, niſi in ſolidum corpus lumen incidat, propterea ne viſibilis quidem fuerit. Si enim lux nihil eſt aliud, quam actus, & perfectio eius quod eſt potentia perſpicuum: lux autem nullo alio iudicatur, quam viſu: eſt videlicet illuminatus quoque aer viſibilis, quatenus eſt illuminatus, etſi aliis indiget. Lux autem non eſt aeris ſubſtantialis qualitas. Quare nec propter propriam qualitatem eſt viſibilis, ſed propter alienam, dico autem lucem colorem abuſiue appellauit, eo quod maxime viſibilis color eſt.

Eiuſmodi autem eſt aer & aqua: & multa ex ſolidis. Non enim, quatenus aqua, neque quatenus aer, eſt perſpicuum: ſed q̄ eadem eſt in his utriſque natura, & in æterno, quod ſupra eſt, corpore.

Non enim per ſolem aerem, & aquā videmus vt quę perſpicuū habeant. ſed & per multa ſolida corpora, ſunt autem multa eiuſmodi. Vt gēmæ, cornua, vitrum, gypſum perſpicuum, & multa alia. Quare ſi in pluribus corporibus eſt perſpicuum, clarum, ꝙ non, quatenus aqua, vel aer, vel aliquid aliud ex perſpicuis, perſpicuū habet. Si enim ſecundum aliquid eorum eſſet perſpicuum, vt, ſi aer eſſet, non eſſet, quod non eſt aer perſpicuum. Nunc autem ſunt perſpicua, & quæ non ſunt aerea. Similiter et in aliis. Quare eſt aliqua perſpicui natura, quæ in pluribus ſubſtantiis, & ſubiectis eſſe habet. Quemadmodum enim eſt humiditatis natura, vel caliditatis, vel omnis, vt paucis abſoluam, qualitatis: ipſæ autem qualitates, cum aliæ ſint præter ſubiecta, pluribus inſunt corporibus: ſic eſt & perſpicui natura, quæ eſt in pluribus ſubiectis, vt quæ ſit alia ab ipſis. In his autem vtriſque dixit, ideſt in aere, & aqua. quoniam eorū alioqui meminerat, vt quæ ſint maxime perſpicua. Perſpicuitatis autem ait eſſe particeps, & quod ſuperiorum corporum æternum eſt. Dicit autem ipſam ſphærarum effuſam latitudinē. Sunt autem omnes ſpicuæ. Videmus enim, quæ in primo mobili ſunt, aſtra per alias. Ipſæ ergo ſphęræ ſunt perſpicuę. At non itidem & aſtra. Vnde & per interpoſitionē, ſui inuicem aſpectum auferunt. Hinc enim ſolis eſt defectus, cum ab interpoſita luna eius lumen adimitur. Si autē eēt perſpicua, non ſubter, eum currēs eius lumen obſcuraret & aliæ ſtellæ ſubter currentes interpoſitione, & cōgreſſu aliarum ſtellarum nobis aſpectum adimunt. Vnde clarū eſt, ꝙ non eſt in aſtris natura perſpicui.

Lux autem eſt huius perſpicui actus, quatenus eſt perſpicuum. Potentia autem in quibus hoc eſt, & tenebræ.

Poſtquam dixit quid eſt perſpicuū, ꝙ viſibile quidē, non per proprium autem colorem viſibile, ſed per alienum: confert ſe ad dicendum de luce: & dicit lucem eſſe actum perſpicui, quatenus eſt perſpicuū, pro eo, quod eſt, eius forma, & perfectio. Cum enim potentia perſpicuum, ſi lux acceſſerit, eique formam dederit, & ipſum perfecerit, ipſum actu perſpicuū effecerit. Eſt enim in aere, & aqua, & eiuſmodi perſpicui natura, quæ ſi lumen quidem non adſit, non eſt actu perſpicua, neq; enim eius colorum aliquid viderimus. Si adſit aūt lumen, habet propriam formā, & perfectionē. Si lux itaq; adſit per aerem quidem vel aquā videmus. Per terrā autem non vtique, vt quæ in ſe, ſcilicet, potentia non habeat perſpicui naturam. Eorum autem, qui de luce dixerunt, hi quidem eā dixerunt eſſe corpus: illi autem incorporeum. Quod lux non eſt corpus, neque vero ex viſu per aliquorum corporum emiſsionem videre fit, oportet hoc ipſo probato ꝙ fieri non poſsit vt vel lux, vel viſus corpus ſint, ſic eā, quæ eſt Ariſtotelis, de his exponere ſententiam: & deinceps, quæ ad eam ſpectant, dubitationes conſiderare. Si itaque ſecundum aliquorum corporum emiſsionem fit videre: quomodo fieri poteſt vt ſimul ac ſuſpexerimus, ſimul & cœlum repente apprehēdamus? Quomodo fieri poteſt, vt abſq; tempore tantum ſpatium moueatur? Oſtenſum enim eſt duorum Zodiaci ſignorū eſſe diſtantiam a terra vſque ad cœlum. Quæ. n. a centro eſt, ſpatio æqualis eſt duorum ſignorum ſexanguli lateri. Et triplus eſt ambitus ad diametrum. Eſt autem, ꝙ a centro eſt, dimidium diametri. Clarū eſt ergo, ꝙ cum vniuerſus diameter quatuor ſigna habeat, & præterea ambitus duodecim habeat, dimidiū diametri duo habet ſigna. Quomodo ergo fieri poteſt, vt corpus tantum ſpatium moueatur? ipſe quidem motus omnium velociſsimus, dico aūt primi mobilis, duabus horis ſextā vniuerſi ptē dico autem duo ſigna, mouetur. Quomodo ergo non eſt ab omni ratione alienum, vt quæ ex viſu corpora emittuntur, ipſo quoque primo mobili velocius moueri præſumātur? Rurſus ſi per radios, qui ſunt corpora videmus: quando, cum ſuſpexerimus, quartā cœli partē videmus, omnino neceſſe eſt, ꝙ viſus, qui per aerē procedunt, vel tranſeant: & ſic corpus per corpus trāſiuerit (quod neq; fieri) vel ipſum ſecent. & ſi ſecant, nō oporteret nos neq; cœlum, neque ea, quæ ſunt viſibilia, ſecundum continuitatem videre: ſi quidem nō per totum aerem procedūt, ſed ipſum ſecant: Clarum eſt, ergo ꝙ partes viſibilium, quæ ſunt ſub partibus ſecti aeris, videri nequeant. Et ſic nihil eorum quæ videntur, continuū videmus, ſed diuiſum per partes. Præterea, quoniam ſuſcipiētes quartam cœli partem videmus: ſi per corpora eorum quorundam radiorum emiſsionem fit videre, neceſſe eſt, vt viſus eiuſmodi corpora ſtatuamus, vt a nobis ad cœlū vſq; pertingant, & eius quartam partem cōprehendant: quod quidem abſurdum eſt, ex parua oculi parte, vel potius non toto, ſed ex pupilla, tanta corpora emitti dicere, vt quartam vniuerſi partem comprehendant. Sed ad hæc dicūt, ꝙ viſibilium fit occurſus ad viſus. Quædam enim lumina ex cœleſtibus emittuntur, & quæ quidem occurrentia viſui, ſui apprehenſionem præbent. Ad hoc dicimus, ꝙ ſi non ipſis cœleſtibus ſe applicat viſus, ſed luminibus, quæ ex ipſis exeunt: vnde ſciunt aſtronomi magnitudines aſtrorum: vnde motus: vnde diſtantias: vnde coitus & receſſus, & quæcunq; alia de cœleſtibus demonſtrāt? Tanquam enim ipſas ſphæras apprehendant, ſic de eis demonſtrationes faciunt. Deinde ipſa quoq; lumina, quę

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ex eis exeunt, neceſſe eſt vel corporea eſſe: vel incorporea: Si corpora itaque fuerint: ijſdem refellentur rationibus, quibus eos, qui lucem corpus eſſe dicũt, refellimus. Si autem incorporea, quiſnam vſus eſt viſuum emiſſionis, & occurſus? Si enim incorporei omnino actus fuerint: etiam ſi nullus fuerit penitus occurſus, ad viſus vſq; venient. Et ſic de viſu & lumine idem dicent, ꝙ Ariſtoteles, vt paulo poſt ſciemus. Vt paucis autem complectar, ſi videre fit ſecundum eam emiſsionem, quæ fit ex oculis: vel corpora eſſe neceſſe eſt, quæ emittuntur, vel lineas vt dicere videntur Mathematici. Sed ſi lineæ quidem fuerint viſus, qui exeunt: ſcilicet ſecundum ſigna viſibilia attingunt. Videre autem fieri dicunt, ꝙ viſus viſibilia attingant: ſecundum ſigna ergo attingunt. Secũdum ſigna ergo & viſibilia apprehendent. Magnitudines ergo non apprehendent, quod eſt abſurdum. Si autem corporea: vel eſſe perforatam circa pupillam corneæ partem neceſſe eſt: quod falſum: eſt enim continua: & poſtquam perforata fuerit, humores quoq; ſtatim effunduntur: vel corpus per corpus tranſire: quod & ipſum fieri non poteſt: vel per quoſdam poros ſeu meatus viſus exire neceſſe ẽ. Sed ꝙ corpora quidẽ non ſunt poris ſeu meatibus prædita, in libro de generatione oſtenſum eſt. Et alioqui neceſſe eſt aliquas omnino eſſe magnitudines, & corpora in tunicis, quibus intercipiuntur meatus. Per illa itaq; nequaquam fieri poteſt, vt viſus procedãt. Quare nõ oporteret videre pauimentum, ſeu quiduis aliud, ſecundum continuitatem: ſed aliquas quidem partes videre, aliquas vero non. Viſibilis enim partes, e quarum regione ſitæ ſunt magnitudines, quæ meatus intercipiunt, eæ vt videantur, nequaquam fieri poteſt. Nihil ergo ſecundum continuitatem viſum eſt, quod quidem ſit præter rei veritatem, & id quod aperte fit Sed neque vt incorporeus actus ex oculis exeat, fieri poteſt. Vel enim cum propria figura exit, vel non. Si cũ propria quidem figura, in alio eſſe ſubiecto omnino neceſſe eſt. Quoniam ergo ſenſitiua facultas vita quædam eſt: neque enim fieri poteſt, vt quod non vitam habet, ſit ſenſus particeps: cui autem vita inſuerit, illud facit viuere: & ſenſitiua ergo facultas ex oculis egreſſa: cum in aere fuerit, vel in aqua, vel, vt ſemel dicam, in aliquo eorum, quæ ſunt perſpicua, illud facit viuere. Eſt itaque & animatum: quod eſt ridiculum. Vel ſi ita non eſt: erit vita in non viuenti: quod fieri non poteſt. Maxime autem, ſi viſiua facultas actu exiens ex oculo, fuerit in aere vel aqua, vel eiuſmodi, ille erit, qui videt, et qui ſenſitiuus factus eſt. Quod itaq; nihil ex oculis procedit, neque corpus, neque incorporeũ, & ex alijs quoque multis probari poteſt: hæc tamen ſufficiunt quę dicta ſunt. Quod autem lux corpus non eſt, hinc clarum eſt. Si enim corpus eſſet, quomodo fieri poſſet, vt corporis tam citus, & tam repentinus eſſet motus? Simul enim ac ſuper horizontem ſeu finitorem ſol euaſit, repente ſine tempore, quod ſuper terram eſt, hemiſphærium illuminatur. Et ſi abſconſam lucernam in domum intulero: deinde extra operculum eduxero: protinus ſimul & ſemel tota domus illuſtratur. Quomodo ergo fieri poſſet, vt ſic corpus ſiue tẽpore memoretur? Deinde ſi lux corpus eſt, cum ſit ſimplex: ſcilicet ſimplici motu mouebit. Simplices autem motus duo ſunt: qui ſecundum rectũ, & qui ſecũdum circulum. Si itaque recta moueatur lux: vel, cum ſurſum moueatur, deorſum non mouebit. Vel ſi deorſum moueatur, ſurſum non mouebitur: nunc autem & ſurſum, & deorſum: & a dextris & ſiniſtris videt moueri. Quodcunque autem corpus recta fertur, vel, q ſurſum eſt, vel, qui deorſum, motu mouetur. Quod aũt non mouetur circulo, ex ipſa rei euidentia clarum eſt. Si enim in anguſtam domunculam altera parte longiorem lucernam intulero: in domunculæ principio ſtatim recta totum illuminauerit: & ſi inferne poſita fuerit, quę ſuperne quoq; ſunt, illuminauerit: & ſi ſupernæ, ſimiliter quæ infernæ. Oſtendunt autem & qui perſpectiua demõſtrãt, ꝙ ſecundum rectum lux procedit, & non ſecundum circulum. Si enim afferem perforaueris, vel in eo incisionẽ aliquam feceris: & in altera quidem aſſeris parte ſecundũ inciſionem lucernam accenderis: in altera autem parte aſſerem ſtatueris veniet, quod per inciſionem ingreditur lucernæ lumen, in alteram tabulam. Si ergo a luce, quæ eſt in aſſere, rectam extenderis, per id quod eſt inciſum, tranſibit ad lucernam. Fit itaque ſecũdum rectum, vide licet, lucis motus. Quare ſi non ſecundum rectum mouetur: vt corpora, neque eo, qui ſurſum eſt, ſolo, neq; eo, qui deorſum eſt, ſolo motu mouetur, neq; ſecundum circulum: omne autem corpus vno prædictorum motuũ mouetur: videtur lux non eſſe corpus. Rurſus, ſi lux eſt corpus, neceſſe eſt omnino, ſi per totum quidem aerem procedit, eſſe corpus in corpore: ſi autem nõ per totum: ſed vel ipſum ſcindit, vel per eius poros & meatus procedit: neceſſe eſt non in omni parte aeris lucem eſſe: Sed eſſe aliquas quidem eius partes illuſtratas, alias vero obſcuratas. Quare neque omnis aer erit illuminatus: neque vbique erit aer: ſed vbi lux quidem fuerit, nõ eſſe aerem & vbi aer, non eſſe lucem: & ſic continget vt lucem, & aerem reſpiremus: aliquando vero & lucem tantum, nõ etiam aerem: vt quando per ipſum illuminatum nos reſpirare contigerit. Hæc autem ſunt manifeſtæ abſurda, et præter ipſam rei euidentiã. Oporteret autem & vẽtum, dum ſimul coactus, & continuus mouetur, omnem quoque locum vndique obſcurare, in quem inciderit, extrudentem lucis corpus: vel locum certe obſcuriorem redderе, vtpote qui lucis corpus, vel eius extruſerit, & in eorũ lucis fuerit. Nunc autem hæc nõ eueniunt. Videmus autem, ꝙ & illuminato aere ijdem ſunt aeris actus. Spiramus enim ſimiliter, & refrigeramur. Atqui lucis certe natura inſitum eſt, vt aerem calefaciat, non refrigeret. Accedit his, ꝙ, quandoquidem, qui lucem corpus eſſe dicunt luminis ſphæram quandam ex ſole procedere inquirunt quoniam & ſol ipſe eſt ſphæricus: eſt autem & aer quoque ſphæricus: omnino neceſſe eſt lucis ſphæram ad nos procedentem, vel aeris ſphæram trudere, & ſic eius locũ occupantem, qui circa nos eſt, locum illuminare, vel nõ trudere: vel per ipſam procedere. Si itaque aerem trudit, & eius locum occupat: erit aere vacuum illuminatum hemiſphęrium: quod fieri non poteſt. Sicut enim dixi, omnia aeris opera fiunt, etiam vniuerſo, ꝙ circa nos eſt, illuminato. Si autem nõ truſerit: nec illuminauerit, vt, quod ad nos non perueniat. Si autem per ipſam procedat: erit corpus, quod per corpus procedet: quod fieri nõ poteſt. Si autem dixerint, corpus immateriale poſſe per corpus procedere, id certe dicitur quod maxime fieri nequit. Sic enim fieri poſſet, vt cœlũ eſſet in milio. Præterea ſi ideo, ꝙ ſit immateriale, poteſt per corpus procedere, procedet non ſolum per aerem, ſed & per aliud quodlibet. Quid enim vetat, ſi, quatenus eſt immateriale, poteſt corpus per corpus procedere, quo minus per omne quoq; procedat? Oporteret itaque lucẽ per ſolida corpora trãſire: per terram inquam, & aliquid ex ſimilibus. Cur ergo cum ſol eſt ſub terra, non lucem quoque videmus vel per terram procedentem? Deinde, ſi lux, cum ſit corpus, per corpus aere procedit, oporteret totum denſius, & craſſius fieri. Nunc autem contrarium eſt, quod videtur. Subtilior enim fit, & magis tenuis, luce ſuſcepta: quod quidem non vſu veniret, ſi corpus eſſet. Quemadmodum enim, ſi terra aquam continuerit, nec maior ex vtriſque locus factus ſit, quod ex vtriſq; corpus eſt, omnino craſſius fieri neceſſe eſt. Sic & aerem craſsiorem eſſe neceſſe eſſet, ſi lumen ineſſet Nunc autem cõtra, fit illuminatus ſubtilior. Si quis autem dixerit aduerſus eam, quæ de lucis motu eſt, rationem inſiſtens, ꝙ radij quidam ſunt, qui a ſole dependent, & motus tranſitu illuminãt, eo nõ egentes motu, qui ſuperne eſt, a ſole enim ſemper dependent in terram, hoc quidem eſt maxime præter ea, quæ cernuntur. Similiter enim & ſol illuminat & luna, & ignis: & alia omnia. Non poterit autem hoc dicere & in igne & in aliquo alio. Et quando in tenebris ex ſilicum colliſione ignem accendero in maxima domo, lux totam domum ſine tempore comprehendit. Iam vero & condenſato aere ſol non quidem apparet: totus vero, qui circa nos eſt, locus comprehenditur. Deinde & de ſolaribus ra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

diſs ſciſcitabor, vtrũ corpus ſunt, an incorporei: & vtrũ per totum aerem radij ferũtur, vel non totum: & eædẽ rurſus dubitationes incident. His ergo & talibus adducti neceſſario cogimur nec lucem, neque viſus corpus eſſe dicere. Quid ergo, quõ fit videre, & quænã eſt lucis natura? De videndo ergo primum dicimus Ariſtotelem ſequentes, ꝙ habet, quod eſt perſpicuum, nempe aer, traiectricem colorum facultatem, cum ſit ipſe coloris expers. Si enim proprium aliquem colorẽ haberet, ad alios traijciendos colores ei impedimento eſſet. Certe, ſi vitrum, quod colorẽ non habet, oẽs traijcit colores: neque enim; q̃ ſunt obſcura, & vix apparentia, adeo exacte traijciet: habet itaque & aer per omnem ſui partem traiectricem colorum facultatem. *Eſt enim totus per totũ ſeipſum perſpicuus.* Quod enim hic ſitũ eſt, & qui ante, & qui retro, & qui: vt ſemel dicam, in omni parte ſunt, vident. Operationes ergo quædam ex viſibilibus, citra affectionem vllam, in aere inſunt, ipſum non colorantes. Nec enim ſua natura, vt coloretur, aptus eſt. Vnde per eandẽ aeris partem diuerſi videntes diuerſos colores videmus. Qd quidem non fieret, ſi ipſe coloratus eſſet. Neque enim ſimul poſſet colorari contrarijs. Vt ſi O/aer eſſet: M/autẽ nigrum: album vero L./videret autẽ A./album. B/autẽ nigrum procedent, nigri, & albi operationes per aerem. Si autem per O/procedunt, cum ſint contrariæ: clarum eſt, ꝙ ipſum non colorant. Neque enim fieri poteſt, vt eadem pars cõtrarios ſimul colores ſuſcipiat. Quod autẽ in duobus, idem et in pluribus coloribus licet dicere. Cũ enim plures ſunt, qui vident & plura, quæ videntur, venient plures colorum operationes per eundem aerem in vicem cõcurrentes. Si autem coloratus eſſet aer, hoc nunquam fieret. Tranſeunt ergo per inuiſibile colorum operationes, & viſui propria ſubiecta renunciant, ipſos, inquam, colores, in ipſum quidem ſenſum agentes, taliter, vel taliter, in ipſum vero perſpicuum aliquem affectum non immittentes. Neque quærere oportet quõ coloris operatio a proprio ſubiecto progreſſa ad viſum venit. Fit enim in ſubiecto aere: & ſic per eum agit in viſum. Sicut fabri operatio procedit per ſecurim in lignum: & in lignum quidem agit, ei talem vel talem figuram præbẽs: in ſecurim autem nihil tale agit, quale in lignum. Sicut ergo in his, ſic & in luce, dicimus operationem quandam incorpoream ex illuminatiuo corpore in perſpicua immitti, quæ eã ſuſcipere ſua natura apta ſunt. Et ſicut ignis etiam a nobis longe ſitus nos calefacit: nõ, ꝙ ipſe ad nos veniat: ſed ꝙ ipſe quidem ſibi proximum aerem calefaciat, qui ab igne pati ſua natura aptus eſt: calefactus autẽ ille talis fit, vt poſsit & ipſe, quæ iuxta ſe ſita ſunt, calefacere: & id ad totum vſque fit: & ſic ea quoque, quæ ab igne ſunt longiſsime remota, calefacit. Et primo quidem ab igne: proxime autem, & per ſecundam rationem, ex iis, quæ iuxta ſita ſunt. Sic & perſpicuis corporibus per ordinem ſitis (ſphæræ enim ſe inuicem attingunt. & deinceps extremam ſphæram attingit, qui circa nos eſt, aer: & deinde eam aqua) Sol ergo proxime in id, quod iuxta ſe ſitum eſt, corpus, & quod eum attingit, agẽs, ipſum facit actu perſpicuum. Illud autem ſic factũ habet facultatem: vt & ipſum, in ea, quæ prope ſunt: vt & ea talia faciat: & ſic ad vltima vſque procedit illuminatiua facultas, non ſolis operatione ad vltima citra intermedium veniente, ſed propinquis: & primo patientibus, valentibus & ipſis in ſuſceptiua ſimilem operationem exercere. Si autem repentina fit in omnibus operatio: & ſicut ſi quis funis longi & extenſi ſummum mouerit, totus funis ſine tempore mouetur, propter partium continentiam, prior re, quod cohæret, mouente: ſic oportet intelligere in lucis quoque operatione fieri, eo ꝙ omnia mundi corpora proximam ſe inuicem attingant. Eſt ergo lux non corpus: ſed perſpicui operatio, quæ eſt perſpicua. quæ quidem fit ab effectiuo. Effectiuum autem primo, & maxime proprie ſol eſt. Secundo autem, quæcunque, ꝙ alicuius ex eo fluxus partem nacta ſint, fiunt & ipſa illuminatiua, ſicut luna: & aſtra: & ignis. Primum enim lucis fontem Deus in Sole collocauit. Sic ergo dictas omnes dubitationes effugiemus. Et neque corpus per corpus procedet: nec fieri non poterit: vt repentina & temporis expers ſimul & ſemel fiat operatio, cum ſit incorporea. Sed ad hæc, quæ de luce, & viſibus ſtatuimus, nobis dubium mouent: Si corpus non eſt lux & viſus: vnde ergo. quæ in ſpeculis fiunt, reuerberationes ſeu reflexiones? Vnde & quæ in balnearijs ſoliis? Vnde &, quæ ex radiorum fit refractione, collisio, et ex eo calefactio? Qui fit, ꝙ promõtoria plenitie minus caleſcant? Cur autem, ſi viſibilium operationes ſunt in aere, non &, quæ ſunt poſteriora, videmus? Si enim per omnem ſui partem aer habet colorum operationes: vt ſatis declarat, ꝙ qui vndique vident, eundẽ colorem videant: vt ſi ponatur /a/color: circa eum autem ſint plures videntes: b/c/d/e/f/g: omnes ipſum vident: clarum eſt autem hoc ideo fieri, ꝙ aer per omnem ſui partem colorum operationes habere. Quod ſi ita eſt, cur nõ &, quæ a tergo ſunt, videmus? Vnã ergo his omnibus ſolutionem afferemus, iiſdem ſuppoſitionibus vſi in dicendo de operationibus, quibus vſi ſunt, & qui corpora dicunt viſus & lucem. Sicut ergo illi ſtatuunt viſus, & radios ſecundum rectas lineas emitti, & a planis, & leuibus corporibus per æquales angulos reflecti: & ideo ea quoque quæ ſunt in ſpeculo, ſimulacra apparent, nõ noſtris quidem viſibus ad viſibilia refractis, ſed illis operationibus ad nos, propterea ergo neque, quæ retro ſunt, videmus: qm̃ opationes ad viſus ſm̃ rectã ferunt. Nõ aliter aũt per rectam e viſibilibus ad viſus operationes deferentur: ꝙ ſi vultu aduerſo fuerimus. Operationes n. ſem per ſunt in aere citra vllam affectionem: in nos autem nõ agũt, niſi quando ſenſilia fuerint directo viſui oppoſita. Sicut neque viſus per ſe viſibili ſe applicant, niſi ei directo obiecti ſint. Propterea ergo, q a tergo ſunt, colores, ne ſi oblique quidem aſpexerimus, nõ videmus: quãuis in aere ſit colorum operatio: eo ꝙ non recta ad viſus feratur operatio. Sic ergo lucis repercuſsiones, & operationum viſibilium, fieri dicimus a planis, & leuigatis corporibus, per æquales angulos refractis operationibus: & propterea eadem viſuum ratione, quãdo contigerit ſpeculum talem ſitum habere ad nos: & viſibile, vt, quæ in ipſum operationes inciderint: inæquales etiam angulos reflexe ad oculum veniant, ea etiam, quæ nõ ſunt oculo directe oppoſita, videmus: vt, quæ ſunt retro, vel ſuperne: vel inferne: vel oblique. &, quæ illi dicunt ſimpliciter in viſu, ea nos immutabiliter in operationibus dicentes, quæ cernunt, ſeruamus. Quid enim refert, an vel ab oculo recte procedentes veniant ad ſpeculum, vel a ſpeculo ad viſum reflectantur, ſiquidem eadem & illi, & quod Ariſtoteles dicit, ſupponit? Sed hic quidem in operationibus, illi vero in egrediente viſu. Innumerabilia autẽ abſurda, & quæ fieri nõ poſſunt, eam, quæ eſt de egrediente viſu, ſuppoſitionem conſequuntur. Eſt ergo potius eligenda Ariſtotelis ſuppoſitio. quæ &, quæ cernũtur, ſeruat: & abſurda declinat. Vnde ergo in aere calor fit, ſi quidem Sol non eſt calidus, radii autem corpus nõ ſunt? Si enim corpus non ſunt, attritus non eſt. Si autem attritus non eſt, quomodo aer caleſcet? Quod enim attritus ſic calefaciat, vt ignitum etiam reddat, ſi frequentior fiat, ex rei euidentia clarum eſt. Ex lignis certe, & lapidibus, & ferro colliſo accenditur ignis. Quin & in ignarijs, niſi ſic radium ad id, quod accendere volumus, adaptauerimus: vt non obtuſum angulum radiorum refractio efficiat: ſed ſic acutum, vt duplicatus fere in vnam rectam deſinat, & ſua denſitate aerem, qui eſt interceptus, atterat accenſio fieri non poteſt, & id ſenſiliter videmus. Quare ab ijs quidem, qui radios corpus ſtatuunt, quæ manifeſte cernuntur, colliguntur, at non itidem ab ijs, qui operationes. Quomodo enim *calefaceret eius*, quod non eſt calidum, operatio? Quomodo autem attritus fiat ab incorporeo? Ad hæc ergo dico, ꝙ. quẽadmodum ab anima, quæ non eſt calida, viuificatiua quædam operatio ſit in corpore, quæ innatum calidum excitans, animal viuificat, poſtquam autem receſſerit anima, ſtatim quoque calidum innatum extinguitur, ſic & viuificatiuam quandam operationem ex ſole dico ineſſe in aere, eã ꝙ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quod insitum est aeri calidum, mouentem ipsum calefacere. Et sicut animosa seu irascibilis animæ facultas, & si non sit calida, postquam tamen fuerit commota, qui circa cor est, sanguinem calefacit: similiter & cura calefacit, quãuis sit incorporea animæ operatio: sic & solem satis est probabile, q̃uis non sit calidus, viuificatiua sua operatione, quæ lux est, eam, quæ est in aere, caliditatem excitantem ipsam calefacere. Si autem calefactiua operatio: vbi plus est operationis, illic quoque caliditatis plus esse necesse est Quare, cum in repercussionibus dupletur operatio, & exiguum, qui intus est aerem comprehẽdat, vtpote a maiori operatione exiguo aere calefacto, non per attritum: sed q̃ dicto iam modo moueat in natum calorem, iure contingit accensionem fieri Quod autem meridies magis calescat, q̃ aurora, & vesper, rursus easdem causas reddemus: quod oriente quidem: & occidente sole reflexæ operationes obtusos angulos faciunt, & multum aerem intercipiunt, propterea minus calefaciunt. Et alioqui Sol & oriens: & occidens per multam caliginem ad nos accedit: caligo autem aquosa est: vapor enim & propterea minus calefaciunt operationes, quæ per multam caliginem ad nos accedunt. q̃ autem plus est caliginis versus orientem, & occidẽtem, q̃ versus id, quod est supra verticem, hinc planum est. Statuatur enim vnus quidem stans circulus, terra: alius autem exterius ex caligine terram ambiens. Quæ itaque ex centro terræ, scilicet emittuntur æquales erunt. Quæ enim ex quouis circulo ad circũferentiam rectæ lineæ emittuntur, erunt inter se æquales. Si autem a nostra habitatione rectas emiseris, si quidem in cœlum, clarũ est, q̃ quoniam tota terra centri ad vniuersum ratione obtinet, q̃ si sint inæquales tamen, eo q̃, vt ad vniuersi magnitudinem, sit earum differentia sensu non perceptibilis, æquales erunt. Si autẽ a nostra habitatione ad caliginem lineas miseris, quoniã, vt in Meteoris ostensum est, non in magnam altitudinẽ fertur a terra vapor: sunt quidem certe et montes, qui nũbes, transcendunt, neque vero nos in centro habitamus: ex necessitate non erunt inter seinuicem æquales. Sed minimæ quidem, quæ in vertice: reliquæ vero, eę quidem, quæ ab eo, quod est supra verticem, plurimum distant, sunt maximæ. Quæ autem ei, quod est supra verticem, sunt propinquiores, minores sunt. Est autem earum quę ex superficie ducuntur, in qua & habitamus, rectarum minima, quæ est in vertice: maxima autem, quæ per centrum: reliquarum autem, quæ ad verticem quidem magis accedũt, minores: reliquæ vero maiores. In calido autem, & longiori tempore super terram manens, magis calefacit Lumini enim hoc natura insitum est, vt quãdo in leue aliquod, & splendidum corpus inciderit, sic in illud agat: vt et ipsum sibi eam operationẽ remittat: vt in argento, & speculis, & in aqua, & vitris, & aliis plurimis. Qd. cunque ergo corpus luminis operationem admittit, ad eam quoque remittendam sua natura aptum est: præcipue autẽ plana & leuia corpora: vt quæ dicta sunt. Propterea ergo & luna, solis luce accepta, quæ hic sunt, illuminat. Et hoc esse dicimus refractionem seu repercussionem luminis, quæ fit ab ijs, quæ susceperunt, & exercere similiter operationem possunt. Aestate itaque, & meridie, cum plures similes operationes in eodem fiant, aerẽ magis calescere contingit. Sic ergo quæ aduersus ea, quæ de operationibus dicuntur, afferuntur, dubitationes soluunt. Sed ad hoc dico, quod prius dicebam, q̃ quemad modum luna, quæ solis operationes suscepit: & per sui corporis splendorem, illuminatur, ipsa quoque sua natura apta est ad operationẽ contra reddendam, & ea, quæ hic sunt, illustrãda: sic & alia sunt plurima, quæ lucis operationibus acceptis, ad eas quoque contra reddendas sua natura apta sunt: vt aqua, vitrum, argentum, æs: et, vt semel dicam, leuia & splendida omnia. Quando ergo a leuibus corporibus reflecti dicitur operatio, nihil aliud dicitur quam, quod eiusmodi corpora, quæ lucis & visibilium operationes susceperunt, non easdem numero, quas susceperunt, reflecti, & reuerberari faciunt, sed q̃ eiusmodi quoq; operationes contra reddere sua quoque natura apta sint. Et propterea diligentiam & studium adhibemus, vt sic illuminẽtur igniaria, vt, quæ a sole operatio in ignẽ incidit, & quæ ex eo rursus fit, a seinuicem non distent, sed prope sint, & ea densitate calefaciant. Eadem & in visu. Sit ergo hoc sit tractatum. De illo nõ citra rationem quispiam dubitauerit. Si non per visuum emissionem videre fit: sed visibiliũ operationes ad oculum veniunt, vnde nam interualla, quæ inter nos sunt, & ea: quæ videtur, cognoscimus? Si enim ad oculum vsque operationes venirent, & quæ longe sunt, & quæ prope, eodem modo cerni oporteret Si autem visibilium distantias cognoscimus: nõ ad nos f. imagines seu visiliũ operationes veniunt. Quomodo autem imaginari possit quispiam figurarum: & colorum operationes venientes per aerem: sed ad hoc dicebat Philosophus, non operationes venire ad oculum, sed totum, vt semel dicam, aerem omnibus esse visibilibus repletum. Hoc autem est & magis dubium, & multo magis absurdum. Primum enim & hoc ipsum adhuc manet dubiũ. Si enim aer communiter visibilium simulachris & imaginibus plenus est: vnde interualla cognoscimus? Oporteret enim & q̃ valde longe est. & quod prope, eodem modo apparere. Sed neq; oporteret, quæ sunt longissime, sensum effugere: si quidem totus aer omnibus simulacris plenus est. Sed ad hoc fortasse dixerint, q̃ sicut, q̃ visus statuunt, eos longe procedentes imbecillos esse dicunt: & propterea, quæ procul sunt, nõ videre: id ipsum & nos in operationibus ponimus, eas longe procedentes imbecillas fieri. Sed ad illud quid dixerint? Si enim totus aer est plenus imaginibus, quis est visus, vt dicentes statuamus secundũ rectam opationes procedere? Oporteret enim ea, quæ nõ longe sunt a nobis, & quæ, vt pauca dicã videre possumus, quoq; aspexerimus, videre, cũ totus aer penitus sit simulacris plenus. Cur ergo cœlũ nõ videmus, & vnũquodq; visibilium, nisi ad ea acie intendamus? Qui autem Aristotelis sententiam, defendere voluerit, hanc ipsam operationem in testimonium adducere poterit. Videmus enim, q̃, quando per speculum flauo, aut alio colore tinctum, solis radius transierit nihil affectus, nec quicquam passus aer omnes, & speculi colorem quẽdam, & figuram traiicit, donec corpus aliquod solidum attigerit, & deinde in illo imprimit, & colorem & figuram. Et si operatio lux est, & non corpus præterea autem & non secundum visum aliquorũ, qui sunt corpora, emissionem videre fit: sed visibilium operationes ad nos veniunt, cur in Meteoris vsus est Aristoteles ijsdem suppositionibus? Dicit ergo, q̃, vt apertioribus, vsus est suppositionibus radiorum, & visuum. Neq; n. cogitatiõe complecti facile est operationes refractas, vel per aerem omnino procedentes colorum operationes. Quæcunque autem per illas suppositiones confirmata sunt, eadem & per has quoque confirmabuntur. Sicut enim conos illic dicebamus ex oculis ab aliquo centro exire, deinde procedentes latiores fieri: sic & in operationibus, videlicet, dicetur. Quoniam enim ad aliquod angustum crystallini humoris centrum operationes visibilium iudicantur: necesse est ab ipso quidem lato visibili initium sumere: desinere autem in angustum, nempe oculum. Id autem est conus, habens verticem quidem pupillam, vel crystallini centrum: basim autem ipsum visibile. Quare ex ijs, quæ ostensa sunt, non læditur suppositionum diuersitas. Et, quæ de refractionibus quidem dicta sunt, similiter habebunt in vitrisq; suppositionibus. Hæc itaque sint, quantum ad defendendas Aristotelis suppositiones attinet. Imaginatu autem difficile videtur, quod de operationum refractione dicitur: quomodo fieri potest, vt operationes, quæ sunt res incorporeæ, repercutiantur, & angulos faciant. Est enim obtusus, & acutus distantiæ angulus. Est autem distantia magnitudinis. Est vero magnitudo corporum, & in corporibus. operatio vero est incorporea, esse non habens in aere: sed in eo quod operatur Quomodo ergo sine proprio subiecto repercutitur? Et alioqui, si repercutitur, vel cum aere repercutitur, vel per se. Si itaq; p̃ se, quomodo rursus res aliqua

incorporea repercutietur, & angulos faciet: Si autem cū aere: quoniam aer, cum sit humidus, seipsum ex aduerso circūsistit & comprimit: necessario refractus aer aliū trudet aerem, in cuius loco est: & eius locum alia aeris pars occupabit. Clarum est autem, ꝙ qui refractū ex aduerso circūsistit, cum ea, quæ in eo est, operatione luminis, cedet refracto. Non conduplicabitur ergo luminis operatio in vno & eodem aere. Pro ea enim, quæ inter aerē repercussa est, alia cum aere circūsistente fecessit. Si autem conduplicata non est operatio, non magis calefecit. Est ergo superuacaneum, quod de operationum refractionibus dicitur, ad hoc vt maiorem caliditatem faciant, quando ex aduerso circūsistit reuerberatam cum aere, quæ in loco cuius est reuerberatio, fuit primus operatio Et est re vera visu mirabile. In aere enim, per quem transit solis radius, intendens quis oculos, ipsum nec a vitri colore, nec figura affectum videt: in solido vero corpore, in quo finitur radius, in illo & color, & figura cernitur. Neq; vero visuum reuerberationem illic quoque causari licet. Neq; enim in ceteris fit simpliciter tale corpus: sed & in lana, si illic radius inciderit: & in veste: & in arena: & in quolibet: & quomodocunq; fuerit visus. Quare ne illinc quidem potest ad speculum fieri reperculsio. Hinc ergo manifestum est, q. visibilium operationes citra ingeneratam affectionem per aerem procedentes, cum sic in sensorio fuerint, vtpote in alio corpore, illic & colores & figuras visibilium imprimūt: & sic ab eis affecto sensorio ad sensum iudicium peruenit. Sed dici ad hoc potest, ꝙ non id ipsum videmus fieri in visibilibus, quod sit in imaginis representatione. Neque enim fit aliter, quod dictum est, nisi radius per speculum acciderit. Visibilia autem videntur, etiam si non a sole radius eis se per rectam applicauerit: Et alioqui, quod ad speculum quidem attinet quibus radius acciderit, in eis fit imaginatio coloris: sed nihil eiusmodi in visibilibus apparet. Nihil enim agere cernuntur in reliqua corpora, etiam si per ea radius feratur: sed est, quod fit in imaginis representatione, præter visibilium operationem, vel simpliciter assumptionem. Et hoc quoque in hoc, quod de opationibus dicitur, dubitāri: Quid vero, inquiunt, quando humor aliquis in oculum incident, cum non videmus, cum intus sit: Si enim non omnino sensilium operationes, quæ in ipso sunt oculo, agūt, & non visus nostri ad eas veniunt, oporteret humorem, qui intra nostrum oculum coactus est, videre: nunc autē hoc non fit: sed ipsum extra apprehendimus, & si figuratus fuerit, figuram quoque rursus extra sentimus. Neq; dixerit quispiam huius operationem foras egressam, in aere rursus ab eo in oculum esse refractam. Neque enim visus simpliciter ab aere; idq; cūm sit subtilior, natura reuerberari aptus est, etiam si operatio. Alioqui si ita esset, cur non vuæ quoq; color hoc ipsum facerent? Oporteret enim ab hac quoque operationem egressam: & ad nos repercussam, nobis esse apprehensiuam: nunc autem nō ita est. Non est ergo manifestum inquiunt, ꝙ visuus spiritus ab eo, qui intus ē, humore passus, deinde extra processus: & tanquam vehiculo illuminato aere visus, sic inditam in se affectionem ab eo humore, qui intus est, apprehendit? Qui in seipso continuus est spiritus, parte illa, quæ humori applicatur, affecta, eius semel mutatæ per continuitatem deinceps alternationem retinet Et quonā visibilium non fit aliter apprehensio, cū per illuminatum aerem, verisimile est, ꝙ, cū extra fuerit affectum apprehendit. Ad hæc ergo illud dicimus, ꝙ visus ex oculis exire non prius admittemus, quam ea, quæ ad hanc suppositionem sequuntur, absurda dissoluerint. Si enim visus ex oculis exire omnino sublatum est: non vtiq; tanquā sit vera suppositio, feremus eos, qui illa vtuntur, propositorum rationes reddere. Dicimus ergo nos eisdem suppositiones sequentes, hunc humorem in oculo concretum, non alibi habere concretionem, quam circa ipsum vuę foramen extra humores Si enim magis interius concretus fuerit, quam in humoribus, vel in nerno visiuo, visum omnino impediet. Visiuum ergo spiritum a cerebro re vera descendere dicimus p visuos neruos: eūq; ad crystallinum vsq; peruenire: & eum in ipso desinere. Quare & illic fiunt visibilium iudicia. Est itaque & ipse perspicuus, vt visibilium operationes per ipsum ad visiuum spiritum transportentur: & ideo perforata est pars vueæ, quæ interiecta est. Quia enim colorata est vuea: & propterea impeditura erat quominus colorum operationes transirent: perforata est ea pars, quæ est ad crystallinum: vt citra impedimentum perueniant operationes visibilium per corneam: & humores perspicuos. Per eos ergo deuenit ad visiuum spiritum, vel concreti coloris, vel figuræ operatio. Et quandoquidem, etsi sunt humores perspicui, eorum tamen perspicuitas luminis presentia perficitur: & fit actu perspicuū quod erat prius potentia: propterea clausis oculis non videmus. Nec nobis obiicietur, cur non vueæ quoque colorem videmus ostensa per humores eius operatione, Diximus, ꝙ pars eius, quæ est ad crystallinum perforata est, cum non sit illius in ea parte substantia, in qua visibilium iudicationes fiunt: & propterea illic visiuus spiritus terminatur, merito ergo nec fit eius apprehēsio. Quid ergo, inquiūt, visiuus spiritus tantum locum solum occupat, quantum est pupillæ spatium? Deinde si tantum occupauerit, & in illa parte immobilis permanserit, non est rationi consentaneum ipsum etiam ad vtraque diffundi: non autem eius auctio & diminutio totum oculum vel concauiorē vel eminentiorem reddit? Ad hæc ergo paucis dico, ꝙ etiam si ad vtraque euenit spiritus diffusionem fieri: sed visibiliū tamen apprehensio in ea solum parte fit, in qua pupilla consistit. idq; & ex ipsa rei euidentia, & ex ratione clarum est. Videmus enim, ꝙ si in ipsa quidem pupilla affectus aliquis seu vitiū infuerit: vel humoris, inquā, concretio, vel sordes aliqua, & corneæ condensatio: statim quominus videamus impedimur. Si ipsa quidem talis sit, & quæ circa illam sunt partes, secundum naturam se habeant, quæ autem vtrinque sunt partes, omnes affectæ fuerint: & vel scirrho, vel humoris suffusione: vel alio alio vitio laborauerint: citra vllum impedimentum est visus: perinde ac apertum sit, ꝙ per illam solam fit apprehensio. Et causa manifesta est. Si enim ad eam propterea perforata est vuea, ne visibilium apprehensionē suo colore impediat, vbi hoc non euenerit, ei, scilicet, impedimentum afferet. Quare etsi in toto oculo spiritus diffusus fuerit: fieri, non potest: vt per totū apprehendat. Et quemadmodum si aliqua domus fuerit, quæ vnum solum foramen habeat, in eo autem foramine si permultum vitri nigri: ita vt per id lux non possit domum illuminare, cū neque eius, neque alicuius alius rei, quæ intus sit, fiat apprehensio: sic & in cornea accidit. Si enim omnia, quæ intra illam sunt, essent perspicua, cum lux non possit propter corneæ colorem, quod in eis est, perspicuum in actū deducere, nō apprehendet ea, quæ est intra illa, facultas, ne ipsam quidem vueam. Quare si omnino per totā eorneam non videmus, sed per solam pupillam: superuacaneum est quærere, cur non & ipsam visus vueam apprehendit. Maxime: inquit, & si eum, qui est intus, humorē videmus, cum extra visus tamen non procedant, cur nō intus esse affectionē sentimus: sed extra esse existimamus affectionem, quæ intus est? Ad hoc ergo dico ꝙ omnibus fere, quæ præter naturam sunt, dispositionibus ratio quid naturaliter accidit. Qui enim capitis vertigine laborāt, ijs quoq;, quæ extra sunt, affectionē suam addūt, nō vtique, ꝙ spiritus aliquis foras ex cerebro exierit. Sed &, qui in ore præter naturam saporem aliquem habent, eū & cibis & potibus quoque inesse existimant. Vnde & dictum est: & rursus dicetur, id, quod aliquid sit apprehensurum, nulla eorum, qualitate esse præditum, quorū est apprehensionem retēturum. & similiter, quod est eorum transportatiuum, eorum nulla qualitate præoccupari. Et propterea, quoniam aer est & colorum, & sonorū, & odorū trāsportatiuus & coloris & odoris, et soni p se expers est. Si.n. colore aliquo esset p̄occupatus, hoc reliquorum trāsportationi impedimēto esset. & ꝓpterea, vt iam dixi, colorata specula reliquos colores transportare nō possunt. Quemadmodum ergo rubro, vel cæruleo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

colore tincta ſpecula, quæcunque per ea videntur eiuſdē quoque eſſe coloris oſtendunt: ſic & vnumquodq; ſenſorium, quando ab vna aliqua qualitate eorum quorū iudex eſſe debet, præoccupatū fuerit ex morbo aliquo, eandem quoque qualitatem omnibus ſenſilibus adijciet. Sic ergo & lingua, quādo fuerit aliqua qualitate affecta, omnibus quoq; guſtabilibus eandem ineſſe qualitatem exiſtimat, q̄ ipſa iam prius habebat. Guſtabile enim guſtans, quoniam acriorem, et efficaciorem habet, qui in ſe eſt, ſaporem, ei quoq;, qui accedit, idē adeſſe exiſtimat, & ideo, qui ita habent, vehemētiores, & acriores ſuccos adhibent. vt verbi gratia, acetum, vel quid eiuſmodi, vt cum eo, qui eſt in lingua, præter naturam ſucco potentius fuerit, a ſenſitiua poſsit facultate apprehendi. Quod ipſum in viſu quoque accidit. eo enim colore, qui nobis præter naturam infuerit, colorata quoq; ea eſſe, quæ extra ſunt, putamus: Vt in ijs, qui regio morbo laborant. Omnia enim eſſe flaua exiſtimant. Quoniam perſpicuæ oculi partes, per quas viſibilia apprehendimus: vt humores, & cornea, pallidæ euaſerunt, quæ per ea quoque videtur, talia exiſtimamus: ſicut & quæ perſpecula cernuntur, eundem quoque colorem habere videntur, quē ſpecula. ſic & in eo humore, qui in oculo concreſcit, eundem colorem, & figuram in aere apponimus. Et quemadmodum iam dixi, ſi ſicut in reliquis ſenſorijs, quando præter naturam ſe habent, ſenſilibus quoq; eorū affectio ineſſe videtur, & ſi id non fiat per ſenſus emiſsionem, eſt rationi conſentaneum id quoque in viſu euenire. Non ergo propterea q̄ ſenſorium proprium foris affectionem apprehendat, ex oculo exire ſpiritus admiſimus. Contingit autem & ad figuram eius, q̄ incubuit, humoris, talia etiā exterius videri propter hanc cauſam. Si enim humor qui incubuit, omnem pupillam inuaſerit, tota operatio lædi tur. Si autem in aliqua pupillæ parte in viſiuam facultatem inciderit, vndiq; ingredientibus viſibilibus & luce: cum in ea quidem patre ſit viſus priuatio propter incurſionem & interpoſitionem humoris, fit quidam error: et videtur pars illa, per quam non videt aliquod corpus extra eſſe clarum, & ſimiliter figuratum: & ideo ſi contigerit vt non ſtet, ſed moueatur humor, extra quoque videtur eſſe aliquod corpus & ſemper moueri: cū in alia parte viſus fuerit priuatio. Quid mirum autem ſi ſunt ſpecula, quæ imaginum repreſentationē extra exhibēt? Atqui ſuſpicari poſſet quiſpiam imaginem, quæ apparet, extra circūferri, & hoc ipſum in ijs, quæ ſunt præter naturam, oculi affectionibus, ſeu diſpoſitionibus, fieri. Cur ergo inquit, cum nimia pupillæ latitudo fuerit, nō videmus? Qui enim viſus cauſantur, rationi cōſentaneam cauſam habent, q̄ viſus exeuntes diſpergantur, & diffundantur & in emiſsione non ſeruent figuram, quam ſeruarent, ſi pupillam ſecundum naturam habeāt. Quid autem dixeris in operationibus? Latiore enim exiſtente pupilla ingredientibus opationibus magis videre oportebat. Rurſus ergo eſt & ad hæc ex eiſdem ſuppoſitionibus occurrere: q̄, vt ſæpe dictum eſt, oportet ſenſilia ſenſorio ex directo opponi. Dicet ergo aliquis diffundi opationes, & non in ipſum centrum ferri, vbi eſt iudicium: ſed hoc eſt ridiculum. Si enim eſſent corpora, eſſet probabile, quod dicitur. Nūc autem quomodo fieri poteſt, vt diffundantur opationes incorporeæ? Nam oino quomodocunq; ſita centra fuerint, viſibilia ſenſorio directe opponuntur, in quo eſt iudicium. Quid ergo vetat quominus exacta ſit illorum apprehenſio? Quæ autem cauſa eſt, q̄ cū peruerſæ ſunt pupillæ, & non ſub vna & eadem recta ſunt, ſiue ex naturali vitio, ſiue de induſtria, vt quando in inferiore cilio infixo digito alterius oculi ſitū ſuperius amouemus, in hoc ergo ſtatu cum ſumus, res duplices videmus? Ego itaque huius cauſam aliquando interrogatus, & viſuum ſuppoſitione vſus, ſic eius quod fit rationem reddidi: q̄ ſi duos ex oculis conos exire dicimus ab vna & eadem recta, et indeclinabili linea, quæ per cryſtallinorum humorum centra defertur, & le viſus viſibilibus applicant, & triangulos faciunt baſim quidem habētes ſenſilem: latera autem axis coni, vtrinq; æqualiter diſtantes viſus, per quos & viſibilium iudicationes fiunt: Sunt autem duo axes vniuſcuiuſq; coni, circa quem reliqui ſunt viſus: Clarum eſt vtique, q̄ ſi non declinauerit quidem recta linea, quæ per centra cryſtallinorum eſt conis deducitur, qui æqualiter ab axibus viſus diſtant, ſe in ijſdem ſignis viſibilium ita applicant, vt viſiuū inter ſe fines coueniant & angulos æquales faciant, quoniam diſcernuntur quidē ſenſilia per angulos, qui fiunt ex viſibus vtrinque æqualiter diſtantibus: Quoniam autem coni non declinant: quæ ab axibus vtriuſque coni æqualiter diſtant merito, vt vnum, vnum apprehendunt. Quemadmodū ergo & ſi duo ſenſilia fuerint, eo q̄ alij, & alij eis viſus incidant, qui neque per ſe inuicem conueniunt, & diuerſos angulos faciunt, propterea duo quoque apparent, q̄ videntur, vel plura: ita ſi inuerſus fuerit viſuum ſitus, euenit, vt in idem ſenſile ex vtroque cono ſe viſus applicet ab axibus non æqualiter diſtantes. Et quoniam ab ijſdē ſignis diuerſi ſenſilis anguli fiunt, merito & duo ſunt iudicia, & propterea duo eſſe vnum quoque ſenſile videt. Sic ergo ex ea, quæ eſt ſecundum viſus, ſuppoſitione, eſt eius quod fit cauſam probabiliter aſsignare. Quam autē huius cauſam dixerit eſſe quiſpiam, operationum ſuppoſitione vtens? Ad dubitationem autem de interuallis, dico autem eam, quæ dicit, q̄ ſi ad nos operatiōes veniūt, & non ex viſibilibus ad ſenſilia aliquid emittitur: vnde nam interuallorum ſenſum & magnitudinē accipimus? Neque enim aliud alio propius vel longius videri poſſit, cū omnia ſimiliter ſenſilia ad ſenſorium veniant. Quomodo autem maiora vel minora appareant, quæ invnū ſignum terminātur omnia? Hoc ergo ſoluentes dicunt, q̄ ſi in auditione aperte ſentimus an prope vel longe ſit, quod ſonat: & ſi manifeſte ſenſilia ad ſenſorium non accedant: nec ex ſenſitiua facultate egreditur aliquid: quid mirum ſi in viſu idem quoque accidit, viſibilium operatione in viſus incidente? Quod ipſe enim aer percuſſus et ſonum edens auditui non appropinquat: ſed per quandam ſuam ſonorum tranſuectricem facultatem aer ſonos trajicit, ſicut & operationes colorum: ex eo clarum eſt, q̄ cum ſumus in aqua, eos, qui in aere ſonitus fiunt, ſentimus, non ipſo vtique ſonante aere per aquam trāſeunte, ſed ea, quæ in aqua eſt, ſoni vectrice facultate. Et in aqua enim eſt, quod tranſuehit renunciatiuam ſonorum facultatem. Quanquam ſi & ipſe ſonans aer ad ſenſoriū accederet, pro eo quod propoſitum eſt adhuc magis faceret. Vnde enim ſonante aere ad ſenſorium veniēte, ſentimus, an longe ſit, quod ſonat? Quare etſi huius cauſam tradere quis non poteſt, ſed tamen q̄ non ex eo refellatur Ariſtotelis de viſibilibus opinio, oſtendit, quod fit in ſonis, & in ijs ſonorum tranſuectrix aeris facultas, quę ſonos ſenſorio renuntiat & ſi nihil ex ſenſorio exeat. Et tamen an longe ſit, an procul ante vel retro, ſentimus Potentia autem propemodum idem eſt lumen, quod & tenebræ. Quoniam enim perſpicuum non eſt ſemper actu perſpicuum: perſpicuum autē dico, quod apud nos: cœleſtia enim ſunt ſemper perſpicua: in quibus eſt potentia perſpicuum, in his ſunt neceſſario quoque tenebræ. Priuſ quam enim ſit actu perſpicuum, tenebræ ſunt. Quod.n. adhuc eſt potentia, ſecundum huiuſmodi potentiam, dico autem primā, eſt in priuatione eius, quod poteſt. Priuatio autem luminis ſunt tenebræ. Quorum ergo præſentia lucem facit in eo, quod eſt potentia perſpicuum, ei abſentia facit lucis priuationem in eo ipſo. Lucis autē priuatio ſunt tenebræ. Sicut viſus quidem eſt aliqua ſpecies: eius autem abſentia non aliquam aliam ſpeciē affert, ſed viſus ſolum priuationem. Et hæc eſt cæcitas. & ſicut gubernatoris abſentia nauem ſubmergit, & ſi nulla alia forma in naui inſit, ſed ſolum gubernatoris priuatio, ſic & luminis abſentia neceſſario ſunt tenebræ. Si autem lux tenebris opponitur: ſunt autem tenebræ priuatio: lux eſt forma neceſſario. Forma enim priuationi opponitur ſecundum ea, quæ in Phyſica dicta ſunt. Si autem lux forma eſt: ſunt autem formæ incorporeæ: corpus enim eſt, quod conſtat ex materia, & forma: clarum ergo eſt, q̄ lumen corpus nō eſt. Si autem nolit quiſpiam lucem tene-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bris opponi, vt habitum & priuationem, sed vt contraria: eo q̃ habitus quidem mutatur in priuationem, nõ itidem autem & priuatio in habitum mutatur: lux autẽ & tenebræ in se inuicem mutantur, & ipsa propterea volunt esse contraria, quoniam contraria in se inuicem mutantur, & sic nihilo secius lux esse incorporea ostendetur. Si enim lux contraria tenebris: in compositis autem substantijs nulla est substantia alicui substantiæ contraria, vt in prædicamentis ostensum est: sunt autem corpora compositæ substantiæ: non ergo corpus lux est. Nihil enim est corpori contrarium: quoniam neq; quicquã est compositæ substantiæ contrarium. Si enim ignis est aquæ oppositus, non quatenus corpus est, sed quatenus secundũ contrarias qualitates est qualitatibus præditus Quare tenebræ quidem secundum quid sunt contrarium: secundum quid autem non contrarium. Similiter secundũ q̃d quidem sunt priuatio: secundum quid autem nõ. Si quis enim priuationem esse dicit, quæ ad formam non reuertitur: non sunt tenebræ priuatio, sed contrarium. Si priuationem autem dicit, vt in Physicis dictum est, solam formæ absentiam, quę ad formam etiam reuertitur, fuerint tenebræ priuatio. Rursus si contraria quidem dicat quispiam, quæ forma prædita sunt, & quæ propriam habẽt operationem, non sunt luci tenebræ contrariæ. Nullam enim formam habet, nec propriam facultatem, vel operationem. Si quis autem omnia dicit simpliciter contraria, quæ in seinuicem mutantur, sunt luci tenebræ contrariæ. Quod autem tenebræ forma non sunt, hinc est apertum. Lucis enim causa est sol, vel ignis, vel luna, vel tale quid aliud. Tenebrarum autẽ nullam videmus causam, sed ad hoc, vt sint tenebræ, satis est illuminatiui absentia. Sed neque aeris est qualitas, vt quispiam existimauerit, tenebræ. Si enim est aeris qualitas, cur non in luce videntur? Quomodo autem repente absq; tẽpore luminis statim præsentia euanescunt? Nulla enim qualitas absque tempore a suo subiecto recedit Si aũt illuminatiui operationis priuatio sunt tenebræ: est ergo lux operatio. Nulla autem operatio corpus est. Lux ergo corpus nõ est.

Lux autem est ueluti color perspicui, quando actu fuerit perspicuum, ab igne, uel eiusmodi: quale est corpus quod est superius. Ei enim ineſt idem.

Cum superius lucem colorem esse dixisset: Perspicuũ enim, inquit, dico quod est visibile, nõ per se autem, sed per alienum colorem. lucem: cum ergo superius indistincte lucem colorem esse dixisset, hic oratione corrigit, cũ dicit, q̃ veluti perspicui color lux est. Non enim color, sed veluti color. Quod enim nõ simpliciter perspicui color lux est, declarauit, cum addidit, quando actu est. Est enim semper perspicuum: non semper autem lucem habet. Quare non in sua natura est, vt color perspicuij sed per proportionem & conuenientiam veluti color. Sicut enim visibilia, q̃ colorem habeant, fiunt visibilia: sic & visibile, quando habet lucem, fit visibile. Quoniam ergo non habet, proprium colorem perspicuum, sed alienum: non citra rationem adijcit, a quo eum habet Ignis enim præsentia, vel, quod est superius corporis, solis, & lunæ, & astrorum Iis enim ineſt vnũ & idem. Igni enim & quod est superius solis corpori, & lunæ, vnum & idẽ illuminatiuum ineſt, per quod vtrunque eorum ad operationem deducit, & perficit perspicuum. Sicut ergo perspicuum, cum sit vnum & idem, ineſt pluribus substantia differentibus: sic & lux, & differentes mensuræ & perspicuitatis & luminis. Quæ enim sunt apud nos perspicua, aliquando quidem potentia, aliquando vero sunt actu perspicua. Cœlestia vero actu semper habent perspicuũ, a sole enim semper illuminantur. Ostensum est enim q̃ terræ vmbra, & si ad lunarem vsque sphæram, vel etiam Mercurij peruenìat, sed tamẽ valde exiguus est locus, quĩ adumbratur. In sui enim ipsius vertice conus lunarì sphæræ, vel Mercurij se admouens minimam partem adumbrat.

Quid est perspicuum, & quid lux dictum est, q̃ neque ignis neque omnino corpus, neque ullius corporis effluxus, esset enim sic quoque in corpore: sed ignis: uel alicuius eiusmodi præsentia in perspicuo.

Neque enim perspicuum corpus est, eo q̃ est in corpore. In aqua enim vel in aere, vel in aliquo ciusmodi. q̃ sunt corpora. Vt corpus autem sit in corpore, fieri non potest Sed neque lux corpus est, siquidem actu perspicui quoque forma est, sic enim esset corpus quoq; in corpore & siquidem perspicuum est in corpore, huius autẽ perfectio & forma lux est. si autem non est corpus, neq; ignis, neq; ignis effluxio, vt in Timæo videtur Plato dicere, quem in his quoque tacite innuit, sic enim corpus quoque esset, corporis enim effluxio corpus est, & aliquĩ si non solus ignis illuminatur, sed & alia, non fuerit ignis effluxio. Effluxionem autem in cœlestibus luminaribus cogitare stultum est. In quibus enim est effluxio, in ijs affluxu quoque opus est, In ijs autem auctio, & diminutio consideratur, Si autem nihil est horum in cœlestibus, necesse est nec secundum effluxionem corporum ipsa illuminationem facere. Si autem non est corporis effluxio lux, non corporum effluxionem dicit, sed quod ipse dicit Aristo emissionem, & operationem, hoc ipse effluxionem dixit Sed ignis, vel alicuius eiusmodi præsentia in perspicuo. Non q̃ ignis insit in perspicuo. Neque enim perspicuum, igne in se suscepto, sic fit actu perspicuum, sed secundum communicationem potẽtiæ incorporeæ. Cum enim sit aliquo interuallo ignis dissitus, q̃d ei directo oppositum est perspicuum, illuminatur. Præsentiam, habitudinem, quæ est ex coitu ignis ad perspicuum, appellauit, perinde ac si diceret dextrum fieri dextrum siniſtri præsentia.

Neque enim fieri potest, ut duo corpora in eodem simul sint.

Postquam dixit lucem non esse corpus, addit & demonstrationem. Neque enim fieri potest, vt duo corpora sint in eodem, q̃ autẽ fieri non potest, per plura ostenditur. si enim fieri posset, vt corpus per corpus procederet, vt ipse alibi dicit, esse posset mare in cyatho, & in milio cœlum. Si enim cyathus aquæ in eodem loco alterũ cyathum exceperit, & tertium admittet, & quartum, & innumerabiles. Si enim duo corpora idem vnius locus omnino caperet, cur non & plura, vel infinita, & sic mare in cyatho esse posset? Si autem fieri non possit, vt corpus per corpus procedat, lux autem procedit per aerem corpus ergo non fuerit. Si quis autem dixerit, q̃ in aeris ponis seu meatibus procedit, est maxime quidem absurdum introducet enim vacuum. Vacuum enim ab aere separatum relinquet locum, in quo erat. Deinde oporteret aerem crasiorem & densiorem fieri impletis meatibus, nunc autem lucis fit præsentia subtilior.

Et uidetur lux esse tenebris contraria. Sunt autem tenebræ talis habitus priuatio ex perspicuo. Quare manifestum est, q̃ huius præsentia lux est.

Argumentum a contrario, q̃ lux non est corpus. Si enim tenebræ luci opponũtur, tenebræ autem nihil sunt aliud q̃ lucis priuatio (neque enim cum aliquid fuerit in aere, fiunt tenebræ, sed lucis tãtum modo absentia) quod autem priuationi opponitur, est habitus, lux ergo talis facultatis est habitus in perspicuo, & nõ corpus. Vt iam autem diximus, etiam si luci contrarium quis dicat esse tenebras, omnino necesse est ipsum non esse corpus: quoniam nihil est substantiæ contrarium. Sed & si quis lucis priuationem tenebras esse dixerit: eis autem oppositam esse lucem, vt formam secundum ea quæ in physica dicta sunt: & sic quoque non est corpus. Est enim omnis forma incorporea. Ipsa enim corporis forma, quæ triplicem habet dimensionem, siquidem particularibus omnibus conuenit corporibus, corpus non fuerit. Si enim corpus esset, definitam aliquam magnitudinem haberet. sic autem non conueniret similiter & cubitali. & vnius digiti corpori, & reliquis. Quare necesse est ipsa p se corporis formam incorporeã habere, & ipsum enim corpus est compositum ex materia, & forma. Quare &

si lux

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſi lux forma eſt in perſpicuo: ſunt enim tenebræ priuatio neceſſe eſt ipſam non eſſe corpus.

Et non recte Empedocles, nec ſiquis alius ſic dixit, q̃ lux fertur, & eſt aliquando inter terram, & id quod ambit, nos autẽ latet. Hoc enim eſt præter eam, quæ eſt in ratione, ueritatem, & ea, quæ cernuntur: in exiguo enim ſpatio latuerit: ut ab oriente autem ad occidentem lateat, admodum magnum eſt poſtulatum.

Poſtquam oſtendit lucem nõ eſſe corpus, eos, qui in hac fuerunt opinione, reprehendit. quorum eſt & Empedocles, qui dicebat effluentem lucẽ, cum ſit corpus, ex illuminante corpore, eſſe primum in eo loco, qui eſt inter aerem & cœlum: deinde ad nos peruenire: talem autem eius motũ latere propter celeritatem. Hoc autem, inquit, eſt & præter rationem, & præter ea, quæ apparẽt. Neq; enim videtur, cum ſic mouetur, & ad nos deuenit: & inſenſilem quidem motum dicere in paruo interuallo poſſet aliquis. ab oriente autem ad occidentẽ, inſenſiliter mouet, magnũ re vera eſt poſtulatum. Perſea autem, quæ dicit aduerſus Empedoclem, rurſus oſtendit, lucem corpus non eſſe. Si.n. corpus eſſet, ei motu opus eſſet, vt ad nos deueniret. Si aũt motu: & tpe. Omnis enim motus eſt in tpe. Nunc autem ſimũl illuminantur, & quę prope ſunt, & quæ longe ab illuminante. Eſt enim præter rationem, vt iam dicebã, dicere, q̃ tantus motus ſit inſenſilis. Illud autem, Et ſi quis aliud dixit, ſic aduerſus Platonem intenditur. Videtur enim & ipſe in Timæo ipſam quoq; corpus dicere, & ad nos per effluxionem venire.

Eſt autem coloris quidem ſuſceptiuum. quod eſt coloris expers: & ſoni, quod ſine ſono eſt.

Poſtquã oſtendit, lucem corpus non eſſe, ſed tanquã colorem aeris: & tanq̃ alienum colorem eum aerem ſuſcipere. Nunc infert aliquid, quod eſt p̃dictis accõmodatũ, q̃ id quod debet colorem ſuſcipere, non oportet ipſum proprium colorem habere. is enim immixtus non ſinit purum eſſe, qui adiicitur. Oportet ergo aerem, ſi vel colores, vel lucẽ, vel ſonos, vel odores eſt traiecturus, ipſum & coloris, & ſoni, & odoris eſſe expertem. Et hæc cauſa eſt, q̃ per perſpicuum videantur colores, q̃ ipſe ſit coloris expers & ſecundum propriam naturam. Vnde & in perſpicuis lapidibus, in quibus acrior fuerit color, vt nigrum vel rubrum, in his impeditã videmus perſpicuitatem: in quibus autem tale quid non eſt, minus impeditam, & magis videmus, quæ per eam videtur. Et ideo per album quidem vitrum exacte videmus eo q̃ prope modum coloris expers eſt eiuſmodi. Per id autem, quod habet alium colorem, ſecundum proportionem coloris. Eſt enim perſpicuitas per quam aliq; quoq; colores tranſportantur, vel magis, vel minus.

Eſt uero expers coloris & quod eſt perſpicuum, & quod eſt inuiſibile, uel quod uix uidetur, cuiuſmodi uidetur, quod eſt tenebricoſum. Tale autem eſt perſpicuum quidem, ſed nõ quando actu fuerit perſpicuum: ſed quando potentia.

Cum dixiſſet, id quod eſt colores ſuſcepturum, eoſq; traiecturum, coloris expers eſſe oportere: quidnam ſit illud coloris expers intulit. Potentia enim, inquit, perſpicuum, q̃ vel eſt inuiſibile, vel vix videtur, cum nõ adſit eius color. Id aũt eſt lux, vt cum ſit aer per ſe perſpicuus potentia, & ſit eius veluti color lux, qñ nõ adeſt lux, vel omnino nõ videtur, vt media nocte vel vix & euanide, vt circa diluculum: Tunc enim euanide & illuminaẽ aer, & videtur, cum nondum ſit perfecte perſpicuus. Vel ſic ergo, quod vix videtur, accipiendum eſt: vel, vt Alexandro videtur, de eodem inuiſibile, & quod vix videtur. Dico autẽ de omnino obſcurato aere: qñ videntur quo dãmodo & tenebræ a viſu iudicari. Quod ſi ita eſt, & videri. Cognoſcuntur autem a viſu tenebræ, vt ſæpe dictũ eſt, ſecundũ negationem, priuatione lucis, & viſibilium. Vnuſquiſq; enim ſenſus, p accidens etiam proprium ſenſilium priuationem apprehẽdit. Propterea, & quod vix videtur, dixit, quoniam non per ſe, ſed per accidẽs eſt viſibile. Tenebricoſum enim dicit, quod obſcuratũ eſt.

Eius enim natura aliquando quidem tenebræ, aliquando uero lux eſt.

Eius enim perſpicui natura, hoc eſt ipſum ſubiectum, & lucis eſt ſuſceptiuum et tenebrarum. Lucem autem dixit, quod actu eſt perſpicuum, & tenebras, quod potentia. Ea enim ſunt eius veluti colores. Sicut ergo nix alba dicitur, vt quæ habeat albedinem, ſic & dicitur. Nam & ſtatua hoc ipſum ſtatua dicitur, & non æs. Sic & locum, qui eſt ſolis particeps, ſolem dicere iuxta conſuetudinem ſolemus. Pone enim, dicimus, ad ſolem. Et ipſe quoque ſic dixit.

Non omnia autem uiſibilia ſunt in luce, ſed ſolus proprius color. Nonnulla enim in luce quidem non uidentur, in tenebris autem ſenſum faciunt, ut, quæ ignita apparent & ſplendentia. Hæc autem uno quidem ſunt nomine innominata, ut fungus, cornu, capita piſcium, & ſquammæ, & oculi: ſed nullius horũ utdetur proprius color.

Cum paulo ante dixiſſet viſibile eẽ & colorẽ, & quod definitione quidem dici poteſt, vno autem nomine appellare nõ licet: deinde aũt dixiſſet qũo color ẽ viſibilis, qm̃ eſt motiuus eius quod eſt ſm actum perſpicuum, & ideo de luce dixiſſet, q̃ in ea & per eã color eſt viſibilis: nunc tranſit ad ea, quæ videntur p̃ter colores, q̃ nõ ſunt in luce viſibilia: hoc eſt. n. colorũ proprium, & enumerat qnænã ea ſint: vt fungus, cornu, capita piſciũ, & reliqua: &, quæ lampyres appellantur: &, vt ſemel dicã, quęcunque ignita ſunt, & ſplendida Et eorũ alia quidem noctu tm̃ videnr̃, aliavero & noctu, et iterdiu. Et vt ſummatim dicã, quatuor ſunt viſibiliũ differentiæ. Eorum enim alia quidẽ interdiu ſolũ videntur: alia vero noctu ſolum: alia aũt & noctu, & interdiu: alia vero nec cũ tenebris quidẽ ſimul eſſe ſua natura poſſunt. Quid autem eſt horũ vnũquodq; hinc manifeſtum eſt. viſibilium enim alia quidẽ ſunt colores: alia vero innominata, q̃ ad ea quidem vno nomine appellanda attinet quæ veluti quendã colorem, ſplendorem habent. Colores itaq; interdiu tantũ videntur: noctu autem nequaquam. Splẽdidorum autem alia quidem noctu ſolum videntur: alia interdiu ſolum: alia & noctu, & interdiu. Eorum enim quædam ſunt valde ſplendida: alia vero obſcure & exigue ſplendida: alia aũt mediocriter. Quæ ergo habent ſplẽdorem exiguum, noctu ſolum videntur: vt lampyres, & ſquammæ, & ſimilia. Eorum enim ſplendor interdiu non apparet, vt quia maiore vincatur. Præterea autem & plures ſtellæ. Quæ autem ſunt media & noctu, & interdiu videntur, vt luna, & quædam aſtra, vt heſperus, ſi terræ ſit, ppinquior. Præterea autem & ignis, is enim, quãtum poteſt, aerem perficit, & eius perſpicuum in actum, & operationem deducit, vt & eos, qui in eo ſunt, colores oſtendat: in reliquo autem ſeipſum quidem oſtendit, quod eſt autem illius perſpicuũ, in actum nõ deducit. Vnde ipſum quidẽ videmus, etſi procul in tenebris ſumus, ſed nullũ eorum, qui circa nos ſunt, colorum. interdiu autem rurſus ignis apparet, vt nihil quidem ſplendidum in aerem agens, q̃ a maiore iam ſplendore affectus ſit: ſic autem quodammodo apparet, vt & reliqui colores, vel potius, quemadmodum lunæ ſplendor, eo quod ſit valde obſcurus & exiguus, interdiu apparet, ſic & ignis quando non procul oſtenditur, dum lux eſt. Quæ autem ſunt valde ſplendida, ſolum interdiu, vt ſol, quandoquidem ipſe & lucis, & diei cauſa eſt. Ei autem, quod dicit, Non omnia autem ſunt in luce viſibilia, adiiciendum eſt, ſolum. Non enim omne viſibile in luce ſolum eſt viſibile, ſed vniuſcuiuſq;, inquit, proprius color. ſunt enim colores in ſola luce uiſibiles. addidit autem illud, ſoli, quoniã ignis quoque ſplendor, & ſi non ſit color, in luce videtur, ſed non in ſola luce, ſed etiam in tenebris, ſed nullius horum videtur proprius color. Sex ergo eſſe in vniuerſum dicit viſibilia. quorum quinq; quidem dicit, alterum autẽ, vt apertum, fortaſſe prætermittit. Nam & colores in ſola ſunt luce viſibiles. Quædam autem alia in tenebris ſolum, vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lāpyres, & ſimília. Alia verò & in luce, & in tenebris, vt luna, ignis, & quædam aſtra. Plurima enim ſolum in tenebris videntur, eo ꝙ a ſola ſolis maiori luce vincantur. Præterea autem viſibile dicit, & quod eſt actu perſpicuum, ideſt illuminatum aerem. Vt prius enim oſtendimus, nullo alio diem eſſe iudicamus, præterquam viſu. Ad hæc autem, & quod eſt potentia perſpicuum, ideſt tenebras, viſibiles eē dicimus negatione. Eſt autem, quod his accedit, ſextum viſibilium, ſol genus. Quod, cum ſit omnium longe lucidiſsimum, neque in tenebris apparere dixeris, is enim eſt, qui tenebras amouet & expellit: neque interdiu, ipſe enim diei effectiua cauſa. Atque omnia quidem præter colorem, & tenebras, ſunt ipſa ſibiꝝ ſis cauſæ, vt videantur, vt quæ ſunt luminoſa Noctu. n. lampyrum vel ſquammarum, vel aliorum color non videtur, ſed interdiu, neque enim eorum ſplendor ad eo perſpicuum poteſt aerem efficere vt colorem, qui eſt in alio ab eis corpore, traiiciat, ſed tantas habet vires, quantæ ad ſeipſum manifeſtandum ſatis ſint, non ita autem et colores.

Propter quam. ergo cauſam hæc uidentur, alia eſt oratio.

Propter quam, inquit, cauſam, quę noctu cernuntur, videntur, non eſt præſentis orationis dicere. In lib. enim de ſenſibus & ſenſatis dicit, ꝙ aer ſuapte natura a ſplēdido illuminari aptus eſt, cuiuſmodi ſunt cœleſtia. Quæ ergo huius partem habent, exiliter & obſcure noctu illuſtrant eum, qui eſt circa illa, aerem, q̄diu nō a magis ſplendido illuſtratus, eorum penitus lumen euaneſcere fecerit. Tm̄ autem illuminant, vt ſeipſa oſtendant. Nā & ignis, ſi multus ſit, ideo perſpicuum illuminat, vt & colores quoꝙ poſsint videri. Si aūt pauca ſit, eouſꝙ perſpicuum illuſtrat, vt & ipſe videatur, & ſi multum manſerit. Talia aūt aſtra quoꝙ noctu ſunt interdiu. n. lumen ſolis ea apparere nō ſinit. Atqui ſemp quidē lux ſolis cœleſtia illuminat. ſicut enim paulo ante dixi, exigua ē aeris pars, quæ obūbratur: ſed ſi noctu, & interdiu ſolarem lucem oīa cœleſtia ſuſcipiunt, cur nō noctu cœleſtia illuminata videmus? cur aūt noctu ſtellas videmus? cur enim interdiu potius q̄ noctu earum lucē ſol abſcondit, ſi quidem ſemp illuminant a ſole? Dico ergo, ꝙ cono vmbræ circa nos diffuſo nō poſſumus eū, qui eſt ſupra vmbrā, vtrinꝙ illuminatum aerē videre. Aſtra aūt, et quæ ex eis ſunt ſplēdidiora, ſe ipſa nobis, vt dictum eſt, annunciant. Quod aūt ſatis fieri poteſt vt hoc accidat, hinc clarū eſt, multo enim igne aerē aliquem clare illuminante, vt iam dixi, qui procul ſunt, illuminatū quidem non vident aerem: ipſum aūt ignem q̄nꝙ vident. Quod aūt ſtellæ q̄uis a ſole illuminatæ noctu videantur, cauſa eſt, ꝙ nō valde diſiungatur a ſolaribus radiis viſiuum ſenſoriū. Et ꝙ hęc cauſa eſt, hinc didiceris: Q̄n enim ſol eſt in meridie, non poſſumus intentis oculis in eius diſcum aſpicere, viſiuo, vt dixi, ſpiritu valde diſgregato, q̄n aūt in finitore fuerit, & maxime q̄n fuerit caliginoſior, tunc intentis oculis diſcū aſpicere poſſumus, & exacte eū videmus, ꝙ per caliginē eū videamus, & non diſgregentur viſus. Hoc ip̄m et in nocte fit, non venientibus radiis ad eum, qui eſt circa nos, aerem, propter illam autē fit a terra, interpoſitionē & obſtaculum. certe ſi quis ſereno quoꝙ de cœlo in profundum puteum deſcenderit ſtellas videbit, etſi ſupra puteum non videat. Quæ enim in putei profundo vmbra eſt, inſtar noctis viſus cōgregans, & a lumine diſgregari nō ſinens, viſibilia facit apprehendere. Atꝙ ex hoc quidem collegerit quiſpiā nō exire quicquam ex oculis, q̄d ſenſilia apprehendat: ſed, vt in aliis ſenſibus, ad ipſum venire ſenſoriū viſibile. Si enim viſus exirent, quatenus clarum eſt, ꝙ in longitudinem ꝓcedentes imbecilliores fierent: ſic quoꝙ luci ſe applicantes magis diſgregarentur. Nunc aūt neꝙ noctu, cum ad fixarū ſtellarū cœlum peruenerint, ab ea quæ illic eſt, luce diſgreganť. Et q̄n ex puteo quiſpiam aſpexerit, oportebat viſus, q̄ fuerint ſupra puteū, vbi ſe ad lucem, quæ eſt, adiunxerint, ſiſr diſgregari, & ſic non amplius aſtra videre oporteret. nunc aūt vident. nō ergo diſcernuntur. clarū eſt ergo ꝙ diſgregantur tunc viſus, q̄n lux ipſi ſe oculo applicarit. Quare & ꝙ eſt in puteo, vtpote cum ſit circa eū vmbra, & lux ſe oculo non applicet, neꝙ ipſum diſgreget, viſibilium poteſt operationes ſuſcipere: quod noctu quoꝙ euenit.

Nunc autem eouſꝙ manifeſtum eſt, ꝙ id, quod in luce quidē uidetur, color. Quare neque ſine luce uidetur. Hoc enim erat ei color eſſe, eſſe motiuum eius, quod eſt ſecundum actum perſpicuum. Perſpicui autem actus, & perfectio lux eſt.

Quod id, quod in luce quidem videtur, color eſt, clarum eſt: q̄n noctu nō videtur color, ſed lucis p̄ntia Lux enim eſt habitus perſpicui. Color aūt eſt actus, qui eſt ſecundū habitum perfectiuus. Prælente enim colore fit &, quod eſt actu perſpicuū colorum tranſportatiuum. Quare & ipſa eſt coloris definitio. eſſe motiuum eius, quod ē ſm actum perſpicuum, actum videlicet, ſm habitū. Motiuum aūt pro eo, qđ eſt perfectiuū, & exhibitiuū actus.

Huius autem ſignum eſt. Si quis enim id, quod habet colorē ſuper ipſum uiſum poſuerit, non uidebit. ſed color quidem mouet perſpicuum, uidelicet aerem. ab eo autem, ut quod eſt continuum, mouetur ſenſorium. Non hoc enim recte dicit Democritus, ſi eſſet uacuum, quod intercederet, uideri poſſe, etiam ſi formica in cœlo eſſet Hoc enim fieri non poteſt: Patiente enim ſenſitiuo fit uidere. Ab ipſo itaꝙ eius quod uidetur, colore fieri nō poteſt. Reliquum eſt igitur, ut ab eo, quod intercedit. Quare neceſſe eſt aliquid intercedere. Si autem fuerit uacuum, non ſolū non exacte, ſed nihil penitus uidebitur.

Signū dicit, non eius, ꝙ lux ſit actus & perfectio ꝓſpicui: ſed ꝙ colores in luce videanť, et ſint ipſi motiui eius, quod eſt ſm actum perſpicuū, ꝙ ſi in ipſum ſenſorium, oculum dico, poſitum fuerit coloratum. ipſum nō videmus. neꝙ enim videmus ſi pupilla inuncta fuerit: neque id propterea ꝙ non ſit viſiuum ſenſorium: eſt enim, ſed ꝙ nō ſit id quod intercedit, dico aūt perſpicuum, quod a colore moueri ſuapte natura aptum eſt, & eſt viſibili contiguum. Democrito aūt, qui dicebat, ſi eſſet aliquod vacuū inter vidētes & viſibília, multo exactius viderentur, quæ videntur, adeo vt etſi formica in cœlo eſſet, videretur, nullo, quod impediret, interiecto corpore. Nō enim ſolū, inquit, non videremus exactius ſi eſſet id, qđ intercedit, vacuum: ſed nec omnino quidem videremus vtpote cum nō eſſet, quod operationē viſibilis in oculū traiiceret. Deinde & hoc confirmat per ea, quæ deinceps ſequuntur. Patiente enim, inquit, ſenſorio fit videre. Si quid ergo patitur ſenſorium viſibile apprehendens (affectionem aūt ſeu paſsionem perfectiuam eſſe clarum eſt) neceſſe eſt omnino vel ab ipſo colore ipſum pati, vel ab eo pati, quod intercedit hoc eſt ab illuminato ꝓpinquo aere, & ſenſorium attingente. Eo itaꝙ intermedio indiget, quod moueri poteſt, & mouere. vacuum aūt nō eſt tale. ſi vacuum itaꝙ eſſet, nihil videretur. Hic aūt merito dubitant. ſi non videremus aliquo non interiecto, quomodo ſuffuſiones circa corneam coactas extra humores videmus, cū nullus interiectus ſit aer? Quare. n. habet colorem coactus humor, talia videntur videre externa omnia, eum, qui in eis eſt, colorem externis admouentes. Videntur autem ſæpe videre & conopea exterius, cum denſus humor fit in oculo, quem ſenſus videns, eum eſſe exiſtimat, & nominat. Ad hoc dicendum eſt, ꝙ viſiuus ſpiritus in cryſtallino humore viſibilia diiudicat. Oſtendunt enim medici ex diſſectionibus illic fieri iudiciū. Cryſtallina aūt eſt magis intima, q̄ humores, videlicet non ſolum tunicarum, corneæ, & vuæ quæ dicitur, ſed & albugineī ſeu aquei humoris, qui eſt & ipſe ꝓſpicuus. Hic ergo albugineus humor cum ſit perſpicuus, ſicut & cryſtallinus, interiectus eſt inter viſiuū ſpiritum, qui in cryſtallino diiudicat, & ſuffuſionem quæ vueam conſtituit. Quare eſt hic quoque, quod intercedit. Ideo autem colorem, qui intus eſt, quod exterius eſt ſuſcipit, q̄n & q̄n per vitrum quædam colorata videmus, talem quoꝙ illa colorem habere exiſtimamus, qualem & vitrum. Id autem propterea fit, ꝙ, vt oſtenſum eſt, qui in ſuperficie

color

color eſt, is eſt viſibilis: qui autem in profundo eſt, eum non videmus. Sed ſi, quod videtur, eſt perſpicuum, eodem colore tinctum profundum exiſtimamus, quo & ſuperficies. & ſi quid aliud appoſuerimus obſcuriore & exiliore colore coloratum, illud quoq; eiuſmodi apparebit. Qm̃ ergo per coactum humorem, qui eſt coloratus, videmus: exiſtimamus ea quoq;, quæ ſunt exterius, eodem eſſe colorata colore, & propterea dicebat, quod eſt colorū ſuſceptiuum, id colorum expers eſſe oportere: ne ipſo colore viſibilia impediat, ne talia videantur, qualia ſunt. Sed & ad hæc rurſus dubitant, & dicunt, q; ſi ſufficit albugineus humor ad ſupplēdū eius, quod interiectū eſt, vſum, & ꝓpterea videmus humorē coactū circa corneā, oporteret ſaponē oculum attingentem, &, vt ſemel dicā, quidquid eſt viſibile, viſum nō impedire, eo ꝙ non intercedit aer: ſed videri Nā et in ijs oporteret albugineū humorē intermedij vſum ſupplere. Dicimus ergo, q; ſicut aer lucē ſuſcipiens, fit actu pſpicuus: ſic & oīa perſpicua. Qñ ergo ſaponē oculo admouerimus, tenebras offundit, nec ſinit eos, q̃ ſunt in oculo, perſpicuos humores potentia actu fieri perſpicuos. Humor aūt nō coactus, cū ſit pſpicuus, lucem humores trajicit. Vnde ſi oculos claudſerimus, humorem nō amplius videbimus eo ꝙ luci ſint impedimento cilia. Iam & ipſe humor, qñ fuerit condenſatus, non amplius videtur: & neq; quicquam videri permittit, lucem interſæpiens. Quando autem condenſatus humor fuerit exiguus: vt non totam pupillam occupet, eā quidem, quæ in eo eſt, humorum partem non perſpicuam non amplius vident, qui in illam partem incidunt, viſus. Quare in illis partibus ſunt tenebræ Iis autem, qui circūcirca ſunt, viſibus. quod exiguum eſt, videntibus, contingit conopeorū ſeu telarum imaginationem præbere ſed ſi ſapo ſuperpoſitus, eo ꝙ non ſit res perſpicua, lucē impedit: oportet, ſi quidem cogitari poſſet vitreus ſapo, vel ex alia perſpicua materia, eum in oculum impoſitū lucem nō impedire: quare & ipſum videri: ſed oporteret, etiam ſi in ipſum oculum eſſet immiſſus, videri, qđ & euenit. ſi enim in ipſo ſpeculo oculum adglutinauerimus, per ipſum videmus. ſed veriti ne tactu oculos læda mus, tactum ſponte non ſuſtinemus, ſed cilia concludimus. Quod ſi ſuſtinuerimus fixos & intentos oculos alicui perſpicuo admouere omnino videbimus. ſicut etiam tangente aere oculus videt: ſed et qui aquas ſubierunt, vident, quæ ſunt in profundo, cum oculi eorum aquam proxime attingant: ſed quando durum quid fuerit, qđ eſt tacturus oculus, noſtra ſponte veriti ne contactu læ damur, cilia claudimus: & propterea euenit, etiam ſi perſpicuus ſit ſapo, per ipſum non videre, non autem eo ꝙ ſenſorio incumbat: ſicut in nō perſpicuo. In eo enim etſi intentus ſit oculus, cum non ſit perſpicuus, per ipſum nō videbimus.

Propter quam ergo cauſam in luce colorem uideri neceſſe eſt, dictum eſt, Ignis autem in utriſque uidetur, & in tenebris, & in luce: idque ex neceſſitate. Perſpicuum enim ab eo fit perſpicuum.

Eo ꝙ eſt motiuus eius, quod eſt ſecundū actum, perſpicui. Quod eſt ergo ſecundum actum perſpicuum, fit preſentia lucis, Ignis autem in vtriſq; videtur. Et in luce: propterea ignis non ſolum in luce videtur: ſed & in tenebris, eo ꝙ habeat illuminatiuā operationem, quæ ſuum colorem renunciare poſſit. Idque ex neceſſitate. Perſpicuum enim ab eo fit perſpicuum, natura enim apta eſt ignis ſubſtantia ad efficiendum actu perſpicuum, quod eſt potentia perſpicuum. Quare & noctu videmus colores cum ignis eſt. ſed nō hoc dicit, ꝙ propterea videtur, qm̃ factus aer actu perſpicuus, ad viſus ſuam operationem trajicit: nam & cum procul eſt ignis, & in eum, qui eſt circa nos, aerem non agit, videtur tamen, & lampyres, & multæ ſtellæ: ſed ꝙ ſi naturam habet ignis, vt perſpicuum ad operationem deducat, vt per ipſum viſibilia appareant, quanto magis ipſe etiam noctu videbitur? Hoc ipſum autem dicimus & in ijs omnibus, quæ noctu videmus. Nam lampyres, ſi valde prope fuerint, & in manu poſiti ſint, oſtendunt partis manus colorem, in qua poſiti fuerint. Sed quoniam valde exilis eſt earū lux videtur nihil penitus in aerem agere.

Eadem autem eſt ratio de ſono, & odore. Nihil enim eorum tangens ſenſorium ſenſum facit, ſed ab odore quidem, & ſono, id quod interiectum eſt, mouetur, ab eo autem utrunque ſenſorium. quando autem ad ipſum quis ſenſorium appoſuerit, quod ſonat, uel quod olet, nullum ſenſum faciet.

Poſtq̃ de viſibilibus verba fecit, tranſit ad dicendū de audibilibus: & eodē modo de odorabilibus, ordine procedens a perfectioribus ad imperfectiora. Quæſiuerit autē quiſpiā, qūo, cū ſuperius dixerit, ab imperfectioribus, et cōioribus incipere oportere, nō ſuam a tactu doctrinam incipiat: ipſe enim eſt ſenſuum maxime cōis, & ordine vltimus & cæteris ignobilior: ſed a viſu q; eſt aliis & particularior, & pfectior. Dicimus ergo, ꝙ ſuperius quidē dixit a cōioribus, & imperfectioribus eē incipiendū, vtpote ꝙ ſint manifeſtiora cōiora & imperfectiora. oportet aūt a manifeſtioribus incipere. Eſt aūt manifeſtior negatiua rationali: magis autem & ſenſitiua. Atqui in ſenſibus præter opīonem accidit, vt perfectiores, & particulario res ſenſus, iis ſint quoq; manifeſtiores. Omnibus itaq; viſus eſt manifeſtior. Nā & viſibile, dico autē colores ſunt & tangibili, & alijs ſenſilibus manifeſtiores. Propterea ergo hoc ordine vſus eſt doctrinæ: & cū de viſibilibus dixiſſet tranſit ad audibilia. ea enim erant, quæ auditui erant oppoſita: & ſic dicet odorabilia De ſono ergo, & odore eadem eſt ratio, ſicut & in viſibilibus. Quæ ſit autem ea ratio, aperte intulit: ꝙ & ea ſunt motiua alicuius, quod inter ipſa, & propria ſenſoria intercedit. Quod cū mouetur, id autem dico quod intercedit, ipſorū quoque ſenſoria mouentur. Quemadmodum enim viſibilis operatio per id, quod intercedit, ad ſenſorium trāſportatur, nec ipm ab ipſo attingit: ſic et odorabile, & audibile ad eorum ſenſoria tranſportātur per aerem, vel per aquam. Ambo enim ſi cut habent perſpicuam potentiam, ita & ſonorum, & odorum traiectricem. Quod enim in aqua quoq; ſint hæ facultates ſonorū. ſ. & odorum tranſportatrices, declarant piſces & ſonos fugientes, & odore eſcas perſequētes. Qui itaq; apud nos in lacu piſcātur, in cymbarum aſſeribus ſtrepitum edere conſueuerūt, vt piſces in retia cogant. Quod autem & odorentur, clarū eſt quidem ex eo, ꝙ noctu quoq; piſcentur. Deinde ſi viſus & auditus ſunt manifeſte participes, fieri nō poteſt, vt perfectiora habeat qui nō ſit imperfectiorum quoq; particeps. eſt autem imperfectior odoratus, & eius ergo ſunt participes. Eſt itaq; in aqua non ſolum ſonorum, ſed & odorum tranſportatrix facultas. Et nos quoq;, cū aquā ſubierimus, eum qui clamat ſuperius, ſentimus. Odores quidem in aqua non ſentimus, vt piſces. Quæcūq; enim reſpirant, per reſpirationē olfaciunt, vt in aqua autem reſpiretur, fieri non poteſt, cum non ſit aer. Piſces autē non reſpirant, quoniam nec pulmonem habent. Propter quā autem cauſam quæcunq; reſpirant, non ſine reſpiratione odorentur, dicet in libro de odoratu. ꝙ autem & odores, & ſoni eo, quod illos trāſuehat, opus habeant, clarū eſt. ſiquis enim, inquit, odorabile ipſi ſenſorio admouerit, vt attingat, non olfaciet. Neq; enim naris eſt ſenſoriū ſed quiddam intus inſtar pelliculæ, quod a cerebro procedit. ſi quis ergo per narem in ſubtiliſſimas partes comminutum odorabile ei admouerit, vt ipſum attingat, nō ſentiet. Similiter neque auris eſt audituum ſenſorium: ſed vel, quæ intus eſt membranula, vel, qui in ea eſt, ſpiritus ad quam ſi audibile admoueris, non ſentiet. Hoc autem in viſu quoq; apertum. ſi ergo hi tres ſenſus eo, quod intercedit, opus habent, & ſine eo non ſentietur: reliq; quoque, videlicet, vt oſtendet: etſi videantur ipſi, nullo intermedio ſenſile attingentes, ab ipſo pati

De tactu autem & guſtu ſimiliter habet, ſed non apparet. Propter quam autem cauſam, poſtea apertum erit. Quod autem inter ſonos quidem eſt, aer: quod uero inter odorem, nomē nō habet. Eſt enim communis quædā affectio in aere, & aquā

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quemadmodum perſpicuum colori, ſic ei, id quod habet odorem, in his utriſque ineſt. Videntur autem & aquatilia animalia habere ſenſum odoris. Sed homo quidem, & pedeſtriũ quæcunque reſpirant, odorari nõ poſſunt, niſi reſpirent. Cauſa autem de his quoque poſterius dicetur, nunc autem prius de ſono, & auditu definiamus.

Similiter, inquit, & tactus, & guſtus per quidpiã, qđ intercedit guſtabilia & tangibilia apprehendunt. Videtur autem ipſi opus non habere eo, quod intercedit. cur autem videantur non vti eo, qui intercedit aere, in loco in quo de tactu agitur, dicetur. Quod enim inter eos intercedit, non eſt extra, ſicut aliorum, & ideo non eſt apertum. Quod autem inter ſonos quidem eſt, aer: quod vero inter odorẽ, nomen non habet nũc quidem aerem ſolum eſſe dicit ſonorũ tranſuectiuum; nã & piſces ſonos exaudiunt, vt diximus. Quod autem terra, neq; ſonorũ, neq; odorũ tranſportatricem facultatẽ habeat, hinc clarũ eſt ſi quis n. cera, vel luto, vel terreno aliquo aures obtauerit, vel nares: nec audiet, nec olfaciet, Innominatam aũt dicit cõem aeris & aquæ facultatem, per quã odores tranſportantur. Poſteriores aũt, quorum eſt Theophraſtus, ei nomen impoſuerunt Græce δίοσμον, ideſt odorũ tranſportatiuum, ſicut ſonorũ tranſuectrici facultati, δυνχὲς, ideſt perſonans. Quemadmodũ Ariſtoteles traiectrici colorum facultati, δυαφανὲς, ideſt perſpicuum.

Eſt autem duplex ſonus: hic quidem actus quidam: ille uero potentia. Quædam enim ſonum non habere dicimus, ut ſpongiam, lanas. Quædam uero habere, ut æs, et quæcunque ſolida, & leuia: quia ſonare poſſunt.

Quemadmodum in viſu duplex eſſe dixit viſibile: hoc quidem actu, illud vero potentia. Color enim lucẽ non pñte eſt potentia viſibilis: ſic & in audibili: Id autem eſt ſonus: hic quidẽ eſt actu: ille vero potentia. Similiter & in alijs ſenſilibus, Quiſnã aũt ſit potentia ſonus, oſtendit: Quæ abſq; ſonantibus penitus ſonare nõ poſſunt, ea autẽ ſunt ſolida & leuia, in ijs eſt potentia ſonus, qñ non agũt, quatenus ſunt ſonatiua Ipſa. n. aptitudo, vt poſſint ſonare, is eſt ſonus potentia. Qñ aũt potentia agũt, is eſt actu ſonus. Eſt aũt duplex ſonus. De ſono dicere propoſitum eſt, qm̃ & de auditu. Oportet aũt primum dicere de oppoſitis. auditui autẽ opponitur ſonus. Dicit aũt, qđ & in tractatu de cœlo dixerat, q ſonus ẽ, vt paucis dicã percuſsio aeris, quæ taliter fit. Oportet enim ad hoc, vt fiat ſonus duorũ durorum, & leuium corporũ ſimul inter ſe vehementẽ concurſum fieri. In ijs enim, qui intercipitur aer, cõglobatus & violenter expreſſus, ſonũ facit: neq; enim mollia corpora ſonum edunt: vt ſpongiæ, lanæ. neq; dura quidem, non vehementer aũt colliſa: ſed ſenſim & paulatim: Prius enim per partes aer veluti confringitur. Vehementi ergo durorũ corporum concurſu opus eſt, vt multus aer intercipiatur: qui interceptus, & vehementer extruſus ſonum facit. Præueniẽs enim ictus eius exitũ impedit, & aceruatim elidit. Mollia aũt non ſonant, q non poſsint interceptum aerem aceruatim extrudere. Per poros enim & meatus (nã mollia rara ſunt) ſruſtatim cõminutus egreditur. Leuitate autem opus eſt ijs, quæ feriunt, & maxime ad hoc, vt maior ſit ſonus: eo quod oĩs, qui intercipitur, aer aceruatim reprimit. in non leuibus aũt ſruſtatim cõminuitur in pluribus, quæ ſunt, concauitatibus: & non aceruatim egreditur. Nolæ autẽ, & cymbala percuſſa conſtantẽ & diu permanentẽ ſonũ edunt: id aũt, ꝓpter concauitatẽ. In concauitate. n. aer intercipitur, quid diu circa concauũ circũactus, exire non valens, ſonitũ extendit. Et in incuruis ſuis partibus pcuſſum tintinnabulũ, longiori tpe ſonat, qñ a tenui aliquo loro fuit ſuſpenſum. eadem autem eſt cauſa. Percuſſum mouetur: motum aũt mouet, qui eſt in concauitatibus, cõprehẽſum aerem: qui diu rurſus circũactus, & cri alliſus, ſonitũ extendit. Et q hoc ita eſt, ſi non ſit tenui loro ſuſpenſum, ſed manu detentum: vt ab ictu non concutiatur, ſonitum non extendit: idq; ideo, q non motũ tintinnabulũ non mouebit aerem, qui eſt intus: vel ſi ligno pulſauero. Quo ergo non fit ſonus ſimiliter, qñ æs, vel aliquã eiuſmodi materiã quiſpiam pulſauerit? In conſeſſo ergo eſt opus eſſe & materia aptiſsima eorũ, quæ percutiuntur, corporũ. fortaſſe ergo, q in æris, vel argenti, vel taliũ metallorũ ſubſtantia multus ſit aer diſſeminatus, qui eſt ſonorũ cauſa, ꝓpterea ſunt ſonora eiuſmodi metalla. Eſt enim & in ligni ſubã aer, ſed terra cõmixtus, quare ſoni expers eſt, vel parũ admodum ſonat Qui eſt aũt in æris ſubſtantia, vel eiuſmodi, aqua eſt cõmixtus, q habet & ipſa perſonantem facultatẽ. Eorum aũt, quæ dicta ſunt, ſignum eſt, & quod in poculis accidit. Si enim humidum digitum circa labrũ circũduxerimus: fit ſonus quidam expreſsi a digito aeris in poculi concauitatem incidentis & ictu ſonũ perficientis. Et q hoc ita eſt, hinc fit ſenſiliter apertum. Si enim aquã in poculum immiſeris, videbis in digiti circũductione inferius motum, & ſubſultationẽ cum in aqua. Cinſit, qui cõpreſsione incidit aer, digito aquæ motum facientẽ. Si enim fere plenum aqua fuerit poculum, plurimæ quoq; & cõtinuæ aquæ aſperginis ſurſum mittuntur. & ſiquidem ex fundo quis poculum teneat, hæc accidunt. Si aũt non ex fundo, ſed ipſum quis tenet poculũ: ſonus oĩno non fit, idq; ideo, q oportet id, quod pulſatur, ſenſim moueri & agitari, ne extrudatur aer, ſed interius continue reuerberatus, & poculi parietes feriens & ad alteram partẽ repulſus per circũferentiã, & concauitatẽ, diu manet & non diſperatur, & ſic manens magnũ ſonum efficit: ſic & ferrum, vel aliquid aliud eiuſmodi, ſi ſubtili fibra, vel chordula appẽderimus & ære, vel aliquo eiuſmodi, ſenſim pcuſſerimus, diu manet ſonus: ꝓpterea q, vt dixi, eo qđ moueat, & agitet ferrũ, eius, & aeris diu fiat aduerſa protruſio. Vnde ſi interea dum ſonat, ferrũ tenuerimus, ceſſat ei ſonus aeris deinceps diſperſi: & qui nõ amplius reuerberat ad id qđ ſonorũ, qđ in nolis fit, & in tintinnabulis Quare et ſi nõ a fibra, ſeu chordula ferrũ apprehenderimus vt vibret, & agitet: ſilr aũt & tintinnabulũ: ſed manu tenẽtes ſemel pcuſſerimus: ſtatim ſonare deſinit, eo q aeris non fiat repercuſsio: ſed & ſi tenui quidẽ chordula ferrũ appenderimus: non ſenſim aũt: ſed magnũ ictũ dederimus: nõ ꝑmanet ſonus: eo q nõ ſæpe fiat ferri & aeris reuerberatio, ſed a violẽto ictu aer ſemel truſus non recurrat. Et fortaſſe tintinnabulum græce κωδων notatum eſt ἀπὸ τοῦ κινεῖν & ἀδειν, q dũ mouet, canit. poſtq; enim quiſpiã eã tenẽs ſteterit, ceſſabit ſonare ꝓp prædictam cãm, ſtante enim & qui intus, & qui extra eſt agitatus, aere ſiſtit

Id autem eſt, inter ipſum & auditum ſonitum actu efficere.

Poſtquam dixit, quid eſt, id, quod habet ſonũ, id autem dicit, qđ eſt auditui ſenſile, ſubiunxit, Id aũt eſt, &c. Poteſt ſonus eſſe & in eo, quod eſt inter id, quod ſonat, & aliquid aliud, & non auditum, ſed is potentia eſt audibilis, & non actu. Vt ergo, quod actu eſt audibile ſignificet, adiecit, Id quod eſt inter ipſum, id eſt id, quod ſonat & auditum.

Fit autem, qui ſecundum actum ſonus eſt ſemper cuius ad aliquid, & in aliquo. Eſt enim ictus, qui facit.

Poſtquã dixit in quibuſnã eſt ſonus, q eſt ſm potentiã q in ijs, quæ pñt ſm actum ſonare, quo fit, qui ſm actũ ſonus eſt, per hæc adiungit. Qm̃ enim inquit, ictus eſt, qui ſonũ facit, ictus aũt eſt alicuius, ad aliquid, & in aliquo, alicuius quidẽ percutientis, ad aliquid aũt, quod percutitur, In aliquo aũt, quod intercedit, Ictus enim fit motu, qui ẽ ſm locum, ipſe autem eſt alicuius in aliquo, alicuius autem, eius, quod mouet, in aliquo autẽ non in quolibet, neq; enim p inane, neq; per ſolidũ fieri poteſt, vt ſit motus, ſed in aere, vel in aqua. Omnino ergo neceſſe eſt & ſonũ eẽ alicuius ad aliquid, & in aliquo, alicuius quidem, eius quod pcuſit, ad aliquid autem, qđ percutitur. in aliquo vero, in aere. Neq; n. fieri poteſt, vt in aqua fiat ſonus. Si. n. in ꝓfundum immerſus, manus in aqua inter ſe percuſſeris, ſonitũ nõ facies, qm̃ vt iam dicebam, qui inter ea, quæ feruntur, aer exprimitur, ſonum facit. Nam habet quidem aqua trãſuectricẽ ſonorum facultatem, quam δυνχὸν ſeu perſonantẽ dicimus: ſed citra aerem

ſonum

ſonum efficere nõ poteſt Quod quidẽ etiam dubitatiõe dignũ eſt. Si.n qui in percuſsis ſolidis corporibus aer intercipitur, ꝓpterea ſonat, ꝙ ſonorũ traiectricẽ ipſe facultatẽ habeat: & ideo aere omnino opus eſt, vt ſit ſonus: cur & in aqua percuſsis ſolidis corporibus, quæ intercipit aqua, ſonũ nõ edit, cum & ipſa perſonantẽ habeat facultatẽ? Ad hoc ergo dicimus, primũ quidem ꝙ, vt iam diximus, coaceruatũ eorum, quæ feriuntur, concurſum fieri oportet, vt frequens, & denſus exprimatur, & non paulatim aer qui intercipit. Hoc aũt in aqua nequaquã fieri poteſt ꝓpter eius partiũ craſsitudinẽ. cõcurrentibus itaq; ĩs quæ feriuntur, ante percuſsionẽ aqua prius paulatim exprimitur. Præterea aer, cũ ſit ſuapte natura mobilis, eo ꝙ ſurſum ex principio feratur, ſi impelli contingat, a protrudente impetu fertur, eo, qui illi deinceps eſt proximus, diuiſo. in aqua autem non hoc itidem accidit. Cũ.n. natura grauis ſit aqua multa vi opus habet, vt ꝓtrudatur Hoc aũt vt dixi, in aqua fieri nõ poteſt. & cũ alioqui neq; motu ſit facilis aqua quæ protruditur, neq; quæ ei deinceps proxima eſt, facile diuidatur, nec tranſitum præbeat, contingit aquæ protruſionem fieri, & ſi non ſufficientem. Quare neq; ſonũ fieri contingit. Nam & in aere nõ quilibet motus aeris facit ſonum. & alioqui exiſtimare oportet, etiã ſi perſonatrix facultas ſit in aqua & in aere: nõ tñ ſimiliter, ſed aer magis perſonat. Qm̃ ergo & magis perſonat aer, & eſt magis mobilis: in eo merito quidem fit ſonus: in aqua non itidem. Sed & ſi non ſonet aqua, ſonantis tñ aeris ſonos poteſt aqua trãſuehere. Propterea ergo habet omnino tranſuectricem ſonorum facultatẽ. nõ.n aquam hic moueri oportet, ſed eius tm̃ perfici potentiam & ideo: vt dixi. qui in aere fiunt, ſonos ſentiunt vrinatores: & piſces, etſi non ſimliter. Quẽadmodum.n. neq; ſimiliter perſpicua eſt aqua vt aer: ſic neq; odorum, nec ſonorũ tranſportatrix. Quare ſonorũ quidem effectrices caulæ ſunt ſolida & leuia corpora, & eorũ quæ ſunt cõcaua. Materialis aũt cauſa eſt aer. in eo enim ſubſiſtit: & eius veluti forma ſonus eſt. Nõ ſolum aũt i effectiuis, magnitudine, & ſoliditate et leuitate opus eſt: ſed & qualitate prædita ſubſtãtia. Aliter enim ſonat æs, & aliter ferrũ & plũbum, & argẽtum, & lignũ. Qua re lances quoq; ſolent ex diuerſa cõponere materia: vt ſonorum diuerſitate harmoniã perficiant. Eſt.n. harmonia mixtorũ, & eorũ, quæ ſeparatim ſapiunt, vnſo.

Quare fieri non poteſt, ut ſi unum ſit, fiat ſonus. Eſt enim alterum, quod percutit, et quod percutitur. Itaque, quod ſonat, ad aliquid ſonat.

Quoniã ictus quidã ſonus ẽ: quod aũt percutit, quod percutitur. percutit: quid ergo, cũ flagello aerem percuti mus, non ſonũ facimus? ſimiliter & virgis: ſed aer tunc duos vſus ſupplet, & eius, quod pcutitur, & eius, quod intercedit. Qui enim a flagello aer ictu protruditur, exprimitur, cum eo, qui eſt poſt illum, collidens. ille autem eius, qui percutitur, locũ ſuſcipit, & medius expreſſus & a flagello, & ab eo, qui eſt poſt illum aere, ſonat. Sæpe autem triũ quoq; vicem in ſe aer ſuſcipit, & percutientis, & eius quod pcutitur: & eius quod intercedit: vr qñ valde inflauerimus. Hic enim protinus egrediens percutit, ille vero deinceps ab ipſo protruſus alterũ impellit, & ab vtriſq; ſubactus expreſſus trudit: vel potius hic quoq; ẽ, quod pcutit. labra, enim & palatũ, & ea impellens aer, foras extruditur. Quare & inflantes labra cõtrahere oportet: vt cum anguſtiora fuerint, ea expreſſus aer impellat. Atq; in hiatibus quidem a pulmone truditur: aſperam aũt arteriam, & totum os impellit. Sed & in flagello aer non ab vno protruditur: ſed quodammodo a duobus. Inflexum enim flagellũ duorũ vſum efficit. Itaque vtraque eius pars percuſſum eum, qui intus eſt interceptus, aerem protrudit. Certe ſi ſit lignũ craſſum, vel lapis: vel aliud quidpiam, quod in motu nõ inflectatur, non ſimiliter motũ facit, vel certe admodũ exiliter, vt neq; ſit audibilis. Quare & in flagello, & in virga aerẽ feriente, propter prædictam cauſam fit ſonus, duorũ percutientium vſum perficiente flagello. Vnde &, ꝙ ſæpe multis ea, flexibus inflectatur, plures in vno ictu ſonos ſentimus.

Ictus autem non fit ſine lationis motu.

Poſtquam oſtendit ꝙ alicuius ad aliquid ſonus eſt, et dixit, quod ictus quidam eſt, per hæc confirmat, ꝙ & in aliquo. Si enim ictus ſonus eſt. Ictus aũt non ſine motu. Id aũt eſt qui eſt ſecundum locum, motus. motus aũt nõ per vacuum, ſed in aliquo vel aere, vel aqua: & ſonus ergo eſt in aliquo vel aere, vel aqua, vt iam oſtendimus. Hic enim coaceruatim a percutiente interceptus, ad leue, vel concauum, quod percutitur corpus ſonat. Leue igit̃ percuſſum propterea ſonum edit, ꝙ denſus a percutiente ſit ad id aer interceptus. Concauum autem, ꝙ aer, qui in ĩs exire non poteſt, primus percuſſus, propter concauitatem eius, quod ipſum ambit nunc ad has, nunc ad illas concaui partes latus, & repercuſſus, & violenter reuolutus, plus ſonat, quod plures ictus faciat.

Vt autem diximus, non quorũlibet ictus ſonus. nullum enim ſonum faciunt lanæ pulſatæ, uel percuſſæ, ſed æs, & quæcunque leuia & concaua. Aes quidem, ꝙ leue. Concaua autem reuerberatione multos faciũt ictus poſt primum, dum, qui motus eſt, egredi non poteſt.

Quoniam dixit, ꝙ ictus quidã eſt ſonus: nõ omnis autẽ ictus ſonus, neq; a quibuslibet factus: hoc ipſum ꝓ hęc definit, quorum ictus ſonus, & quomodo ſe habẽtium, nẽpe ſolidorum. non enim lanæ percuſſæ ſonant: ſonant autem & aſpera, quæ percutiuntur, ſed illa magis.

Præterea auditur in aere, & aqua, ſed minus.

Id quod ſuperius delectiue dictum eſt, hic corrigit. ſuperius enim dicebat aerem eſſe ſolum ſonorum tranſuectorem: nunc autem dicit aquam quoque talem eſſe, ſed minus aere, Eſt enim aqua craſsior, & quæ meatus auditiuos obturat. Aliud eſt autem in aqua audiri: aliud per aquam, vt procedens oſtendet. ſonus enim per aerem auditur tantum: fit autem & in aqua: & ſubaudi, vt procedens oſtendet, ſonus enim per aerem auditur tantum: fit autem & in aqua, & auditur, ſicut & in aere.

Non eſt autem ſoni proprius auctor aer, neque aqua: ſed ſolidorum ictum in ſeinuicem eſſe oportet, & ad aerem. hoc autẽ fit, quando ſuſtinet & manet pcuſſus aer, & nõ fuerit diffuſus. Quare ſi celeriter, & uehementer percuſſus ſit, ſonat. Oportet.n. motũ pulſantis præuenire fractionẽ aeris, ut ſi quis cumulum arenæ, uel aceruũ uerberet, qui uelociter fertur.

Non quoniam, inquit dicimus ſonorum eſſe tranſuectores aerem, & aquam, hæc iam ſunt ſoni propria. Hæc enim ſua natura ſunt ſoni expertia Quare ſoni quoque ſunt ſuſceptiua, vt colore carẽs, coloris: ſed ſoni propria ſunt. & effectiua, quod pulſat, & quod pulſatur, cũ ſint ſolida. Ex cauſis enim maxime propriæ ſunt effectiuæ. Vel hoc ergo dicit, vel quod magis eſt ꝙ nõ ſufficit aer, & aqua, ad ſonum faciendum, ſed & verberãtibus quoque ſolidis corporibus opus eſt. Et hoc declarans ſubiunxit, ſed ſolidis opus eſt, vt ictus in ſe inuicem, & ad aerẽ fiat. Nam & ipſe ab eum intercipientibus ſolidis corporibus percutitur. & tunc quidem ſonum facit, quando a percutientibus fuerit celeriter protruſus, vt prius ictus fuerit, q̃ aer ſit conſractus, tunc enim aceruatim extruſus ſonum facit. Quemadmodum ergo, ſi ab aliquo infundibulo fluat veluti aceruus arenæ, ſi quis ergo coacervatum ſubtus verberes, vt prius veniat ictus, quam arena comminuta fuerit, illic quoq; ſonum facit: ſi autẽ ſenſum, non itidem, conſringitur enim arena. Idem contingit & in aere. nã & is facile conſringi poteſt.

Fit autem Echo, quando ab aere, qui unus fuerit, per uas, quod definit & terminauit, & conſringi impediit, aer abſtruſus fuerit, ut globus.

Poſtquam de ſono cõmuniter diſſeruit, de Echo quoque cõmuniter verba facit. Dicit ergo fieri Echo, per reuerberationem a duris, ac reſiſtentibus, & leuibus corporibus, maxime autem concauis, a voce percuſſo aere. Qui enim loquitur, trudit omnem fere quidem circum-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

circa aerem, maxime autem eũ, qui est anterius. & ideo magis audiuimus eum, qui ad nos respicit, loquentem, quam auersum. Hic ergo aer, qui anterius est, trusus, qñ ad aliquod durum & resistens, quod habet cõcauitatem, cuiusmodi antra sunt, delatus fuerit, continuus existens, & ita manens: vt diffundi possit, eo quod ab ea concauitate continetur, quam vas nominauit, in illud durum: & resistens corpus incurrens, retro impellitur, vt proiectus fortasse globus: & sic procedit ad eum qui percussit, operante, videlicet, aere per vtrũque, secundum suam sonorum transuectricem facultatem. Non solum enim, quod non a concauo loco permittatur dispergi, qualis delata est a duri corporis resistentia, in contrarium retruditur: sed quia in hoc concauum incidit, & non in vacuum: sed in aere plenum incidit, qui aer est & continuus & vnitus propter id quod ambit. Eum igitur, qui ab eo, qui vocẽ edidit, percussus est aer, & sonat, motu diuisum: & ab ipso, qui est continuus, et vnitus, dispergi prohibitum, duro corpori allidit: & cum anterius progredi nõ possit, retro repercutitur cum propria operatione, dico autem, sono: & sic sonum contingit recurrere. Oportet autem existimare, vt Alexandro videtur, sic fieri Echo, nõ tanquã omnino ipse primũ percussus aer ad vas vsq; feratur: & idẽ ipse rursus ad eũ vsq;, qui percussit, reuerberetur: sed q; primus quidẽ aer percussus, propter ictus celeritatem continuus, & indiuisibilis manens, eum, qui post illũ est, eodem ictu figurat: vt ipse ab ictu est figuratus: hic vero rursus eum, qui est post ipsum, & sic per continuitatem, processus ad vas vsq; fit. Quandiu enim manet traditus ictus aeris fractione validior, eousq; manet alius ab alio figuratus: Post remus autem ad vas percussus: & figuratus, & ictum anterius tradere a vase prohibitus, rursus a solidi resistentia retrusus, vt globus ab aliquo solido, eũ rursus, qui post illum est, percutit, & figurat, & sic rursus ad eadem transmittitur & ictus & sonitus. Articulata autem fit Echo, quoniam qui a nobis loquentibus primus percussus est aer, ad nos quoq; reuerberatur, referẽs primæ dictionis sonum: & secundus secundæ: & sic seruatur ordo loquelæ: Hinc autem probabiliter ratiocinari licet & de visibiliũ operationibus. Dubitabatur enim, quomodo fieri potest, vt, cum sint incorporeæ visibiliũ operationes, reuerberationes supponantur. Quæ enim incorporei fuerit reuerberatio? Si ergo sonus ẽ aeris operatio, & trãsportatricis sonorum facultatis, quę in eo est, perfectio: ipsa autẽ operatio aperte reuerberatur, quando in aliquod leue & cõcauum inciderit, vt in Echo (nulla enim hic dubitatio est, quin reuerberatio fiat) quidni ergo fieri potest: vt hoc ipsum in visibilium quoq; operationibus accidat? Dico autem ad hoc, q; etiam si sonus reuerberatur, non tamen ipse per seipsum: sed cum proprio subiecto, dico autem aere: hoc enim dicebat, q; propterea maxime a concauis. Echo enim est, q; non dispersus, sed continuitatem seruans, propter id, quod ambit, reuerberatur. Nunquid autem ne in sonis quidem verũ est hoc, reuerberari sonantem aerem? Videmus enim q; nõ solum, qui directo ijs, a quibus fit reuerberatio, obiecti sunt: sed &, qui ex obliquo stiũt, vocem exaudiũt. Si itaq; fieri non potest: vt coaceruatus aer recedat: confractus autem & diminutus non amplius sonuerit: nunquid hic quoq; solius operationis dico autem ipsius soni, fit reuerberatio? Si enim non perueniente ad sentoriũ aere, vel aqua, facultatem soni ad sensoria transmittunt: clarum est vtiq;, q; ad leue, vel concauum, in quod incidit, nõ cum percusso aere aduolauit: sed sicut in luce, qualitate quadam prædita materia, luce suscepta, potest & ipsa apposita similiter illuminare: & eiusmodi operationem reuerberationem appellamus: quid prohibet hoc ipsum in sonis quoque accidere? Quod autem lux corpus non est, aperte ostensum est.

Videtur autem semper fieri Echo, sed non aperta. Si quidem accidit in sono, sicut & in luce. Nam & lux semper reuerberatur. Neq; enim undique lux esset, sed tenebræ extra id quod est apricum, & soli expositum, sed non sic reuerberatur, sicut ab aqua, uel ære, uel aliquo alio ex leuibus, ut umbram faciat, qua lucem definimus.

Breuiter confirmat ex operatione omnem locum esse illuminatum, non solum eum, qui soli directo est expositus: sed & remotum, & ab aliquo solido corpore tectũ: vt, quæ sunt sub tecto vel pariete. Si enim nulla in ijs est lucis repercussio, vel a terra, vel a pariete: obscurata futura erant, & non illuminata. Sed non est æqualis reuerberatio, quæ a quolibet fit corpore: & q̃ ab aqua, vel ære: vel ære: vel aliquo ex leuibus. Est enim manifestior, quæ a talibus fit corporibus repercussio: & quæ easdem pro pemodum vires habet, quas prima illa, quæ fit per solis accessum, illuminatio. Vmbra itaq; circũscribuntur reliqua, quæ a sole illustrantur. Similiter &, quæ fiunt a talibus reuerberationibus. obijcięte enim se corpore ei, quę ab huiusmodi fit corporibus, lucis repercussioni, vmbra fit in ea, quæ obijcitur, parte. Repercussionũ aũt diuersitas hinc aperte clara est. Si enim sint duo loci: hic quidem apricus & soli expositus: ille vero per aliquẽ muri obiectum obũbratus: q; lucis quidem reuerberatio facta est in obũbratum locum, vel a terra, vel ab aliquo alio, clarum est ex hoc, q; non sint in eo tenebræ: sed lux. Breuis quidẽ certe est reuerberatio, vt vmbrã non faciant, quæ in eo sunt solida corpora. stantes enim in obumbratis locis vmbram non facimus. Sed si in aprico loco & soli exposito æs quis, vel aquam, vel vitrũ, vel ex leuibus aliquid obũbrato loco aduersum posuerit, videbis ad obũbratum locum aliã fieri reuerberationẽ, vt & obumbratus locus apricus fiat, vt & reliquus: & sic vt quemadmodũ iam dixi alia vmbra in eo possit fieri, si qd obiectũ fuerit. Sicut ergo, inquit, in lumine ab omni quidem corpore fit reuerberatio: nõ a quolibet autem similis: sed aperta quidem, quæ a leuibus: obscura autem & exilis q̃ a non talibus: sic, inquit, & in sono, videtur quidẽ a quolibet, quod repercussit, reuerberatio fieri: sed non similis, neq; sic aperta, vt in sono, qui fit a concauis simul & leuibus locis, propter prædictas causas. Si enim non fuerit concauum, sed planum: dispergitur aer, & nõ fluit ad nos: sed diffunditur, vel exiguus ad nos peruenit. Si autẽ leue non fuerit, quod planum est, adhuc exilior fit reuerberatio propter prædictas causas: sed non sic reuerberatur sicut ab aqua: vel ære, vel aliquo ex leuibus, vt vmbram faciat, qua lucem definimus. Vbi enim multa lux fuerit, illic se aliquo obijciente fit vmbra. In alia ergo parte, vbi neq; a leuibus fit reuerberatio, neque illic sol resplendet, fit quidem quædam reuerberatio. nõ tanta autem vt vmbram faciat, obijciente se aliquo, vt fit in ea, quæ est a leuibus, reuerberatione.

Vacuum autem recte dicitur auditionis auctor et princeps. Videtur enim uacuum, aer. is autem est, qui facit audire, quando motus fuerit continuus, & unus. sed quia est friabilis, non sonat, nisi leue sit, quod percutitur. tunc autem unus est simul propter superficiem. una est enim leuis superficies.

Postquã dixit aerem soni, & audiendi esse eãm, & nõ solam: sed & cõcausam, vt materiam: dixit enim sonũ esse ictum alicuius ad aliquid, & in aliquo, & eius, quod percutit: & eius, quod percutitur, & eius, quod intercedit: qd aũt intercedit, id esse aerem: Præterea aũt id rursus monstraturus, vult eius testes oẽs eos, qui ante se fuerũt, physicos adducere. Oẽs enim inquit, dicebant aerem esse auditionis auctorem & principem. Quatenus ergo aerem vacuum existimantes, vacuum dicunt esse soni principẽ et auctorem recte dicunt. Quatenus autem aerem vacuũ existimabant, non itidem recte. Hic ergo aer est auditionis auctor, vt concausa, quando continuus existens, a percutiente, & percusso motus fuerit. Continuus aũt, & vnus est, qñ leue est quod percutit totus enim simul movetur. leue enim ineſt, Tanquã ergo ab vno, & eodẽ motus vnus est. Asperum aũt non vnum. Secundũ vnamquãq;.n. eminẽtiam & inæqualitatem aliam superficiem emittit. Cum ergo fit aer friabilis, quando ab aspero trudit̃, non vnus manens movetur, sed cõminutus.

Sonatiuum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sonatiuum itaque eſt quod unius eſt aeris continuitate motiuum uſq; ad auditum, eſt autem auditus aerei congenitus.

Quoniam non omne ſimpliciter, quod percutit, & percutitur ſonum facit, definit quidnam eſt ſonatiuum, nempe id quod poteſt vnum & cõtinuum aerem ſeruatum ad auditum vſq; mouere. eiuſmodi aũt eſt ſolidũ, & leue propter prædictas cauſas. Cum aũt dixiſſet motiuũ vnius aeris addidit continuitate, fere dicens, numero: vt ſit continuus, & non friabilis pp ictum, & talem reddat figurã ei, qui eſt poſt illũ; & hoc ſm continuitatẽ vſque ad auditum. Hoc autem dictum fuerit non ſimpliciter de ſono: ſed de ſono, qui auditur: & ideo etiã addidit. Vſq; ad auditũ. Poteſt enim & vltra auditũ moueri ſonus, ſed nõ vtiq;, vt audibile. Poſtquã hæc dixit: nequis exiſtimaret eũ dicere, q; ad mẽbranã vſq; exterius motus aer venit & ipſe eſt, qui mouet cohærẽter ſenſorium: ſubiũxit deinceps, Quod auditui eſt cõgenitus aer. Eſt n. cõgenitus quidã aer, in cõcauitatibus auriũ inædificatus ad ipſam mẽbranã, qui ab exteri° moto aere primus affectus, & ſonorũ operationes ſuſcipiẽs, ad primũ ſenſitiuũ tranſuehit. i. aũt ſenſitiuus ſpiritus, qui in ipſã eſt mẽbrana collocatus. Senſus. n. ſunt a cerebro incipientes per neruos, vſq; ad aurium radices, quas membranas appellant. Eſt autem neruus a cerebro ꝓcedens, poris & meatibus prædictus, in quo longe eſt auditiuus ſpiritus. Eſt ergo aer quidam in aurium concauitatibus contentus, qui eſt mẽbranæ, & pelliculæ congenitus. Hic ergo aer ſonos ab externo aere ſuſcipiens, habens & ipſe ſonorum tranſuectricẽ facultatem, per ſeipſum ad membranam ſonos tranſuehit. Procedit autẽ a latiore meatu ad anguſtiorem: dico autem a concauitate auris vſq; ad meatum membranæ. Non oportet autem exiſtimare hunc aerem, & ſi eſt congenitus, iam eſſe & incorruptibilem, vt qui ſit vnus, & idem numero: ſed eſt per partes corruptibilis & generabilis, ſicut & aliud hominis corpus: ſi autem per totum ſeipſum hic aer paſſus & corruptus ſit, perit & auditiua animalis operatio. Propterea enim & a natura ante membranam poſitus eſt, vt exteriores aeris incurſiones excipiat, & non in mẽbranam incurrat exterior aer, ſicut & in viſu. Nam & in eo conſtituit natura aliquod oculo congenitum perſpicuum. dico autem & cryſtallinum humorem: & vt ſemel dicam, humores, et corneam tunicã, quæ cũ ſint perſpicua, & prima exterioris perſpicui operationem admittant, eam per ſe ipſos tranſuehunt ad neruum viſiuum: qui neruus a cerebro deſcendens, terminatur ad finem principij criſtallini. Sicut ergo in viſu, ſi hęc quæ ſunt veluti obiecta propugnacula, aliqua ex parte affecta ſint, vel eorum aliquid, corrumpitur viſus operatio: ſic & in auditu, ſi hoc aereum propugnaculum corruptum ſit, auditiua corrumpitur operatio, affecta membrana: quod nullo iuter medio excipiat exterioris aeris incurſiones. Quare & magnis ſonis afficitur auditus, exteriori aere vehementer protruſo, & congenitum in auribus aerem violenter protrudẽte, & eum ſæpe diſpergente: Propterea ergo natura hunc aerem in auribus ædificauit, & propter circunſtantes animalis opationes, & quæ fiunt in aquis, immerſiones erat enim aqua ipſi ſenſorio appropinquatura, & ipſum læſura, niſi aliquod propugnaculum natura excogitaſſet. Quia autem aqua ingreditur, non erat auditurum, quod aqua ob rutum eſt animal, niſi eſſet quid perſonatoriũ, quod ad ſenſoriũ vſq; ſonos tranſuehat. Ad ſenſorij ergo cuſtodiam inædificatus eſt. Propterea ergo & circũuolutos auriũ meatus natura fecit: ne facile ingrediens, vel aer, vel aqua: vel aliqd aliud membranam feriat.

Eo autem q; ſit in aere, exteriore moto, quod intus eſt, mouet. Quare non undique animal audit: neq; undique pertranſit aer. neque enim undiq; habet aerem mouenda pars, & animata, ſicut pupilla humorem.

Id eſt eo ꝙ inædificatus auditui congenitus aer ſit externo aeri cõtinuus (hoc enim ei ſignificat, quod ſit in aere) moto externo aere per continuitatem, & qui intus eſt mouetur, cum ſit per ſe immobilis, vt cõgenitus Fortaſſe autem non dicit eum ſecundum locum moueri. Nam & immobilem eum deinceps dixit: ſed q; ſonos perfert, ſecũdum hoc eum, qui mouetur perfert, & qui intus eſt vt qui ſit exteriori continuus. Et hoc dicit eſſe cauſam, q; per aures ſolũ audiamus, & non per omnẽ partẽ corporis, q; in ſolis auribus eſt incluſus congenitus aer, externo aeri & auditiuo ſenſorio continuus, vt poſſit per ſe tradere affectionem, quæ in exteriori fit aere Sicut ergo viſiuus ſpiritus non habet vndiq; humorem, qui ad ſe perferat, quæ fiunt in aere, colorem operationes: neq; enim ad eum tendunt cryſtallinus humor, vel aliquid aliud eiuſmodi, quod ſit aeri & neruo viſiuo cõtinuum, ſed aliud craſſum corpus, & quod impedimẽtum afferat: ſic quoniam non eſt vndiq; quidam cõgenitus aer comprehenſus, & externo aeri, & auditiuæ parti continuus, ſed in ſolis auribus: propterea per aliam partem non audimus. Quod autem in aurium cõcauitatibus eſt cõgenitus aer, hinc clarum eſt. Si quis enim digito aures obturauerit, ſentiet ſonum quendam, & motum eius, qui intus eſt, aeris. Fit aũt hic affectus externo circa aures aere digito truſo, & in breuiorem locum conſtipato, & congenitum aerem conſtipante Vi autem conſtipationis motus corpora, quæ intus ſunt, chartilaginoſa, & dura impellit, & ſic facit ſonum. Et dicit magnũ eſſe ſignum, q; ſana ſit auris, q; ſonet aer, qui eſt intus. Si enim ſana non eſſet nõ ſentiret ſonum, qui fit ab aere, qui eſt intus. Non enim vndique habet aerem mouenda pars & animata, vt pupilla humorem Sicut ante pupillã humor eſt collocatus, vt p eum viſibilia apprehendat. Pupillam autem dicit, non foramen, quod eſt in vuea tunica: ſunt enim magis interius humores; ſed nerui viſiui ſenſorium, per quem viſiuus ſpiritus egreditur: ſic & ante auditiuum ſenſoriũ aer congenitus poſitus eſt. Quoniam ergo animata, & auditiua pars (dico autem membrana) non habet vndiq; congenitum aerem, qui ſit & ſibi continuus, & externo aeri, tiuum, ſed ſolum in auribus, ideo non vndiq; eſt animal auditiuum, ſed ſolum per aures.

Ipſum quidem certe ſoni expers, aer: q; ſit friabilis & fractu facilis. Quando autem frangi fuerit prohibitus, huius motus ſonus.

Et in principio dixit, q; ſicut coloris ſuſceptiuũ eſt expers coloris, ſic expers quoq; ſoni eſt, quod eſt ſoni ſuſceptiuum. Sed non quodlibet ſoni expers eſt ſoni ſuſceptiuũ, ſed tale quale eſt aer, & cauſam cur ſit ſoni expers addidit. Nam quia eſt friabilis & fractu facilis, propterea eſt ſoni expers. Quando autem ſecundum propriam naturam frangi fuerit prohibitus ab alicuius leuis, & ſolidi coaceruato ictu, tunc huius motus ſit ſonus. In his autem aperte ſonum dixit motum eſſe cõtinui aeris, & qui vnus mãſit, per ictũ certa qualitate p̃ditũ frangi ꝓhibiti.

Is autem in auribus inædificatus eſt, ut ſit immobilis, ut exacte ſentiat omnes motus differentias.

Quemadmodum exterior aer per ſe eſt ſoni expers, q; ſit fractu facilis: ſic & qui eſt intus, quod ſit imobilis. Aít enim talem aeris motum eſſe ſonũ. Propterea ergo, qui eſt in auribus, aer imobilis cõſtitutus eſt, vt cũ ſit ipſe ſoni expers, oẽs tranſuehẽdi ſonos facultatem habeat. Si haberet enim propriũ ſonum, eũ, qui exterius aduenit, expelleret. Quare & hęc fuerit cauſa, q; in auribus aer immobilis inædificatus eſt: vt oẽs poſſit ſonos trãſmittere. Si enim moueretur: deinde ab ictu motus ſonaret, præter id q; vt prius dixi, læderetur ſenſorium, nec omniũ quoq; poſſet eſſe ſonorum tranſuector: nam & qui exterius eſt, aer, poſtquam ſonuerit, non eos, qui ſunt in alio aere, ſonos ſimiliter tranſuehit, ſed confundit.

Proptera autem & in aqua audimus, q; non ingreditur ad ipſum congenitum aerem.

Quod audire fiat non per ingreſſum externi aeris in aurem, ſed per contactum, qui fit ad in auribus inædificatum aerem, eſt argumentum, q; & in aqua audiamus in aquam non ingrediente aere. Si enim ingreſſa fuerit,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

corrũpit quidem & extrudit eum, qui inædificatus est, aerem, qui auditui subseruit. & membranam nullo inter medio attingens, ictu eam lædit: & præterea in concauitate manens, corrũpitur, & sic sensorium lædit. Multi ergo hinc læsi sunt. ea autem læsa corrumpitur sonus. Sicut ergo cum in aqua sumus, audimus aqua non ingrediente: sed secundũ personatricem eius facultatem trãseunte sono vsque ad congenitum aerem, & ab illo deinde vsq; ad mẽbranam. Et hoc ipsum est maximũ argumẽtũ ꝙ est quidam aer membranæ veluti congenitus, ꝙ et eo rũ qui sunt in aqua, in aurẽ aqua nõ ingredi: nisi nimis vehemens & magna vis fuerit, eo ꝙ eius extrudatur ingressus ab eo, qui est intus aere: & multa vi opus est, vt aquam, quæ est intus, eiaculetur, vel quempiam eiusmodi humorem: quæ simul etiam confert, ne a fortis ingredientibus extrudatur aer. & tortuosa quoq; auris constitutione opus est. Et ipse ita que causam, cur aqua in aurẽ non ingrediatur, subiunxit dicens.

Sed neque in aurem propter flexus. Quãdo autem hoc contigerit, non audit, neq; si mẽbrana laborauerit, quemadmodũ, quæ supra pupillam est, pellis, quando laborauerit.

Non enim solum, inquit, non extrudit inædificatum aerem ingrediens aqua: sed neq; in ipsam aurem ingreditur, propter eos, qui in ipsa sunt, flexus: simul etiam per hæc causam nos docens, cur a natura talis auris facta sit: ne quicquam facile ingrediens, aerem, qui in ea inædificatus est, corrumpat, & lædat. Neq; si membrana laborauerit, quemadmodum, quę supra pupillam est, pellis, quando laborauerit. Pupillam vocat, vel quæ sunt ei subiectæ, partes, vel quæ ante eam sitæ. ea autem sunt & tunicæ, & humores. Quemadmodum ergo, quando qd eorum laborauerit, non videmus: sic & quando membrana aliquo morbo laborauerit, nõ audimus. Vel etiã pupillam simplicius audiendum est, secundum consuetudinem, ipsum vuæ foramen. Quæ supra illam, est autem pellem, tunicam, quæ dicitur cornea. Quemadmodum ergo, quando hæc tunica laborauerit, vel cõdensata, vel quibusdam alioqui cicatricibus ex vulneribus in scirrhũ in ea induratis, nõ videre cõtingit, cũ visibilium operationes per ipsam amplius transire non possint, quod ipsa perspicuitatem amiserit: sic quando membrana laborauerit, a tẽpore, vel morbo nonnihil affecta, sonorum operationes non potest amplius suscipere.

Sed & audiendi, uel non audiendi signum est, ꝙ auris semper sonet, ut cornu. Proprio enim motu semper mouetur aer, qui est in auribus.

Quoniam dixit, ꝙ si cõgenitus aer, vel membrana non nihil affecta sit, non audimus: sæpe autem accidit, vt quãuis horum nihil sit, nonnulli tamen obsurdescant: vt quando sordes aliqua ante cõgenitum aerem proiecta, prohibet, ne citra impedimẽtũ ab externo aere tradatur sonus, ꝙ sonorum transuectricem facultatem terra non habeat: vel si quid aliud eiusmodi contigerit. Dicit ergo esse iudicandum an sana sit auditiua facultas, an non, vel aure digito obturata, vel aure manu operta. Si enim sana sit, bõbum quendam sentimus. Digiti enim vel manus constipatio, exteriorem quendam aerem extrudit, qui in angustum redactus, & congenitus pulsans, bombum facit. Deinde congenitus, vt consueuit hũc bõbum ad sensum transmittit. Sicut, inquit, & qui in cõcauis cornibus est conceptus aer, semper & ipse sonum quendã motus facit, quando mouetur ab externo aere: tumescẽs enim & motus ferit cornu: sic ergo & q̃ est in auribus, quando ab externo sono motus fuerit. Hoc autem dictũ est, tanquam eo ostendi possit, ꝙ sit in auribus aer prõprius. Is enim est, qui est soni exterioris susceptiuus, qui quando aliqua ratione affectus est, vt qui proprio motu non moueatur, sonos in sensum non traiicit. & hinc fit vt non audiatur. Merito autem quærunt, cur, cum immobilem in auribus inædificatum aerem esse dixerit, nunc dicit, ꝙ proprio quodam motu mouetur aer, qui est in auribus. Immobilem autem superius accipiendũ est, motum ab alio, pro eo quod est, eundem semper aerem manentem in auribus, neq; alias aliud factum, vt in concauis cornibus, sed semper manentem congenitum. Quod autem semper aer proprio quodam motu mouetur, clarum est ex hoc, ꝙ sereno, & tranquillo tempore ramenta moueri videantur in ea, quæ est per fenestras luce. Fieri autem potest, vt moueri dicatur congenitus aer, non secundum locum, sed viuifice, motum eo appellante, sonorum trãsuectionem ad sensum. Et hic est eius proprius motus, non simpliciter transuehere (hoc enim exterior quoque aer habet) sed ad sensum transuehere. Quando ergo congenitus aer pro more sonos sensui renunciat: sensus autem apprehendit: clarum est, ꝙ sana est facultas auditiua.

Sed sonus alienus, & non proprius. & propterea dicunt audire uacuo & sonante, quod audimus, eo quod habet definitum aerem.

Sonus enim qui factus est in auribus non est congeniti aeris, nec quando nobis aurem obturantibus fit bombus, sed exterioris aeris vel cum strepitu, externe ingredientis, vel constipatione intus sonum emittente. Est autem congeniti aeris eum, qui in alio fit, sonum renunciare. nõ enim, quoniam mouetur, etiam sonat. Neq; enim quodcũq; mouetur sonat, sed oportet, quod sonat, vio lento ictu moueri. Et propterea, inquit, dicunt audire vacuo, & sonante. Vacuo enim dicebant audire, quoniam vacuum aerem existimabant: audimus autem contento in auribus aere. Sonante autẽ, quod hic est definitus aer, & semper idem: & sonos transmittit, nõ ipse sonans, sed solum secũdum suam personatricem facultatẽ operans.

Vtrum autem sonat, quod uerberatur, uel quod uerberat, an etiam ambo, alio autem modo.

Postquam dixit sonum esse alicuius ad aliquid, & in aliquo, dico autem verberãtem, & verberatum, & eum qui intercedit, aerem: hoc merito quærit, quid est, quod soni est effectiuum, vtrum, quod verberat, an, quod verberatur, & dicit quod ambo. Illud enim, An etiam ambo, est & perfectam esse diuisionem exponentis. siquidẽ & verberans esse necesse est, quod sonat, &, quod verberatur, vel vtrũq; & præterea iudicantis, ꝙ non alterum, sed vtraq; faciunt sonũ. Sed si vtraq;, non eodem modo. Sed verberãs quidẽ, vt, quod mouetur, & aerem trudit. Quod verberatur autem, vt manens, & ipsum pertransire non sinens, vt ex vtriusq; expressione resiliens sonet, & illud quidem agit: hoc vero patitur. Fieri autem potest, vt vtraq; intelligant, & quæ verberant, & quæ verberantur: quando non hoc quidem immobile manet: illud vero motum: sed vtrunq; motum pulsatur.

Est enim sonus motus eius, quod potest moueri, eo modo, quo, quæ a leuibus resiliunt, quando quis pulsauerit.

Quod non alterum est, quod sonat, sed vtraque, per hæc ostendit Quoniã enim sonus est motus constipati aeris tanquã resilientis, vt, quæ a quibusdam leuibus corporibus repelluntur: hoc autem a seipso aer facere nõ potest. Oportet ergo leue aliquid esse, a quo ipsum resilire oportet. sed quoniam rursus, vt ipse resiliat ab aliquo leui corpore si nihil sit, quod percutiat, & ad leue hoc, & solidum, condensatum aerem intercipiat, fieri nõ potest: clarũ est, ꝙ non ab vno solo resilierit, sed vtrisque opus est, & eo, quod percutit, & eo, quod percutitur. Quod. n. vtrilque opus est, hinc quoque apertum est. Si enim nõ fuerint vtraq; leuia, solida, non faciunt sonum. Vt si lana, vel spongia æs percusseris, sonus non fiat. Non omnis ergo aeris motus sonus est, sed talis qualis est, qui a leuibus. Si. n. non fuerint leuia, quæ percutiuntur: non aeruatim resilit aer, sed in cõcauitatibus retinetur, vt in murũ proiectus globus. Si leuis quidẽ fuerit murus resistentia, & repercussione ab eo resilit globus. Sin minus sæpe manet in cõcauitatibus. Sicut ergo talia a leuibus resiliũt, sic & aer. Secundum hoc autem solum, ꝙ aer a leuibus retorqueatur, accepit similitudinem eorum, quæ a leuibus retorquentur, vt globi: non autem etiam secun-

dum

dum cauſam retortionis a ſimilibus quoque: niſi qs hoc dixerit, ꝙ ſicut globum quis violenter emittens; vna cū eo trudit aerem: qui violenter extruſus, & a globo expreſſus, & a muro excutitur, & retortus, vna ſecum globum quoque contrudit: ſic & in iis quæ ſe illinc inuicem feriunt, reſilit aer, & motu ſonat. Eſt.n. ſonus motus. poteſt motum non localem dicere, ſed operationem. Illud autem, Eius quod poteſt moueri, localem motum exponere oportet, vt ſit totum, ꝙ ſonus eſt operatio eius, qđ poteſt ſm locum moueri, eo modo, quo, quæ reſiliunt a leuibus, vt globus a muro. Quod ſi etiam in eo, qui eſt ſm locum, motu audiuerimus, vt iam expoſuimus, nihil abſurdi. Non.n. ſimpliciter omnem aeris motum ſonum dicemus, ſed eum, qui fit a leuibus.

Neque uero quodlibet, ut dictum eſt, ſonat, q uerberat, & qđ uerberatur, ut ſi quis acum acu pulſauerit.

Qm̄ dixit duobus ſolidis ſe inuicem ferientibus opus eſſe ad hoc, vt fiat ſonus: ne quis exiſtimet, cuiuſmodicunque ſolida & leuia corpora ſufficere ad faciendum ſonū: hæc addidit, ꝙ non ſolum duo eſſe oportet leuia & ſolida, quæ ſonum faciant, ſed & commoderatam magnitudinem ipſa habere oportet, talem figurā. Si.n. valde paruæ fuerint magnitudines, vt acus, minimum aerem intercipiunt, vt ne ſenſilis quidem ſit ſonus, Sed quemadmodum in Phyſica dixit, ꝙ forma a definita magnitudine incipit, vbi aduerſus Democritum contendebat, inſectilia corpuſcula refellens. Magnitudines enim, inquit, natura potentia quidem ſunt in infinitum, vt magnitudines, diuiſibiles. Fieri.n. poteſt, vt, quantum ad propriam nām, datū cogitatione & intellectu ſeceretur: & illud in aliud, idq; in infinitum: forma autem aliquam habentes vel carnis, vel nerui, eorum nec potentia ad infinitum diuiſionē admittere poſſumus, ſed neceſſe eſt vltimas aliquas partes indiuiſibiles accipere, vt deinceps ab illo non amplius diuidatur in aliud tale, quale ipſum. Vt caro quidem diuidi poteſt in partes, quæ ſeruent formam carnis: & illæ rurſus in alias, quæ eandem formam ſeruent. hoc autem in infinitum fieri non poteſt, ſed in aliquam omnino magnitudinem deſinit. q̄ ſi ſecueris, non amplius ſeruas carnis formam, propter multam paruitatem. Sicut.n. dixi, formæ quēadmodum tali temperatura indigent, vt ſubſtent: ſic & tanta magnitudine. & ſicut non contingit hominem vel equum vnius digiti fieri: ſed iis cōmoderatam magnitudinem eſſe oportet: ſic & aīalis inſtrumentarias partes, & ſimilares, & omnem, vt ſemel dicam, formam in definita aliqua magnitudine eſſe natura ſtatutum eſt. Sicut ergo in iis habet, ſic & in ſonis. Non omnis magnitudo, quæ verberat, & quæ verberatur, ſonum facit, vt acus: ſed cōmoderatam magnitudinē eam habere oportet. Figura quoque opus eſt. Si globus enim globum attigerit, non faciet ſonum. Oſtenſum eſt enim ꝙ globus globum ſm ſignum attingit. Quoniam ergo ſufficientem aerem non intercipit, ſonum non faciet. Eorum autem, qui ſunt apud nos, artificialium globorum, quoniam fieri non poteſt, vt exacte tornetur ſuperficies, nihil mirum ſi globus globum feriens, breuem ſonum ediderit. Nam, cum non ſit apud nos exacte globus, neque ſe exacte ſecundum ſignum attingunt.

Sed oportet, q uerberatur eſſe æquale, ut aer condenſatus reſiliat, & concutiatur.

Æquale dixit, pro eo quod eſt, latum. Pulchre autem dixit, ꝙ verberatur, latum eſſe oportere: nō oīno autem & quod verberat. Etſi.n. quod verberat, non fuerit latū, ſed cylindricum, fit ſonus. Cauſa autem eſt, ꝙ non ſolus aer ab ea, quæ verberat, parte intercipitur, qui eſt fere indiuiſibilis, ſed & qui a reliquis cylindri partibus aer protruditur: qui ſi in tenue aliquod & acutum corpus aduerſum inciderit, diffunditur, & nō ſonat. Si autem in latum inciderit: non diffuſus, ſed interceptus a leuitate, & referiente duritie, torquetur: & ſic reſiliens ſonat. Concuti autem enim dicit, non qui ſimpl'r a quolibet reſiliit, ſed qui in concauis, & ſonoris intercipitur. Quemadmodum in nola accidit a calculo percuſſa, ea enim concuſſa, concutitur, &, qui in eius concauitatibus intercipit, aer, & nūe in has, nunc in illas concauæ nolæ ſuperficiei partes incidens, ſonum facit. certe ſi nolam retinuerimus, ceſſat & ſonus: eo ꝙ nola ceſſante moueri, ſimul etiam aer moueri deſinit. Poteſt itaque, vt dixi, æquale & pro lato accipi. Cum.n. dixiſſet ꝙ non quodcūq; verberat, & verberat, ſonat: neq;.n. ſonat acus acum verberans: tanq̄ vt acubus opponeret, et ab eis diſtingueret, ſubiunxit. Sed oportet, ꝙ verberatur, eſſe æquale: non vtique tanquā ſint acus inæquales per partes: ſed clarum eſt, ꝙ earum magnitudini, & figuræ æquale oppoſuit, vt ab eis diſtingueret. Poteſt autem æquale, & de æquato, & non aſpero audire. & hoc clarum eſt ex hoc, quod ſubiungit, Vt aer condenſatus reſiliat. Ab aſperis enim & inæqualibus cōminuitur, & non denſus reſilit: ſed ab æqualibus, quod ſit continuus & vnus.

Sonantium autem differentiæ in eo, qui eſt ſecundum actū, ſono declarantur. Sicut enim ſine luce non uidentur colores: ſic neque ſine ſono, quod eſt acutum, & graue.

Sonantium dixit, pro eo quod eſt, ſonorum. Nam ſecundum ſonorum dīas diuerſi quoque ſoni fiunt. Sonorum ergo differentias eſſe dicit acutum, & grauem. eas autem cognoſci dicit non in iis, qui ſunt ſm potentiam, ſonis, ſed in iis, qui ſunt ſm actum. Quæ.n. ſunt potentia, propemodum neque ſunt. Sunt quodammodo eorum, quæ non ſunt. Vnumquodque.n. ſm proprium actum & perfectionem iudicatur. Sicut.n. proprios, inquit, colores apprehendimus: non qn̄ potentia fuerit aer perſpicuus, ſed quando actu: hoc eſt, qn̄ illuminatus fuerit: ſic neq; qn̄ eſt potentia ſonorus, ſonorum differentiam ſentimus: ſed quando actu fuerit, hoc eſt, iam ſonum admiſerit. Soni.n. a coloribus tantum differunt, ꝙ colores ſunt quidem alij a perſpicuo, & cum alij ſint, ipſum mouent: eorum.n. ſolas operationes perſpicuum tranſuehit. Soni autem non ſunt alij ab eo, qui actu perſonat, aere, ſed in eo ſuam habent conſtitutionem.

Ea autem per translationem dicuntur à tangibilibus. Acutum enim ſenſuum mouet exiguo tempore multum: graue autem multo parum.

Acutum & graue, & quædam ſunt ſonorum dīæ: & per translationem, inquit, quæ eſt a tangibilibus, appellatæ ſunt. In magnitudinibus.n. quæ ſunt proprie tangibiles, eſt acutum & graue: per quorum translationem dicūtur, & quæ ſunt in ſonis. Acutum.n. dicitur in tactu, ꝙ celeriter operatur: vt gladiolus acutus, ꝙ celeriter pungit. Obtuſum autem ꝙ tale operatur, & veluti non pungens, ſe trudens, vt piſtillus. Quæcunque.n. ad pungendum apta facere volumus, ea acutis angulis facim⁹. Quęcunque autem ad trudendum, obtuſis angulis. Sic & in ſonis acutum quidem dicimus eum, qui ad ſenſum velociter accedit, & permanet. Grauem autem, qui cum obtuſo habet proportionem, eum, qui ad ſenſum tarde accedit, & celeriter ceſſat: ſicut in vna fidium poſtrema, quæ nete dicitur. cum.n. ipſa ſit aliis magis tenſa, dum pulſat, propter tenſionem aerem velociter feriens, acutiſſimum facit ſonum: & paruo quidem tempore hoc facit, diu autem ſeruat: ſicut arcus duri, & magis tenſi. Eorum enim chorda a ſagittario tenſa, deinde remiſſa, exiguo tempore propter tenſionem in proprium locū reuertitur. Quare ſagittam exiguo tempore truſam propter hoc ipſum in longe remotum ſpatium mittit. Eſt.n. maioris virtutis exiguo tempore idem mouere, q̄ longiori. quod & in magis intenſis chordis contingit: in minus autem intenſa viceuerſa: quemadmodum ſuprema longo quidem tempore, qđ eſt aeris perſonatorium, mouet, exiguo autem ſeruat. cauſa autem eſt, qđ ſubtiles quidem ſunt, & non multum habentes occurrentem aerem, celerius eum mouent. Præterea cum ſunt tenſæ, & a multo aere non impeditæ, celerius properant ſuum proprium locum, & rectitudinem recipere, ex qua percuſſæ motæ ſunt, ꝙ a finibus & extremis contenderentur. Propterea ergo paruo tempore mouent id, ꝙ in aere vim habet perſonatiuam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Diu autem ſonum ſeruant, ꝙ valde extenſæ aerem vehementer feriunt. Vehementius autem percuſſus, repercutit & ipſe chordam, & rurſus ab ipſa repercutitur: idꝙ lōgiori fit tempore. Agitata autem chorda, ſonus neceſſario diutius extenditur. Craſſæ autem chordæ, & minus intenſæ, vt ſupremæ, omnino contrarium euenit. Multum enim habens occurrētem aerem, & neque ſic intenſa, & breuius aerem mouet, & tardius reuertitur. Quare & tardius ſonant, neque diu ſonum extendunt, quod neque aerem vehementer moueant, neque valde repercutiant, & ideo non diu agitantur. Id autem ſi non fiat, celerius perit ſonus.

Et ſic uelox eſt, quod eſt acutum: illud uero, graue. ſed fit quidem illius propter celeritatem motus talis: huius autem propter tarditatem. Et uidetur proportionem habere cum eo, quod eſt circa tactum, acuto, & obtuſo. Acutum enim ueluti pungit. Obtuſum autem ueluti trudit, eo quod illud quidem moueat in paruo: hoc uero in multo. Quare contingat hoc quidem uelox eſſe, illud uero tardum.

Poſtquam dixit, ꝙ ſonus acutus celeriter mouet ſenſum, & ſenſilis factus in longius tempus manet: grauis autem viceuerſa: ne quis exiſtimaret eundem acutum ſonū celeriter, vel tarde moueri: eſt.n. aeris operatio incorporea: incorporeum autem nō mouetur ſm locum: ſed acutus dicitur ſonus, acute moueri aerem, cuius eſt operatio: ſiſr & tardius: vel hoc ergo ſignificat per hoc qd' dicit, ſed fit quidem illius propter celeritatem motus talis: huius vero propter tarditatem pro eo quod eſt, propter celeritatem eius, ꝙ mouetur, corporis, in quo eſt, talis fit & motus ſenſus a ſono: vel quod, quemadmodum in tangibilibus, per aciem in magnitudinibus fit velox ab eis diuiſio, & eſt aliud quidem eſſe acutum: aliud autem ab eis velociter corpus diuidi. Hoc.n. illud conſequitur: & accidit acuto celeriter diuidere. Acutum, n. erat, etiam nō operans. Siſr & in obtuſo. Sic & in voce acuta aliud quidem eſt acutum: hoc autem contingit, vt auditum moueat celeriter. Similiter autem & tardum in graui. Illud autem, Quare contingit hoc quidem velox eſſe: illud vero tardum, perinde eſt, ac ꝙ hęc ſm accns habent velox & tardum, & non ſunt eorum ſubſtantia. Accidit autem acuto quidem celeriter, mouere, vt gladiolo: ꝙ ei ab exiguo corpore occurratur: obtuſo autem tarde, vt piſtillo, ꝙ ei a multo corpore occurratur.

De ſono ergo hac ſit ratione definitum.

Dixit quod eſt ſonus. ſ. ꝙ motus eius, ꝙ poteſt moueri eo modo, quo, quæ a leuibus reſiliunt, qū repercuſſo rint: & quomodo fit, nempe ꝙ verberāte aliquo, & verberato: Per quod ſ. ꝙ ictus eſt aliquorum inter ſe ſolidorum in aere, vehementiore in iis aeris diuiſione, & confractione: ſed & qualia eſſe oporteat, quæ feriuntur: ꝓ quod auditur & quomodo ſonus.

Vox autem ſonus quidam eſt animati. Ex inanimatis enim nihil uocem edit: ſed per ſimilitudinem uocem emittere dicuntur, ut tibia, & lyra.

Poſtquām dixit de ſono, cōſequenter & de voce diſſerit. Vox.n. ſpecies eſt ſoni. Dicit ergo vocem quandam eſſe ſonum Non.n. omnis ſonus vox eſt, ſicut inanimatorum. neque.n. qui ex fluctibus, vel ventis fit, ſtrepitus, neque qui ex alliſis fit lapidibus, fragor, vox eſt: ſed animati aliquis ſonus vox eſt. Sed neque quiuis animati ſonus vox eſt. neꝙ.n. qui per compoſitionem manuum, neque qui fit per ſcreatum, vel tuſim, vox eſt. Sūt.n. hæc ſoni, & non voces, ſed vox eſt animati ſonus, qui per vocales fit partes. Sunt autem vocales partes, pulmo & oēs reſpiratiuæ partes: & aſperia arteria: & fauces Sed neque ab iis quomodocūque factus ſonus vox eſt. Tuſis.n. ab iis fit: nec vocem dicitur emittere, qui tuſit. Sed quando cū imaginatiua ſignificatione hoc mouentur, tunc demum factus ab iis ſonus vox dicitur. Quo autem per hæc inſtrumenta vox fit, & in quo differt vox a tuſi, eo dicente, progredientes ſciemus. Animati ergo quidam ſonus vox eſt. Etſi.n. quædam ex inanimatis vocem edere dicū eur, per translationem, & ſimilitudinem quandam dicuntur, vt quæ voci hominis ſimile quid habeant. Hæc enim tria circa hominis vocem cōſiderantur: numerus: harmonia, & dictio. Verſatur autem numerus circa tempus prolationis longum, & breue. & ideo antiqui, quæ ex vocalibus maiori tempore proferuntur, longas nominauerūt. Quæ autem in minore, breues. Si.n. ſm ipſam naturam protulerimus, videbimus eas, quæ dicuntur longæ, vt ω & ω maiori tempore proferri: breues autem minore. Ex eorum autem ad ſeinuicem compoſitione numeroſum exiſtit. eſt hoc.n. carminum. Harmonia autem circa acuti, & grauis commoderationem verſatur. Dictio vero verſatur circa ſyllabarum formationem & expreſionem ex qua eorum, quæ dicuntur, intelligentia ſignificatur. Qm ergo proprie hæc habet vox humana. eam autem quodammodo imitantur & inſtrumenta muſica: propterea dicuntur & ipſa ſm proportionem & conuenientiam vocem edere. Non ſolum enim numerum, & harmoniam imitantur, ſed & dictiones. Sciunt certe & qualis ſi cantilena, quæ dicitur: & cum inſtrumentis concinunt. Imitantur autem non ſimplr vocem hominis, ſed loquelam. Vt dixi.n. in dictionis compoſitione verſatur, quæ fit ꝓ linguam. Quęſiuerit autem quiſpiam, in quo differt numerus a metro. Dicimus ergo numerum eſſe quid gñaliꝰ: numeri autem ſpeciem eſſe metrum. Si quid enim eſt metrum i. & numerus: non ita autem & contra. Conſideratur enim numerus in iis, qui pulſant pedibus, & manib⁹. Qñ.n. velox, & tarda pedum eleuatio, & poſitio, inter ſe rationem, & proportionem habent, fit numerus. Et hinc ab horum translatione talis ſyllabarum connexio, quæ ad metrorum gñationem accipitur, pedes appellati ſunt. Secundum eandem conuenientiam & in manuum, & tibiarum, & aliorum eiuſmodi pulſatione numerus appellatus eſt, qui eſt commoderatio temporis, in quo fit motus. Nam & in tibiis numerus quoque cōſideratur. Tibię enim foraminum aliæ quidem longiori tempore obturant: alia vero breuiori. Et ſic relonantiarum hāc quidem leniorem, illam vero aſperiorem emittūt. Et foraminum alia quidem ſunt maiora: alia vero minora. & hæc quidē ſunt lingulæ propinquiora: illa vero remotiora. & quæ ſunt anguſtiora, ſunt latioribus acutiora. in pueris itaque & in mulieribus ſunt voces acutiores: Quæ autem latiora, tardiora. Siſr & quæ ſunt propius, ſunt remotioribus acutiora. quorum commemoratione fit harmonia, & melos: numerus autem velocis, & tardi. Qd' in reliquis quoque inſtrumentis numerus conſideratur, omnibus apertum eſt. commoderata.n. digitorum eleuatione, & poſitione perficitur. Qui ergo in aliis eſt numerus, ſm tarditatem, & celeritatem figuratur. Qui autem in oratione, quę eſt pronuncianda, ſm longum & breue: qui etiam metrum ſolus dicitur. Cum tardo autem proportionem & conuenientiam habet longum: cum celeri vero breue. nō ſolum autem in poeticis ſcriptis cōſideratur metrum, ſed & in oratoriis. Dicimus ergo lōgum eſſe membrum vel curtum & mutilum: & ex eo, quod non ſunt commodę rata membra, non eſt numeroſa oratio. Qui ita ꝙ de forma orationis ſcripſerunt, tradiderunt, quot, & quales pedes aſſumpti ad oratorium membrum, hoc recte efficiant. Hæc quidem in digreſsione: ſed redeamus ad dictionis contextum.

Et quæcunque alia ex inanimatis extenſionem habent, & concentum, & ſermonem.

Extenſionem dixit pro eo quod eſt, numerum Sicut enim dixi, circa temporis extenſionem, quæ fit plus vel minus, & eorum commoderationem, conſideratur numerus. Melos autem dixit, pro eo quod eſt, harmoniam quæ circa acuti, & grauis commoderationem verſatur: ſermonem autem dictionum compoſitionem.

Videtur enim uox quoque hæc habere.

Similis eſt, inquit, muſicorum inſtrumentorum ſonus voci, quatenus eius habent imitationem, quæ dicta ſunt. clauum eſt autem, ꝙ vocem maxime nunc dicit ſermo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nem circa ea enim ſolam conſideratur dictio. In vocibus enim inarticulatis eſt melos quidem & numerus: dictio autem non ita. nam etſi de Hica, vel Pſitaco dixeris, vel aliis eiuſmodi, non proprie eſt dictio: niſi ſm imitationē, & conuenientiam, ſicut & in inanimatis.

Multa autem animalia uocem non habent: ut & quæ ſanguine carent: & ex iis, quæ ſanguinem habent, piſces.

Quoniam dixit vocem eſſe animati ſonum; nō omne autem animatum vocem habet; ſed ſunt quędam quæ voce carent: hoc ipſum definit. Non enim ſimpliciter animata ſunt voce prædita, ſed animalia. & nec omnia animalia, ſed ea ſola, quæ habēt pulmonem, hoc eſt, quæcū que reſpirant. Vocis enim materia eſt reſpiratus aer, vt ipſe in proceſſu oſtendet. Neq; inſecta, vt muſcæ, apes, & ſimilia, nec quæ ſanguine carent, vocem edunt, vt vermes. Sed neq; omnia ſanguinem habentia, vt quęcūq; ex aquatilibus non ancipitem vitam agunt, vt piſces neque enim habet pulmonem & propterea vocem nō emittūt, et ideo ἄλογοι appellati ſunt, quaſi ἀπὸ τοῦ ἀλόγου ὄντες, hoc eſt voce deſtituti. Sed neq; quæcunq; ancipitem vitam agūt ea vocem emittunt: nam neq; quæ teſtaceam cutem habent, vt cochleæ: neq; quæ mollioris ſunt teſtæ, vt cācri, & mures aranei. Ex iis autem, quæ ancipitem vitam agūt vocem edunt & fluuiatilis equus, & crocodilus. Dicitur enim & hic breuem, & exiguam vocem edere. Dubitauerit autem quiſpiam, quomodo dicātur inſecta vocem nō edere. Quid eſt enim cicadis vocalius? Quin & muſcæ inter volandum non minimum bōbum edunt. Dico ergo non eſſe vocem, eorum vocalem ſonij emiſſionem. neq; enim per vocalia hæc inſtrumenta fiunt. Eſt enim quædā pellicula circa ſuperficiem ſub pectore cicadarum, quam aliis verberantes, & interceptum aerem exprimentes, ſonum emittunt. Similiter & muſcæ aſperis aliis percutientes ſonant; ſtantes certe bombum emittere deſinunt.

Idq; non circa rationem, ſiquidem aeris motus eſt ſonus. ſed qui dicuntur uocē edere, ut in Acheloo piſces, branchiis ſonāt, uel ailquo alio eiuſmodi.

Poſtquam dixit piſces non habere vocē, huius ipſius cauſam ſubiunxit. Si enim inquit, vt oſtenſum eſt aeris motus ſonus eſt: vox autem eſt ſonus quidam: in aere aūt non degunt piſces, ſed in aqua: merito vocem, non habēt vt qui non aerem moueāt, ſed aquam. Et ex iis, que vtro bicq; indiſcriminatim viuunt, quęcunq; vocem habent, non poſſunt vocem in aqua emittere. Neq; enim nos cū aquam ſubierimus, edere vocem poſſumus. Sed & qui dicuntur vocem edere in Acheloo, magni ſunt, quos qui dam vocem emittere exiſtimant, quando circa aque fuerint ſuperficiem. Dicit ergo non oportere exiſtimare eos vocem emittere. neque enim per vocalia membra ſonū faciunt, ſed ſecundum aliquem branchiarum motum. Quando enim ij circa aquę ſuperficiem natant, cum magni ſint, & multum aquæ intercipiant, deinde branchias contrahant, aquam emittunt, & emiſſione turbant: eaq; turbata aliquid aeris intercipit, qui ictu aque expreſſus ſonat & hoc modo videntur illi vocem emittere, vt de muſcis, & cicadis diximus. Quare extra animal fit ſonus, & non per inſtrumenta vocalia & in talibus ſimiliter euenit vt in columbis, quæ volantes alis ſonant. Similis ergo eſt is ſonus plauſi, qui fit per manus. Quare ſi & ſcari vocem edere dicūtur, idem de iis exiſtimādum eſt. Illud aūt, Vel aliquo alio eiuſmodi, adiecit, q̄ contingit non ſolū branchiarum contractione eos dicto modo ſonare, ſed & ore aquam excipientes, & cum ſtrepitu extrudentes. Certe cum ſunt in profundo, non ſonant. Fieri enim non poteſt, vt in aqua ſit ſonus. Propterea ergo, vt iam dixi, ſi in aqua manus ſimul percuſſerimus, non ſonant. Eſt.n. aqua quidem ſonorum tranſportatrix, ſed quæ ſonum non emittit.

Vox autem eſt animalis ſonus, & non quamlibet parte. Sed quoniam quodcunque ſonat, uerberante aliquo, & aliquid, & in aliquo ſonat: id autem eſt aer; ea ſola uocem merito edidērint, quæ aerem ſuſcipiunt.

Poſtquam diſcreuit ea, que vocem edunt, ab iis, quæ non edunt, & ex iis ad vocis rationem tradendam ingreſſus eſt: vult deinceps eius, quę eſt proprie, vocis ratione tradere. Eam autē ab aliis ſonis dupliciter diſcernit, & ex modo generationis, & ex fine. Ex modo itaque generationis, q̄ vox quidem fit expirato aere expreſſo contractione thoracis, ſecundum eam, quæ illi ineſt. ſonatiuam facultatem, & in aſperam arteriam incidēte. & in eū, qui in illa eſt interceptus, aerē: qui denſo ictu infractus, retortus, & vibratus, cohærentem aerem ad auditum vſq; per cutit. Eſt enim oris hiatus, qui eſt ad radicem vſq; linguæ, gula. Illinc autem duo vaſa feruntur, hoc quidē ad thoracem, quod aſpera arteria dicitur: alterum autem ſecus tendinem vſq; ad ventriculum, quod dicitur œſophagus. Per œſophagum itaq; fit ciborum additus, per aſperam autem, ſpiritus, qui fit ſecundum inſpirationem & expirationem. Qui quidem dicto modo expiratus facit ſonū qui vox dicitur, quando fit cum aliqua imaginatione ſignificatiua. Ex modo igitur generationis hac ratione differt vox ab aliis ſonis. Quicūq; n. ſoni non ſunt aīalium, vel, qd magis eſt, aīalium quidem ſunt, ſed nō per predicta vocalia inſtra fiunt, non ſunt voces. Ex fine autem, q̄ vox fit p aliquem aīalis impulſum ad aliquid ſignandū. itaque & cum imaginatione. Quare & irrationalium ſoni voces. Compaſcentē inquit, ſuem perſequens vluluat. Nam & canis, quando habet imaginationem alieni, latrat: quando autem familiaris & domeſtici, blandiens mouet caudam &c, vt ſemel dicam, cum talem, vel talem typum ſecundum imaginationem ſuſceperint, diuerſas voces edunt. Sunt itaq; voces ſignificatiuæ animæ affectuū. Nam cum cibum appetunt, quadam voce vtuntur, & aliam edunt vocem cum triſtitia afficiuntur: aliam, cum lætantur. Tuſis autem quæ fit per exitum ſpiritus per aſperam arteriam, non eſt vox. Differt enim & modo generationis, & fine. Modo quidem generationis, quod in voce, qui extruditur ſpiritus, ſenſim & ſecundum naturam egrediens percutit ordinate eum, qui eſt in aſpera arteria, & ipſam arteriam. & ille paulatim truſus, & a percutiente, & ab aſpera arteria ſonat numeroſe. fit enim volēte animali. In tuſientibus autem ſpiritus, vt qui præter naturā mouetur, aceruatim & inordinate e thorace egreditur, & ſeipſum quoq; ferit, & in quod eſt in aſpera arteria. Cum enim humidum præter naturam in thorace contractum fuerit, id natura vult per ſpiritum extrudere. Deinde cum non valet ſpiritus id extrudere, ipſe ab eo repercutitur, & ſæpe enixus interrūpitur. Vnde fit etiā corporis conculsio. Ipſum autem interrumpi & concuti ſignum eſt, q̄ non valet ſpiritus extrudere adiacentia. Et qñ laborat aliquis inflammatione: ſpiritus, qui eſt circa thoracem in anguſtias redactus, difficultatis anhelitus, & inordinati per tuſim motus cauſa eſt. Hac itaq; rōne differt tuſsis a voce, & fine, q̄ non fit cum imaginatione. nō enim alicuius ſignificandi gratia, ſed fit coacte. niſi ſm aliquam cōuentionem fiat, vt ſi excreauero, vel tuſsiuero, hoc ſignificabo. tunc.n. & ea voces quædam ſunt. Sic ergo, vt paucis complectar, licet dicere vocem eſſe aīalis ſonum, per vocales partes cum imaginatione factum, imaginatione. ſalicuius rei ſignificandæ gratia. Quare & in thorace inſpiratum aerem paulatim mouemus, prout elegerimus cū celeritate, vel tarditate loqui. Hæc itaque ſunt vocis inſtrumenta. Sermonis autem lingua, palatum, dentes. Taliter enim, & taliter vocem edentem ſpiritum per quandam eiuſmodi circūactionem lingua figurans, ſic dictiones facit. Quare quibuſcunq; lingua ſupra modū vel relaxata, vel alligata eſt, ij non loqui, vel non articulate loqui poſſunt: cum lingua nō amplius poſsit ſm rōnem motus facere, per quos vox figuratur. Sicut n. in tibiis, & in inſtrumentis muſicis, qui per vtres, vel corpus in tibias efflatur, ſpiritum, & taliter, vel taliter ſonat, figurantes digiti, in dictiones adaptant: ſic & lingua eum, qui ex thorace efflatur, & ad arteriā ſonat, in dictiones figurat. Vnde & irrationalia animalia, qm animam rationalem non habent, remiſſam linguam, & labra diducta habent. neq; n. ea opus habebant ad linguæ miniſterium. Vnde

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& ex volucribus, quæcũq; linguæ & genarum compoſitionem & ſpeciem habent hoibus perſimilem, nec valde hiantem, poſſunt imitari ſermonem, cuiuſmodi ſunt picæ, & pſitaci, & ſimilia. Sed quoniam quodcũq; ſonat, verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo ſonat: aliquo quidem, ꝙ percutit: aliquid vero, ꝙ percutitur: in quo autem ipſe declarauit dicens. Ideſt autem aer. Si autem ſic fit ſonus, merito quæcũque pulmonem non habent, &, quæ in aquis degunt, vocem non habent.

Materia enim, eo quod reſpiratur, utitur natura ad duo opera: quemadmodum lingua ad guſtũ, & ad ſermonem. Quorum guſtus quidem eſt neceſſarium, unde & pluribus ineſt: Sermo autem, & interpretatio, ut bene ſit. ſic & ſpiritu, & ad calorẽ, qui eſt intus, ut neceſſarium: cauſa autem in aliis dicet: & ad uocem, ut ſit, ꝙ bene eſt. Reſpirationi autem inſtrumẽtum guttur, cuius autem gratia hæc quoque pars eſt, pulmo.

Qm̃ dixit ea aĩalia voce vti, quæ reſpirant: eſt autem reſpirationem præcedens alius quidam vſus in iis, quæ reſpirant: qũo ad vocem quoq; reſpiratio confert, ꝑ hęc addidit. Sicut.n. inquit linguam fecit natura ad duo opera: quorum alterum quidem ad hoc, vt ſint confert iis, quæ habent, guſtus: alterum aũt ad hoc, vt bene ſint, ſermo: Sic & reſpirationis duo fecit opera, quorum vnũ quidẽ ad hoc, vt ſit, alterum vero, vt bene ſit. Compendium.n. ſibi vendicat nã. & ideo iiſdem in pluribus vtitur. Nã ergo lingua vtitur, & ad ſuccorum vſum, & ad ſermonem. Quorum alterum quidem ad hoc, vt ſint, conduci: nam ſine alimento viui non põt. Sermo ãt ad hoc, vt bene ſit. Hinc.n. fit aĩal, ꝙ ſocietate delectatur, & cum aliis cõicat, homo: & per eum docti, & ſcĩa præditi a præceptoribus reddimur. Propterea guſtus idem eſt in oĩbus aĩalibus: ſermo aũt non in oĩbus: ſed neq; oĩno vox: ſed in perfectioribus. Sicut ergo in lingua habet, ita & in reſpiratiõe. Nam & ad interni caloris refrigerationem confert, ꝙ eſt naturæ opus neceſſarium. Nã ad hoc, vt ſint, reſpirãtibus confert, vt in libris dictum eſt de partibus aĩalium, & in tract. de reſpiratione, et expira. ad quæ etiam differt, vt q̃ ſit in illis dicturus. Opus.n. inquit, habet & pulmo reſpiratione, vt q̃ ſit ſm̃ naturam calidior in pedeſtribus animalibus, eo ꝙ ſit cordi ſuperpoſitus: & multo prius cor. ab eo.n. in pulmone quoq; calidum nimis abundat. Propterea ergo dixit primum refrigeratione opus hr̃e eum, qui eſt circa cor, locum. refrigeratur.n. ipſum ꝑ pulmonẽ reſpiratum aerem recipientẽ, & propria refrigeratione illud quoq; refrigerantem. Hic eſt ergo neceſſarius reſpirationis vſus, q̃ ad hoc, vt ſint, aĩalibus confert. Confert aũt & ad ſermonẽ, q̃ nobis ineſt ad hoc, vt bene ſimus. ſiquidem & vox ad ſermonem. Vox.n. eſt mã ſermonis. Vocis autem materia eſt expiratus aer. Eſt aũt cauſa effectiua natura. Inſtrumentaria vero aſpera arteria. Eſt.n. veluti tibia. certe iuuenes quidem ſunt vocaliores: vt q̃ eã lenem habeant: ſunt aũt ſenes minus vocales: vt q̃ eam habeant aſperam. Finalis aũt, ſignificatio. Aĩali.n. vocis finis eſt, vt per eam aĩę motus & habitus ſignificet. Sermonis autem materia quidẽ, vt dictum eſt, vox eſt. effectiua autem cã, rationalis aĩa. inſtrumentaria vero, lingua, & palatum, & dentes: Finalis vero, mentis conceptuum ſignificatio. Vocis autem inſtr̃m eſt guttur, ꝙ Græce φάρυγξ. φάρυγξ autem fœminino genere q̃nq; dr̃, & ſignificat fauces. eæ autem ſunt vaſtus ille hiatus, q̃ eſt poſt linguæ radicem: qñ vero maſculino, ſignãt laryngem, ſeu guttur, ſicut & hic. Eſt aũt larynx ſeu guttur aſperæ arteriæ extremum: ꝙ a tribus chartilaginibus continetur: ab ea quæ dr̃ arytanoeides: a clypeiformi: & ab ea, q̃ eſt innoĩata. Quæ q̃dem extenſæ & contractæ ab iis, q̃ illic ſunt, muſculis vocem componunt. A tali.n. horum contractione, & extenſione, vel magis, vel minus formatur vox ſm̃ acutum, & graue: & ſi qua alia forma circa eam cõſideratur: ſicut a lingua, & palato, & dentibus formatur ſermo. Vocis ergo inſtr̃m, vt paucis totum abſoluam, eſſe dicit aſperã arteriam. Huius.n. principium eſt pharynx, ſeu larynx, ſeu guttur, vt ipſe dixit. Cuius aũt gratia hæc quoq; pars eſt, pulmo. Propter pulmonem.n. ait factam eſſe aſperã arteriam, q̃ pharyngem appellauit: vt ꝑ eam ingrediens ſpiritus eum refrigeret. Quæcunq;.n. habent pulmonem, ea habent quoq; aſperam arteriam. Quæcũq; ergo habẽt pulmonem, aſpera arteria refrigeratur eorũ, ꝙ eſt intus, calidum ingrediente aere. Piſces aũt per branchias refrigerant calidum, qd̃ eſt intus, eas contrahentes, & aquam admittentes. Quare pulmone non indigent, & alioqui aquatilia non valde opus habent, vt exterius ingrediatur frigidum, vt refrigerentur. Nam cum ea aqua circũſtet, ipſo tactu refrigerationem facit. Si autem & eo, qui eſt in profundo, frigidi aditu opus habeant, per branchias hoc faciunt contractas, & extenſas.

Hac.n. parte plurimum habent calidi pedeſtria animalia. reſpiratione autem opus habet, & qui eſt circa cor, locus primus.

Pedeſtria, inquit, aĩalia, quę pulmones habent, ſuperãt aquatilia in ea, quæ eſt in pulmone, calidítate. Nam cum pulmonem non habeant, neq; eam, quæ in eo eſt, calidítatem habebũt. Pulmonem.n. non habent: qm̃, neq; cor. Quæ.n cor habent, pulmonem quoq; habent. Nõ oportet autem exiſtimare eum hoc dicere ꝙ ſunt calidiora pedeſtria aquatilibus: ſed hac parte calídiora: qm̃, vt dixi, non habent illa pulmonẽ. Sunt.n. quædã aquatilia pedeſtribus nã calidiora. concoquunt certe piſces quidam arenam, & limoſa oĩa: quæ pedeſtria non concoquunt.

Quare neceſſe eſt, eo intro reſpirante, ingredi aerem.

Inſpirationis & expirationis cõe genus reſpiratio. Hic itaque reſpirant, dixit, pro eo, qd̃ eſt, inſpirante aĩali, neceſſe eſt ingredi aerem in eum, quæ eſt circa cor, primum locum. Is.n. eſt primus, qui in frigidatione indiget. Fõs.n. innati calidi eſt cor. Qm̃ autem ei eſt ſuperpoſitus pulmo & ex eo multum calidi recipit: ipſe quoque infrigidatione indiget. Primo ergo cor refrigeratione indiget: propter ipſum autem & pulmo. Per inſpirationem ergo refrigeratur: per expirationem autem fuligínoſa excrementa excernuntur.

Quare ictus reſpirati aeris ab ea, quæ eſt in illis partibus, anima ad eam, quæ dicitur arteriam, uox eſt. Non enim omnis animalis ſonus uox eſt, ſicut dixit. eſt enim lingua ſonare, ut qui tuſſiunt. Sed oportet & animatum eſſe, quod uerberat, cum imaginatione alia.

Hic vocem definit a modo generationis. Primum.n. vox eſt, inquit, ictus expirati aeris ad aſperam arteriam, ab ea, quæ eſt in ſpiritu, & in thorace, animali facultate. Addet autem etiam deinceps definitioni id, cuius cauſa, dicens: ꝙ verberans eſt animatum, vt hoc cum aliqua imaginatione faciat. Quare talis quoque eſt ſonus ſignificatiuus, dico autem vox.

Significatiuus.n. quidam ſonus eſt uox, & nõ reſpirati aeris, ut tuſſis: ſed illo uerberat eum, qui eſt in arteria, ad ipſam.

Duobus modis, vt iam dixi, ſeparat tuſsim a voce, & a ſine, ꝙ non ſignãtiua, ſed coacta ſm̃ aliquem ſit affectũ, & ꝙ non in oĩbus ſimilem habet voci gñationem. In voce.n qui ex thorace exprimitur ſpiritus, paulatim incidẽs in ſpiritum in aſpera arteria interceptũ, percutit ad ipſam arteriam ipſum cõprimens: & ſic ea percuſſa ab illo, q̃ eſt in ipſo ſpiritu, fit ſonus, q̃ eſt in voce. Fit aũt articulatus, qñ ex arteriæ concauitate truſum aerem circa fauces lingua taliter, vel taliter figurauerit. In tuſsi autem extrudit quidem ex thorace, ſed aceruatim: & non ſolum percutit eum, qui eſt in aſpera arteria, aerem, ſed & ab eo percutitur: & alia fiunt, vt iam prædixi.

Signum autem, q̃ non poſsit edere uocem reſpirans, neque expirans, ſed detinens. eum enim mouet retinens.

Reſpirantem inquit, pro eo, qd̃ eſt, inſpirantem. Generali.n. noĩe pro ſpeciali vſus eſt. Quid ergo, inquit, ꝙ expiratus aer facit vocem? Signum aũt, ꝙ non poſsit vocẽ edens inſpirare, ꝙ egreditur ſpiritus, & ſi alij ingredienti obuius fuerit, interrũpitur. Nõ ſolum autem, inquit, fieri non poteſt, vt inſpiret, q̃ vocem edit, ſed neque vt expiret. Atqui hoc ipſum expirantium fit vox. Et hanc dicit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

generationem vocis expiratum aerem. Fortaſſe ergo illud dicit, ꝙ aceruatim expirantes non poſſumus vocem edere. Denſa.n.expiratione conſumitur ſpiritus, & non prius vocem edere poſſumus, q̄ aliud inſpiraverimus: ꝙ expiratum ſubſeruiet ad vocis gñationem: Tragœdos itaq; admiramur, q̄ carmina ſine interruptione cum vehementia extendunt, ꝙ diu eis ſufficit ſpiritus. Q̄ aut ſic habet hi ipſi declarant, qñ ſunt cantaturi, multo prius ſpiritum inſpirãtes, & ſic vocem emittere incipientes, vt eis ſufficiat circa expirationem. Quare neq; ſine reſpiratione diu loqui poſſumus, eo ꝙ conſumatur ſpiritus, qui eſt in thorace. Opus ergo habemus prius aliũ inſpirare ad ſubminiſtrationem vocis. Fieri aũt non poteſt, vt ſimul inſpiremus, & loquamur. Nã neq; fieri poteſt, vt ſimul inſpiremus, & expiremus. Ei.n contraria mouet, qui retinet. Qui n.eſt vocem editurus retinens eum, q̄ eſt in thorace, ſpiritum, mouet eum, q̄ eſt in arteria. Conuenientiam aũt & proportionem habet, q̄ in aſpera arteria intercipitur ſpiritus, cũ eo aere, q̄ eſt inædificatus in auribus: niſi, ꝙ is quidem, q̄ eſt in auribus, eſt immobilis, & ſemper idem: Qui eſt autem in aſpera arteria, eſt aliquando alius.

Clarum eſt enim, cur & piſces ſint muti: non.n.habent laryngem, ſeu guttur: quia aerem non ſuſcipiunt, neque reſpirãt. Sed & qui dicunt piſces uocem emittere, errant, Sed propter quam cauſam, eſt alius tractatus.

Ex prędictis clara eſt cauſa propter q̄ piſces ſunt muti: quia vox ex expirato fit ſpiritu, in aſperam arteriam incumbente: qm̃ nec pulmonem habent, cuius gratia hæc pars eſt, merito ſunt muti. Et quicũq; inquit, eos vocem edere exiſtimant, ꝙ in Acheloo ſonent piſces, ij fallunt. ſonum vocem eſſe putantes. ſunt aũt quidem, qui dicunt piſces quoque reſpirare: & propterea nonnulli conantur oſtendere, ꝙ eſt aer in mari. eſt aũt hoc falſum. Si.n.aerem reſpirarent piſces, cum ſunt in aqua: cur non piſces quoq; in aere viuunt? ſicut nec nos in aqua neque n branchiæ ſufficiunt ad attrahendum intro aerem. Vnde cum breui tempore ſuffecerint, pereunt Propterea ergo quia nec inſpirare, nec reſpirare poſſunt, merito vocem non edunt. Et alioqui, qũo fieri poteſt vt aer ſit in aqua? neq;.n.aeri natura inſitum eſt, vt in aqua ſubſidat. Declarant autem inflati vtres, & amphoræ inanes, quę ſupernatãt, & bullæ, quę fiunt, vbi parua aeris particula intercepta eſt. Propter q̄ autem cauſam, eſt alius tractatus. Vel dicit cauſam propter q̄ falluntur, & adducuntur, vt vocem edere exiſtiment: vel potius propter q̄ cauſam non reſpirant. Huius autem cauſam quoq; dixit in libris de part bus animalium. neq;.n.ſufficit eis, quæ fit ex aere, refrigeratio: & iõ non habent reſpiratiuas aeris partes. neq;.n.habent circũſtantem aerem: ſed aqua eis hunc vſum præbet, quæ iuxta rationem reſpirati aeris ab eis per branchias attrahitur, & rurſus expellitur. Neque quæ ſanguine carent refrigeratione indigent, eo quod in eis non ſit tantum calidi. Inſecta autem, vt iam diximus, per ſciſſuras, ſi quid opus ſit, refrigerantur, & ea quidem, vel omnia, vel magna ex parte, ſanguine carent.

De odore autem, & odorabili, prædictis minus definitu facile eſt. Neq;.n.clarum eſt, cuiuſmodi quid ſit odor, ita ut ſonus, uel lux, uel color. Cauſa autem eſt, q̄ hunc ſenſum nõ habemus exactum, ſed multis animalibus deteriorem. Homo.n.male odoratur: & ex odorabilibus nihil ſentit præter id, quod eſt iucundum, & quod moleſtum: cum non ſit exactum ſenſorium. Rõni autem conſentaneum eſt, & quæ duris ſunt oculis, ſic colores ſentire, nec eis eſſe apertas colorum differentias, præter q̄ eo, q̄ eſt terribile, & eo, quod eſt tutum, & metum non afferens. Sic autem odores quoq; genus hominum.

De odoratu & odorabilibus doctrinam mediam collocauit tertiam quidem a viſu & auditu: priorem autem guſtu, & tactu: idq;, qm̃ mediam ſortitus eſt aliorum naturam, & ſm operationes, & ſm ſubiecta. ſm operationes quidem, ꝙ viſus quæ ſunt longiſsime, apprehendit: auditus autem & ipſe quidem, quę longe ſunt: ſed minus viſu. Neq; n.ex eodem ſpatio, ex quo videmus, ab eodẽ quoque ſonos audimus. Sic itaq; in Meteoris dicebatur, qd propterea tonitru poſterius audimus: fulgur autem prius videmus: ꝙ citius videre, q̄ audire poſſumus. Spiritu.n.nubes irrumpente fit tonitru: ex irruptione autem ſpiritus accenditur: ſicut in lapidibus, qui alliſione, & confractione ignem accendunt. Cum ergo primam tonitru generationem habeat, primum fulgur videmus: ꝙ viſus ſit acutior, & quæ ſunt remotiora magis apprehendat, q̄ auditus & propterea facto tonitru ſtatim fulgur quoq; audimus. magis.n.opus habet auditus, vt propinquius aer a ſono afficiatur, vt ſic eum apprehendat. Et in remigeratione, ſi quis longe fuerit, ſublatum prius remum videbit: deinde ſonum ſentiet. Guſtus autem & tactus poſt eos, ipſa ſenſilia attingentes apprehendunt. Odoratus itaque, neq; quæ ſunt eminus, apprehendit, vt viſus, & auditus: neq; opus habet tam propinquum hr̃e ſenſile, vt guſtus, & tactus. Ad vtrũq; ergo eorum eſt medius. Sic ergo ſm operationes medius eſt odoratus. Sed in ſubiecta vero, ꝙ viſus quidẽ circa colores verſatur, & lucem, quæ ſunt ignea. eſt autem ignis ſubtiliſsimus, vt in corporibus incorporeus. Auditus autem circa ſonos, qui ſunt aeris, qui eſt igne quidem craſsior, reliquis vero ſubtilior. inane itaq; quidam exiſtimat eſſe aerem. Guſtus aũt circa ſuccos, qui ſunt aquæ: ſuccis n.vehiculum eſt humidum. Tactus vero circa ſolida, & terreſtria. Inter hæc autẽ quatuor olfactus eſt medius, q̄ circa vapores verſatur, & medij cuiuſdam generis corpus. Qui quidem ſunt medij vel inter terram & ignem, vt ſicca exhalatio: vel inter aerem & aquam, vt humida. Sic autem et Plato, ſm dictum elementorum ordinem, ſenſus vniuſcuiuſq; ſecernit & definit. Iure ergo cum medium locum odoratus habeat, mediam quoque de eo fecit doctrinam. Dicit ergo, ꝙ odoratus ratio eſt reliquis ſenſibus minus definitu facilis et iõ odorabilium quoq; rõ non eſt aperta. Huius autem, obſcuritatis, & incertitudinis cauſam eſſe dicit: ꝙ hunc ſenſum non habeamus exactum, ſed multis aĩalibus deteriorem. Sicut n.tactu reliqua oĩa ſuperamus: ſic in hoc inferiores ſumus. Declarant aũt & veſtigantes canes, & quædam volucres quæ a longo interuallo olfaciunt.

Velut, inquit, Lacenę gradũ ſagacis canis. & rurſum.

Non pernix pedibus ſurſum lepus auſugit illum.

Propterea ergo dico, ꝙ obſcurum, & pro aliorum ſenſuum ratione exiguum habeamus odoratum. In aliis quidem ſenſibus, ſolum, ꝙ ſenſilium genus vnicuique ſit ſenſui ſubiectum, cognoſcimus. ſed & quæ ſunt ſpẽs ſub genere. Scimus.n.colorem eſſe genus viſibilium, & huius generis ſpecies exacte diſcernimus: vt album, nigrum, rubrum, fuſcum, & alia. Silr & in auditu, genus quidem ſoni: ſpecies vero, acutus: grauis. Silr in guſtabilibus genus quidem, ſucci: ſpecies autem dulce, & amarum: et reliqua. & in tangibilibus quidem genus non eſt apertum: neque enim habemus vno nomine appellatum. Quamobrem & de eo dubitat an ſit vnus ſenſus, an multi, quia fieri nõ poteſt vt tangibilia vno genere comprehendamus: cum ſint multę ſm ſpecies oppoſitiones: eorum quidem certe ſpecies ſunt valde manifeſtæ: calidum: frigidum: ſiccum: humidum: graue: leue: durum: molle: & reliqua. In odoratu vero non ſolum qd ſit odorabilium genus ignoramus: ſed neque quæ ſit ſm ſpeciem ipſorum differentia, cognoſcimus Vnde neq; ea nominare poſſumus. Quando enim odorabilia dicimus, ea denominatiue a ſenſu nominamus: ſicut & colores, viſibilia: & ſuccos, guſtabilia: & ſonos, audibilia. Ea.n.nomina non ſunt naturæ ſenſilium, ſed eorum ad ſenſus habitudinis. Coloribus.n.per ſe ineſt, vt ſint colores. Etſi.n.non ſit viſus, qui eos apprehẽdat, ſunt nihilominus colores. Vt ſint autem viſibilia, eis ineſt in habitudine, quæ eſt ad viſus. Sic & quando dicimus odorabilia, & tangibilia, nomina dicimus habitudinis eorum, q̄ habent ad ſenſus: eorum quidem naturæ ſignificatiuum nomen nullum habemus, ſicut in viſibilibus, colorem & in guſtabilibus ſuccos, & audibilibus, ſonos. Sed in tangibilibus quidem, & ſit commune non nominatum eſt, vnaquæque certe ſpecies diſcernitur, vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

frigidum: calidum, molle: durum: & reliqua. in odorabilibus vero, neque cõis eorum natura, quænam ſit, nobis cognita eſt, neque vnaquæque ſpecies. Diſcernere.n. odorabilia ſm ſpeciem non poſſumus: ſolo autem iucundo, & moleſto diſcernimus, neſcientes quænam odorabilis proprietas nos voluptate affecit, vel moleſtia, ſicut in coloribus ſcimus; Quod hic quidem color, verbi gratia, valde albus moleſtus fuit, niger autem non eſt ſenſui moleſtus: & quod dulcis quidem ſuccus delectat: amarus autem moleſtia afficit. Similiter & in ſonis, & aliis. Bene olẽs enim & male olens non ſunt nomina naturæ, quæ ex eis ſenſui ineſt. Sicut & in viſibilibus dicimus formoſum, & deformæ: & in audibilibus, bene ſonans, & male ſonans. Quod autem odorabilium ſpecies diſcernere nequeat, cauſa eſt, quod exilem, & exiguum habeat hũc ſenſum. Quoniam ergo imbecillũ hunc ſenſum habemus, ſi cum aliis animalibus conferamur: propterea & eius ratio eſt definitu difficilis. Sic ergo, inquit, habemus nos olfactũ, vt & quę duris ſunt oculis aialia, viſum: vt cancri, piſces. Propterea ergo nec tegumenta eis fecit natura, vt in aliis animalibus ſupercilia, ꝙ non facile lædi poſsint propter duritiem. Sicut ergo nos odorabilia exacte non apprehendimus, ꝙ eum ſenſum exactum non habeamus; ſed ea ſolo iucundo, & moleſte diſcernimus: ſic rationi cõſentaneum eſt ea quoq; quæ duris ſunt oculis, colores apprehendere: non ſic autem, vt album vel nigrum: cum reliqua aialia norint, & albi colorem, & ꝙ delectat vel moleſtia afficit. Q; reliqua enim animalia inſiſtant & colorũ, & aliorum ſenſilium dr̃ię, ex operatione clarum eſt. Sicut enim dr̃m norunt, tali figuræ inſiſtentia, ꝙ adunco forte eſt naſo, vel ſimo, vel quid aliud eiuſmodi, ita norunt & ꝙ eſt albus, verbi gr̃a, vel æthiops. & panem diſcernunt, vel fœnum, non ſolum odoratu, ſed & tali colore. Vnde & ad id ꝙ eſt eiuſdem coloris, errauerint. Sic itaque reliqua aialia. Sed quæ ſunt duris oculis, rationi conſentaneũ eſt, inquit, non eandem colorum dr̃iam apprehendere: iucũdo autem, & moleſto, ea ſolum diſcernere. Vt ergo, quæ duris ſunt oculis, viſum habent: ſic & nos odoratũ, ꝙ odorabilium ſubę non inſiſtentes, ea ne nominare quidem poſſumus: ſed per circũlocutionem odores appellamus, croci odorem dicentes, vel acrem, vel amarum, vel quædam alia ex guſtabilibus. Quæ eſt autem conuenientia, & cur ſic appellamus, in dictionis contextu conſiderabimus. De odoratu autẽ, & odorabili: Græce eſt ὀσμὴ, ꝙ & odorem, & odoratum ſignãt. Vel ergo idem ὀσμὴν .i. odorem, & odorabile dicit, qd̃ eſt veluti odorabilium genus: ſicut audibiliũ ſonans. Genus autem non proprie, ſed ſimplr nomen commune, denominatiue ab odoratu deductum: ſicut a viſu viſibile, & auditu audibile. Vel ὀσμὴν .i. odoratum, ſiue ipſam olfactus operationem, odorabile autem id, ꝙ eſt ſenſu apprehenſibile, vt vaporem: vel, vt ſemel dicam, talem affectum, qui eſt odoratu apprehenſibili. Nõ.n. clauum eſt, qui eſt odor, ita vt ſonus, vel lux, vel color. Ecce odorem ſono, & luci, & colori aſſimilauit, vt generalioribus. Rationi autem conſentaneũ ſic. Qm̃ incertum eſt, an ſic vident, quę ſunt duris oculis, pulchre dixit. Rationi conſentaneũ. eſt. n. veriſimile, cum dura ſit pellis, colorum operationes non exacte ad ſenſum tranſportari. Illud autem, Prætereq̃ eo, qd̃ eſt terribile, & eo quod eſt tutum & metum non afferens, pro eo quod eſt, iucundo, & moleſto.

Videtur enim habere quandam proportionem & conuenientiam cum guſtu: & ſuccorum ſpecies cum odoribus. ſed exactionem guſtum habemus, q; is ſit tactus quidam: eum autem ſenſum habet homo exactiſſimum. In aliis enim, ab animalibus longo interuallo ſuperatur: ſecundum tactum autem eſt reliquis inſigniter exactior. Quare & eſt prudentiſſimum omnium animalium. Signum autem eſt, quod & in hominum genere, iuxta hoc ſenſorium, ſunt ingenioſi, uel non: ſed ſecundum nullum aliud. Qui.n. ſunt dura carne, ſunt hebetioris ingenij: Qui molles autem carnes habent, ij ſunt ingenioſi.

Conuenientiam inquit, & proportionem quandam habet odoratus cum guſtu: ꝙ per translationem ſecundum quandam conuenientiam ſuccorum noĩbus odorabilia vocamus, dulcem odorẽ dicentes, & acrem, & alios. Sed etſi quædam eſt conuenientia in odoratu, & guſtu: odoratum tñ exiguum & exilem habemus: exactiſsimũ autem guſtum. Deinde & cauſam intulit, ꝙ guſtum exactum habeamus: eo ꝙ, inquit, tactus quidã eſt guſtus: tactum autem exactiſsimum habemus nos hoĩes. In aliis enim ſenſibus a multis aĩalibus ſuperamur: in hoc autem omnibus ſumus ſuperiores. Quare, inquit, oĩum eſt animalium homo prudentiſsimus. Nam cum molles carnes habeat, ex quo ſentiendi quoq; virtute eſt magis præditus ſm tactum: excrementa celerius exudantur &, differuntur: nec vis eius imaginatiua, & ratiocinatiua perturbatur. Sciendum autem, ꝙ vt materialem cauſam cauſificatur carnem. non eſt. n prudentiæ effectiua, niſi vt concauſa. per colligamentum enim diſponuntur aĩales motus corporis temperaturis, non qui a temperatura quidẽ generentur, ſed non ſine tali tẽperatura, taliter, vel taliter operentur. Si aũt quædam alia fuerint, quæ molliorem hoĩe carnem habeant vt vermes, aliis videlicet carent. Neque.n. perfectam habent imaginatiuam facultatem. Nũc autem de perfectis aĩalibus agitur. Fortaſſe autem ne vermium quidem caro eſt, vt neq; muſcarum. Q; autem, eo ꝙ molliorem carnem habeat, hõ eſt prudentior, ex hoc confirmat: ꝙ & in ipſis hoĩbus, qui mollibus ſunt carnibus, ſint prudentiores, & ingenioſiores. & ideo ſtultos, & q ingenio carent, craſsipelles, & craſſos noĩamus. Clarum eſt, ꝙ aliis eiſdem ſeruatis, vt, eadem educatione, & eodem ſexu, nè virum cum muliere comparaueris ſi vtri que ſint eiuſdem ſexu, & naturæ, qui mollibus ſunt carnibus, ſunt ingenioſiores. eo ꝙ vt dixi, excrementis & ſuperfluitatibus celerius diſperſis, & reſolutis, purior fit ſanguis, in quo eſt imaginatiua facultas. Diximus aũt, ſi alia ſint eadem, quia contingit nonnullos ex pluribus exercitiis, & circa illiberales artes operationibus duriorẽ carnem habere iis, qui vmbratilem vitam agunt, & in ocio verſantur. ratio autem quærit eam, quæ eſt ex natura, cõſtitutionẽ. Oportet ergo alia oĩa eadem eſſe, & tunc eius, ꝙ dr̃ veritatem quærere. Secundum aliud autem nullũ, pro eo qd̃ eſt, ſm nullum aliud ſenſorium peius ſe habẽs, vel melius, eſſe ingenioſos vel non, ſed ſm ſolum tactũ. Si quis autem, cum ipſe dixerit eſſe tactum aliis exactiorem, dubitet qũo a viſu inceperit, cum ab apertioribus incipere oporteat. Dicimus ergo, ꝙ etſi tactum habemus exactiorem, eſt tñ aliis ſm doctrinam difficilior. De eo.n. dubitabit, nunquid nullus eſt ſenſus tactus, ſed plures. Cum omnis. n. ſenſus circa vnam oppoſitionem verſet: viſus quidem circa album, & nigrum, & quæ intercedũt: auditus autem circa acutos, & graues ſonos: guſtus circa dulce, & amarum, & quod intercedit: tactus circa plures verſatur oppoſitiones: calidum & frigidũ: ſiccum, & humidum: graue, & leue: & alias plures.

Eſt autem ſicut ſuccus, hic quidem dulcis, ille uero amarus: ſic & odores. Sed hæc quidem habent proportione conuenientem odorem, & tactum: illa uero contrarium. Dico autem, ut dulcem odorem, & dulcem ſuccum. Similiter autem & acrium & acerbus, & acutus, & pinguis odor. Sed, ſicut diximus, quia non ſunt ualde manifeſti odores ab eis, nomina accepta ſunt, ſecundum rerum ſimilitudinem. Dulcis.n. à croco, & melle: acris autem à thymo & talibus. Eodem modo & in aliis.

Poſtquam dixit, ꝙ proportionem quandam habent odorabilia ad guſtabilia, & ꝙ non ſiſr odoratus odorabilia apprehẽdit, vt guſtus guſtabilia: & oſtendit cur guſtus ſit odoratu exactior: vult oſtẽdere, ꝙ eſt proportio, & cõuenientia odorabilium ad guſtabilia. Sicut.n. in ſuccis, hi quidem dicũtur ſucci dulces: illi vero acres: illi pingues: ſic & in odorabilibus per translationem hæc noĩa dicimus, exili quadam, & exigua participatione in vtroque conſiderata. Guſtabilium aũt ſimul & odorabilium alia quidem habent ſuccum odori conuenientem, vt crocus, & mel. Dulcis.n. in vtriſque odor dr̃, ſicut & ſuccus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Similiter thymum allium, porrum, gustu sunt, & odoratu acria. Alia vero non conuenientem: vt aloe gustum quidem habet amarum: odorem vero dulcem: sic et styrax. Clarum est autem, ꝙ in gustabilibus quidem proprie dicuntur hæc nomina: qm̃ & eorum substantia comprehensa est. In odorabilibus autem ſm conuenientiam, quoniam mordax est succus aeris: est autem & odorabile eo modo: propterea & id acre appellauimus. Et in aliis eadem est conuenientia.

Est autem, sicut auditus, & unusquisque sensus, hic quidem eius, quod est audibile, & eius, qd' est inaudibile: ille uero eius, quod est uisibile, & eius, quod non est uisibile: & odoratus quoque eius, quod est odorabile, & eius, quod non odorabile. Non odorabile autem, hoc quidem, quod fieri non possit, ut odorem habeat: illud autem, ꝙ paruum, & malum habet. Similiter autem & gustabile, & ingustabile dicitur.

Sicut & in aliis sensibus dixit visu, & auditu, ꝙ non solum propria sensilia apprehendunt, sed & priuationes, & excessus: tenebræ.n. q̃ non sunt visibiles, non alio q̃ visu: sic & in odoratu dicit ꝙ apprehendit non solum odorabile, sed & non odorabile. Q̃ꝛ.n. odorem nõ habet, quo alio iudicamus, q̃ olfactu? Non quicquid autem simplr est sine odore, iudicat: sicut neque visus qd' est inuisibile. Necꝯ.n. qm̃ soni, & succi sunt & inodorabiles, & inuisibiles, propterea dicemus vel visum ea posse apprehẽdere, vel odoratum. Rõ est, quæ iudicat sonum esse inuisibilẽ, & inodorabilem, non sensus: sed eam apprehendit priuationem, quæ proprio sensilium habitui est opposita, vt qm̃, ꝙ est aptum videri natura, non vr, vt perspicuum: vel qd' natura olfieri consueuit, odorem non habet, vt malum putrefactum: Hoc aũt clarum est, ꝙ per accns, & per negationem apprehendit. Non odorabile aũt rursus duplex esse dicit vel quod nullo mõ est odorabile, & secundum priuationem, vt ꝙ est absque odore: vel, qd' est quidem odorabile, sed exiliter admodum odorabile, vt crepusculum dicebatur inuisibile. vt sunt soporiferi odores, qui sunt suffocatorij, & alia eiusmodi: Sic aũt, inquit, & ingustabile dicitur dupliciter, sicut & in odorabile. Dicet autem, vbi tractabit de gustu.

Est aũt & odoratus, per id, ꝙ intercedit, ut aerem, uel aquã. Nam & quæ sunt in aquis, uidentur odorem sentire.

Sicut in visu, & auditu, eo, qd' intercedit, opus erat ad sensilium apprehensionem: sic & in odoratu per id.n. qd' intercedit, est apprehensio. Est autem, ꝙ odoratui intercedit, aer, et aqua. ea n. odorum perlatrix facultas, est cõis aeris, & aquæ. Quod.n. aqua quoque sit odorum transuectrix, aperte ex piscibus confirmat. Multa.n. ex iis, quę degunt in aquis, olfaciunt, & odore procul ad escam accurrunt: sicut & in multæ volucres, vt vultures. Ij.n. ex valde remotis interuallis cadauerum odorem apprehendunt. Præterea autem & in pedestribus, vt venantes canes: sicut & Sophocles inquit.

Sicut lacenæ sagacis gradum canis.

Sicut ergo multę volucres, & multa pedestria aĩalia odores eminus apprehendunt pp odoriferam aeris facultatẽ: sic & multa aquatilia: ꝙ ea quoque sit in aqua facultas. Conchæ cerræ, & murices, quæ visum non habet, escam persequi cernuntur. Silr & crocodili carnes super aquę superficiem eis appensas persequuntur. Q̃ꝛ aũt non videtes simplr pisces escas, persequunt, & ex muricibus, vt dixi, apertum est, quæ cum visum non habeant, escas persequuntur. Declarant aũt & alij pisces, qui noctu venãtur. Dubitauerit aũt quispiam, si per id, ꝙ intercedit, odoratus apprehendit, ꝙ est aer & aqua, quare est odor odore potentior? Sæpe n. si male olens odor fuerit, accedens, ꝙ bene olet, eum superat: vel contra. Qd' quidem fieri non oporteret, si odorum transuector esset aer, non autẽ ipsi odorabiles vapores ad sensorium accederẽt: sicut omnes colores transuehit, et nũq̃ fit validior operatio, ỹ. gr. albi, vel alicuius alterius coloris, vt nigri: eo qd' non ipsi colores sint ī aere, sed eorum operationes. Sic oportebat & in odoribus fieri, si quidem eorum solum operationes trãsueheret, & non ipsos vapores, qui sunt corpora. Præterea autem hanc dubitationem auget & hoc, dico aũt, ꝙ non per id, qd' intercedit, sensus apprehendit odorabilia, sed ipsum odorabile deuenit ad sensorium. Tunc.n. thymiamata apprehendimus, qñ in ignem impositа in ipsum resoluuntur. Fumus.n. aperte videtur ad non ascendens, & ad nos perueniens. Certe & qñ citius odorem apprehendere volumus, manibus fumum ad nares attrudimus. Quare fit quædam aperte corporalis effluxio ex ipsis bene olentibus corporibus: & non aer eorum operationes transuehit, vt in coloribus, & sonis. Atq̃ dubitationem illam sic resoluimus. Dico autem eam, quæ videtur ostendere ex pomi bono odore, ꝙ qualitates separantur a subiectis: & dicimus, ꝙ non ipse per se ex malo bonus odor procedit, & ex similibus. sed cum aliqua subꝫ. & quod dicimus, confirmamus ex eo ꝙ malum tpe corrugetur: & quod panno naribus superpositо, aerem quidem inspiremus (non respirantes.n. non viueremus) odores autem non apprehendamus: nempe, ꝙ crassior sit subꝫ, in quã collocatum est odorabile, nec possit p pānum percolari: aer autem percoletur. Quomodo ergo vtraq̃ hæc dicta conciliabuntur, & quod nunc dictum est, & quod dicit per odoriferam aeris facultatem incorporaliter transuehi odores ad sensorium? Ad hæc ergo dicimus, ꝙ reuera fiunt fluxiones quædam subtiles corporum a bene olentibus, & maxime a suttitis. & propterea, cum sunt in aere, quæ est maior, & odorem habet efficaciorem, superat minorem. Nam & in sonis, vbi non est corporum effluxio, maior sonus vincit minorem, & magis splendidum minus splendidum. Sed etsi sit quædam effluxio, non ipsa tamen in sensorio facta apprehensionem præbet: sed opus habet eo, quod intercedit, vel aqua, vel aere, qui odorabilium operationes transuehat. Qĩo. n. aquatilia, quæ sunt super aquæ superficiem olfaciũt? Neque enim est probabile hanc effluxionem per aquam deorsum procedere, sed potius sursum; siue sit vaporosa, siue fumosa, vt deinceps dicet. Iam vero & crocodili olfaciunt, quæ sunt super aquæ superficiem appensæ carnes. & qd' non videntes ad eas accurrunt, sed odorantes, ex hoc clarum est, ꝙ noctu quoque venantur. Et vultures ex infinitis interuallis cadauera sentiunt: non eousque autem vtique e corporibus effluxiones perueniunt. Sed videtur nõ ter odoratus, cum sit exilis, & imbecillus, vehemẽtiori egere operatione. Qm̃ ergo, quæ in multo aere transuehitur operatio, minor fit, sicut in visibilibus habet, & audibilibus: propterea opus habemus, vt ꝓpius narem fiat odorabilis effluxio: vt cum est valida effluxio, ab ea facile afficiatur odoratus, in nare alterato aere. Sicut & qui imbecillos oculos, vel nares habent, nisi visibilia, & audibilia propius admouerint, non apprehendunt. & propterea panno super sensorium posito, contingit odorem nõ apprehendere: & maxime, si pannus crassus fuerit, vel non sit vehemens, & efficax odor. Nam si vehemẽs odor fuerit, & si sit pannus superpositus, sufficit aeris odorifera facultas, etiam si bene olens odor sensorio nõ admotus fuerit vt agat in sensorium. est autem olfactiuum sensorium in anteriori parte cerebri, eius excrescentia, mammillæ formam præse ferens, post ossa, quæ ἐθμοειδῆ ab Isthmi forma, Latine autem colatoria appellantur, vt ad id, quod est interius.

Similiter autem, & quæ habẽt sanguinem, & quæ sanguine carent. Nam & eorum nonnulla procul ad cibum accurrunt odore incitata.

Hoc est μεταξυλογία. i. oꝛonis interpositio. Sic autem habet dictionis contextus ꝓña. Nam & quæ in aquis sunt, vñr odorem sentire, vt quæ sunt in aere. Deinde, ꝙ sequitur, id confirmat, ꝙ aquatilia olfaciant. Eorum n. nõnulla ad cibum occurrunt, eorum. aquatilium. Illud vero, Similiter autem, & quæ habẽt sanguinem, & quę sanguine carent, & in aquatilibus, & in iis, quæ sunt in aere. in vtrisque.n. eadem est dr̃ia. Olfaciunt autem & quæ sanguine carent, vt insecta. Si vero illud. Autem, superabundet, eius, quod est; Silr autem, pura sit constructio.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quare & dubium uidetur, ſi omnia quidem ſimiliter olfaciant: homo autem reſpirans quidem, non reſpirans uero, ſed expirans, uel ſpiritum, continens, non olfacit, nec emittens, nec cõminus: nec ſi ſuper narem intus poſitum fuerit. Et quod ſuper ipſum quidem ponitur ſenſorium, eſſe inſenſile, eſt commune omnium. ſed, præter quam reſpirando, non ſentire, eſt proprium in hominibus. Eſt autem manifeſtum iis, qui experiuntur. Quare, quæ ſanguine carent, quoniam non reſpirant, habent alios ſenſus præter eos, qui dicti ſunt.

Poſtquam dixit, ꝙ non ſolum terreſtria, ſed & aquatilia odorantur, &, quæ ſunt in vtriſq; & ſanguinem habentia, & ſanguine carentia: & quod oĩa per id quod intercedit: Qm̃ autem eorum alia quidem reſpirantia olfaciunt, vt homo, & quæcũque habent pulmonem. (Hominem.n. exemplum accipit pro oĩbus reſpirantibus) non reſpirant autem piſces, & ex terreſtribus, quæ carẽt ſanguine: & ab iis, quæ carent ſanguine, fit odorum apprehenſio per odoriferam aeris facultatem: in iis dubitat, an omnia quidem, quæ olfaciunt, odores ſiĩr apprehendant: homo autem (idem eſt autem dicere, quæcunque reſpirant) inſpirans odoratur: non aũt expirans, nec ſpiritum continens. vt operatio declarat: ſed neque, ſi procul fuerit odorabile, neq; ſi adeo prope, vt ad ipſam narem ponatur, quæ eſt intus, conſequẽs fuerit & alia, quæ olfaciunt. reſpirantia odorari. Nam & alia ſiĩr olfaciunt, vt quæ reſpirant, nec, ſi procul fuerit, odorabile apprehendunt, nec ſi intra narem fuerit. Per inſpirationem aũt, inquit, odorari eſt proprium hominis, idem eſt autem dicere, omnium reſpirantium. Si aũt hoc ſic habet, & oĩa quidem, quæ odorantur, in aliis inter ſe cõicant: quæ aũt reſpirant non recte odorantur, niſi per inſpirationem: eſt ergo veriſimile aĩalia, quæ non reſpirant, vt quæ ſanguinem non habent, non odoratum, ſed alium hr̃e ſenſum. Si.n. odorifera aeris facultas, iis etiam non reſpirantibus, ad eorum ſenſorium odores tranſuehit, cur non hoc etiã in reſpirantibus contingit, ſed inſpiratione opus habent, Hæc eſt ergo dubitatio. Deinceps autem ſolutionẽ quoque adiungit: & primum quidem oſtẽdit, ꝙ etiam, quæ non reſpirant, non alium ſenſum habent. Deinde & cauſam infert, cur, quæ reſpirant, non niſi inſpirãdo olfacere poſſunt, cum alia, ad odorabilium apprehenſionem, reſpiratione oĩno non indigeant. Reſpirationem aũt dixit pro inſpiratione, generale pro ſpeciali. Q; autem odorabile odoratiuo ſenſorio ſuperpoſitum, eius apprehenſionem non præbeat, ex operatione argumentum non habemus: neq; n. nobis in hoc apertum ſenſorium incidit. Eſt autem hoc & ex aliis ſenſibus colligere, qui opus habent eo, quod intercedit: & ex hoc, ꝙ neq; expirantes, neq; aerem continentes olfaciamus: tanq̃ oporteat oĩno aliquid pati aerem ab odorabilibus, & is in nos agat. In iis, qui eo, quod intercidit, non habent opus, guſtu dico, & tactu, ſi non ipſum attingat ſenſorium tangibile, & guſtabile, non præbet nobis ſui apprehenſionem: eo quod aer nequaquam a ſuccis afficiatur: idq; merito. Succorum enim eſt aqua vehiculum: odorum autem vapores: hi autem magis ex aere. Non eſt autem exiſtimandum, ſicut dixi, oportere ipſos vapores, in quibus ſunt odores, ad ſenſorium accedere: idq; ex eo manifeſtum eſt, ꝙ piſces quoque olfaciunt: ſed, ꝙ hi aquæ, & aeris odoriferam faciant facultatem, non vtiq; aquæ ſubſtantia odorem admittente, ſed eius iam facultate perfecta: ſicut et a coloribus non ipſi aeris ſubſtantiæ qualitas inditur: ſed colorũ eius tranſportatrix facultas perficitur.

Sed fieri non poteſt, ſi quidem odorem ſentiunt. Eius.n. quod eſt odorabile ſenſus, & male olentis & bene olentis eſt odoratus. Deinde & corrumpi cernuntur à uehementibus odoribus, à quibus & homo, ut bitumine, & ſulfure, & eiuſmodi. eſt itaque odorari neceſſarium, ſed non reſpirantia.

Quod quæ non reſpirant, non alio vtuntur ſenſu, q̃ odoratu per hæc oĩdit Si.n. inquit, odoris ſenſum hñt: odor autem nullo eſt alio ſenſu ſenſilis, q̃ ſolo odoratu: ergo odoratum, non alium habent ſenſum. Q; aũt odorem ſentiunt, ex hoc cõfirmat, ꝙ eam, quę eſt ſm ipſum, oppoſitionem apprehẽdit, bonum, dico, & malum odorem, ꝙ ſuperius dixit, iucundum, & moleſtum Vno ergo hoc argumento probauit, ꝙ odoratum, & nõ alium habent ſenſum, dico autem, ex hoc, ꝙ eaſdem operationes operentur, quas &, quæ olfacere in confeſſo eſt. Quorum autem eædem ſunt operationes, eorum ſunt oĩno quoque facultates nõ aliæ, Id autem eſt, ꝙ ſicut, quæ reſpirant, ab iis, qui corrumpere poſſunt, odoribus corrũpuntur. vt bitumine, ſulfure: ſic &, quæ non reſpirant. Quod ſi ita eſt, hæc quoque. ſ. olfaciunt.

Videtur autem hominibus hic ſenſorium differre ab iis, quæ ſunt aliorum animaliũ: ſicut oculi ab iis, quæ duris ſunt oculis. Illa enim habent ſæpe, & ueluti uelamen, ſupercilia: quibus non motis, nec reuulſis, non uident. quæ autem ſunt duris oculis nihil habent eiuſmodi: ſed ea ſtatim uident, quæ ſunt in perſpicuo: ſic & olfactiuum ſenſorium, illis quidem eſſe intectum, ut oculum: ea uero, quæ aerem admittunt, habere tegumentum, ꝙ inſpirantibus detegitur, dilatatis uenulis & meatibus.

Hoc in loco tradit cauſam, cur alia quidem non reſpirantia olfaciant: alia vero ſine reſpiratione odorare nequeant. Dicit ergo. Tale quid contingit in odoratu, cuiuſmodi & in viſu. Sicut.n. in hoc, quæ duris quidem ſunt oculis aĩalia, ſupercilia non habent, quæ protegant oculos, & conſeruent: ſed, quæ mollibus ſunt oculis, ſupercilíis tectos habent oculos ad ſenſoriorum cuſtodiam, vtpote quæ facilius pati poſſint. & propterea, quæ ſupercilia quidem habent, iis egent: quę non habent autem, eo non egent: ſic & in odoratu, aĩalia quidem quæ reſpirãt, videntur protegumentum, & velamentum odoratiuæ partis habere, vt quæ ſit, prout eſt veriſimile, imbecillior. Quæ autem non reſpirant, ea & hoc ſenſorium intectum habent, neq; ante locato tegumento indigent. Quæcũq; ergo habent ad ſenſorium, veluti tegumentum, ea inſpiratione opus habent, vt venulam dilatent. Venulam aũt dicit neruum ſenſorium, vt pure odorabilium operationes ſuſcipiat. Atq; ipſe quidem hoc tm̃ dixit: fortaſſe aũt qm̃ intra oſſa ὀσθμοειδῆ, ſeu colatoria eſt, odoratiuum ſenſorium: in huius autem oſsis foraminibus contrahuntur & excrementa, quæ ſunt etiam, qd' lenta & viſcoſa ſint, emũctu difficilia: propterea etiam vehementiore inſpiratione opus habemus, iõ fortaſſe, vt iis foraminibus purgatis, odorifero aeri viam patefaciamus. Fortaſſe aũt eſt & quædam caruncula, ſeu pellicula ſuperpoſita. quæ & ipſa inſpiratione leuatur Dubitauerit autem quiſpiam de iis quæ ſunt vitæ ancipitis, vtrum, ſi, quẽadmodum cum ſunt in aqua, inſpiratione non habent opus, vt olfaciant: ſic, neq; cum ſunt in aere, inſpiratione opus hñt vt odorentur. Et non eſt quidem admirabile, ea, cũ ſunt in aqua, contenta eſſe ea, quæ eſt ex aqua, refrigeratione: qñ aũt fuerint in aere, vti reſpiratoriis partibus. Qm̃. n. ſunt vitę ancipitis, ad vtraq; eas inſtr̃a præparauit natura.

Et propterea, quæ reſpirant, non odorantur in humido. neceſſe eſt enim odorari ea, quæ reſpirauerint. ut hoc autem in humido fiat, fieri non poteſt.

Tradita cauſa, cur, quæ reſpirant, ſine reſpiratione non olfaciant, merito inquit, eiuſmodi ne in aqua quidẽ odorari, propter prædictam cauſam. In aqua autem, vt reſpiretur, nequaquam fieri poteſt: qm̃. n. ne illic quidem eſt aer: merito in aqua olfacere non poſſunt.

Eſt autem odor ſicci, ſicut ſuccus humidi.

Guſtabilis materiam ait eſſe humidum. Quare & quæ ſunt valde exiccata, etiam ſucco penitus carent. Dicet aũt de iis quoque poſtea. Sicut ergo, inquit, eſt ſuccus humidi, ſic odor ſicci. Siccum autem dicit, non terreſtre, ſed igneum, qualem eſſe dicebamus fumoſam reſpirationẽ, oſtendunt autem thymiamata, quæ talem reddunt, dum euaporantur. Quod autem odor eſt ex maiori parte ex ſicco, dicit in libro de ſenſu. Non eſt autem audiendum ſiccum, ꝙ nullam in ſe habet humiditatẽ, id enim eſt ſine

odore

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

odore penitus, vt declarãt etiam quæ sunt valde exiccata thymiamata: sed quod est alicuius quidem humiditatis particeps est autem magis siccum, q̃ humidum. In Meteoris quoq; ostendit fumosam e terra exhalationem nõ aliter emitti q̃ si terra madefacta fuerit.

Odoratiuum autem sensorium potentia tale.

Postquam dixit de odorabili, dicit & de sensitiuo. In vniuersum autem oẽm sensum dixit id esse potentia, qd̃ est sensile actu. Idem itaq; dicit & de odoratiuo, idem esse potentia, q̃ odorabile. Fit autem simile, qñ odorabilium operationes susceperit, & fit actu odorans Non.n. fit bene, vel male olens, sed a sensili vel disgregatur, vel congregatur. Dixit autem iam perfectius, quomodo fit sensorium, id quod sensile. Quod autem nunc dixit de sensu, hoc postea dicet quoque de visu, & reliquis. Videtur.n. in præcedentibus, cum de visibilibus, & audibilibus dixit, de visu, & auditu nihil dixisse. Iure autem quispiam dubitauerit, quomodo odorum materiam siccum esse dicit: succorum autem humidum. Neque enim magis sicca sunt odorabilia q̃ humida, vt opobalsamum, & quicunque alij succi bene vel male olentes. Sed neque succus magis est in humido, quam in sicco. Esculenta enim sunt oĩa sicca, & nonnulla, quæ esculentorum vel pharmacalium succorum partem habent, sunt sæpe & tactu & potentia adeo sicca, vt & eos, qui offerunt, exiccent. Et alioqui aqua, quæ maxime ex humidis est succis subiectum, vel omnino, vel propemodum est succi & saporis expers, qualitatem autem accipit ex sicco, quo mixta erat. Sic itaque & ipse in Meteoris mare ex subiecta terra amarũ, & salsum succum habere dixit. Sed & aqua, quę est in terra, diuersos herbarum & arborum succos retinet. Sic ergo magis ex sicco succos suscipit. Quare si quis eius partes tuens, qui in sicco odores esse dicit, eos, qui sunt in succis, bonos vel malos odores, ex sicca terræ vel arborum substantia, quibus aqua commixta est, generatos esse dabit: sic necessario eadem ratione succos quoque ex sicco magis esse, siquidem & eos ex sicca immixta substantia humidum accipere. Sed ad hæc dicunt, humidum quidem, vt materiam, succis esse subiectũ: inesse autem, aqua sicco immixta. sed in humido, tunc veluti efficiente succos sicco: vt succorum efficientem causam accipiamus sicum: materiam autem humidum. Sed hac primum quidem ratione vt in odoribus quoque vtamur fieri potest. Aqua enim odoris expers, quæ est in humido innumerabiles odorum species admittit, quæ prius actu in terra non inerant. Fieri ergo rursus potest, vt dicamus, q̃, vt materia quidẽ, humidum odores suscepit: siccum autem effectricem habuit. Deinde fieri potest, vt etiam oĩonem conuertamus, vbi sunt quædam sicca vel odorabilia, vel gustabilia quæ citra temperaturam sicca manentia, vt terra, neq; odorem habent, neq; succum: humido autem immixta vtrãque habent. Et dici potest aquam effectricem eorum habuisse causam. Non est ergo bona oratio, quæ sicco quidem seperatim odores attribuit: humido vero succos. Sed quemadmodum coloribus non simpliciter vnum aliquod simplex subiectum est: sed tales temperatura talibus subiecta est coloribus: & huic quidem, verbi gratia colori humidius est subiectum: aliud vero siccius: sic quidem & odoribus, & succis compositum est subiectum. Si autem ad proprietatem respicias succorum, & odorum: subiectum siccum est, vel humidius. Si vero oporteat reuera duo in partes dissecare, & distribuere, humidum dico, & siccum: humidum succis est tribuendum. Cibis enim succus maxime ab humido, & ab ea, quæ in ipso est qualitate inest. &, vt iam dixi, quando exiccatus fuerit ne succi quidem est particeps Humidum autem, vt aqua quãuis fuerit simplicissimum & immixtum, est tamen alicuius succi particeps: sic et in siccis, quoad odores. Aqua enim, qñ simplicissima fuerit, est penitus odoris expers. At siccum nihil prohibet, quo minus sit odorũ particeps: humido autem opus habet, non vt sit odoris particeps, sed vt facilius euaporet, & siccam simul exhalationem emittat, & sic affectus aer in nos agat. Sic itaque & terra ab imbre sæpius madefacta, ea exhalante, & vapores emittente, quidam bonus odor ascendit.

Gustabile autem est aliquid tangibile. & hæc causa est, cur non sit sensile per id, quod intercedit, ut quod sit corpus alienũ. Neque enim tactus.

Consequenter de gustu & gustabilibus tractat. Hunc autem sensum a tribus prædictis differre dicit: q̃ illi quidem per id quod intercedit, propria sensilia apprehendant: hic vero non per aliquid, quod intercedit, gustabilia apprehendit: sed oportet sensile ipsum attingere sensorium. & causam tradit, cur opus non habeat gustus, ad gustabilium apprehensionem, aliquo, quod intercedit. Tactus enim inquit, quidam est gustus, & gustabile est aliquid tangibile. tactus aũt non fit per aliquid quod intercedit. Ab ipso enim tangitur sensorio sensile. Vnde & tactus appellatus est. Qm̃ ergo & gustus quidam est tactus, merito eo, quod intercedit, non eget. Tactus autem quendam dicit gustum, non q̃ sub tactus sensum reducatur, sed q̃ per tactum fiat. Quoniam ergo in vtrisque contactus est communis: sicut in tactu non est, quod intercedit: ita nec in gustu, causam autem dicemus, vbi de tactu dicetur. Adiecit autem. Vt quod sit corpus alienũ, quoniam, vt dicet, vbi de tactu aget est vtique & in iis, id, quod intercedit, sed nõ alienum, sicut in tribus sensibus. In iis enim duplex erat id, quod intercedit: hoc quidem alienum, illud vero proprium. Alienum quidem aer, & aqua. Proprium autem & congenitum, in oculis quidem humores, & tunicæ: In auditu autem inædificatus aer. In odoratu vero, seu naribus, vel circa colatoria ossa, quę sunt, ἐμφυσώδη, congenitus aer, vel quid eiusmodi. habet enim quod aliis conueniat. Sed in gustu, & tactu nihil alienum intercedit, per quod sentiunt, sed solum propriũ: carnem.n. vult esse, quod intercedit: aliquid autem aliud, quod sentit, vt illic sciemus exactius. Sicut autem tribus perspicuum & personans, & odoriferum est subiectum, per quæ colores, soni, & odores ad sensus transuehũtur: sic, & succis humidum est subiectum, sed illius quidem non fit materia perspicuum, vel personans, vel odoriferum: sed eorum solum operationes renunciat: succis aũt humidum, vt materia, subiectum est, vt quod ab eis patiatur, & qualitate susceptа ex contactu ad sensorium, eorum apprehensionem suscipiat.

Atq; corpus quidem, in quo est succus, gustabile in humido, ut materia. Id autem est, quid tangibile:

Quod tactus quidam est gustus, & propterea non habet opus eo quod intercedit, per hæc probat. Corpus.n. inquit, in quo, vt in materia, esse habet succus, qui est gustabile, est humidum. Quare si gustabile quidem, succus, in humido esse habet: est autem humidum tangibile: est enim tactus humidi apprehensiuus: est ergo gustabile tangibile. Succus enim ipse seu sapor per se est incorporeus, vt color, & aliæ qualitates: sed in corpore quidem certe, nempe humido, esse habet. Quare si humidum est succo subiectum: idest autem tangibile: eo ergo, quod intercedit, gustus merito opus non habet. Oportet.n. eum, qui succum est apprehensurus, tangere corpus, in quo esse habet, dico autem humidum.

Quare & si in aqua essemus, electum quidem dulce sentiremus: nobis autem non esset sensus per id quod intercedit: sed q̃ esset humido commixtum, sicut & in potu.

Quod humidum est succorum materia, & qd̃ opus non habemus eo, quod intercedit, ad succorum apprehẽsionem, per hæc probat. Si.n. aqua essemus, in aliam aliquo dulci iniecto, ipsum sentiremus non sic autem vt & colores per aquam videmus, neq; sicut, quæ per aquam olfacimus. In illis.n. etsi non sint in aqua colores, neq; ea, quorum est odoratus ipsorum fit tñ apprehensio. Hic autem in ipsam aquam dulce iniectum esse oportet, &, vt materiam, aquam dulcedinẽ susceptisse, & ab ipsa formã accepisse, ipsamq; dulcem factam esse. Itaque & in mulso motu opus est, vel vt in aqua in minimas partes commi-nuatur, quo ipsa mellis substantia in aqua immisceatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Non autem odorabilia, nec ſonatoria. eo quod hic quidem, guſtata aqua, dulce apprehendimus: Illic autem per ipſam & non ipſam attingentes. Dixit aũt Alex. & aliter ſcriptum haberi. Et corpus, ī quo ſuccus, guſtabile, in humido, vt aqua. Hanc aũt lecturam dicit ſignare, ꝙ ſuccus in tali eſt humido, cuiuſmodi eſt aqua. Nõ.n videtur eſſe aer humidorum ſuſceptor, etſi ſit humidus, niſi ſit valde vehemens & efficax ſuccus. Sæpe.n.ſi adſit abſinthium, vna quoq; guſtu amaritudinem ſentimus aere. ſ propinquo qualitate affecto, & appõne paſſo vel aliqua defluente ſubſtantia, & ei immixta, vt in melle, & aqua. Propter ea id fit maxime, cum eſt recenter collectum, & nõ exiccatum. Sed in pluribus guſtabilibus qualitatibus non fit aer earum ſuſceptiuus. Eſt aũt aqua vel ſua natura penitus inſipida vt medicis vr̄, vel propemodum inſipida. Sentimus.n. dulcem & ſalſam aquam. & hmõi ei dicunt acceſſiſſe qualitates, eo ꝙ, quę ſunt aquę ſubtiliores, eæ magis ſunt omnis qualitatis expertes. Signum autem, ꝙ quæ colatur aqua, & euaporatur, & horum aliquid ſæpe ſuſtinet, fit propemodum omnis penitus qualitatis expers. Si autem colare, & euaporare, eſt a craſsiori, & terreſtri ſeparare: ipſa. ſ ſm ſuam naturam eſt, qualitatis expers, ſiquidem terreſtris mixtione fiunt ſucculẽta, & ſapida. ſed etſi per ſe eſt omnino ſucci expers, & inſipida vel propemodum: habet tamen facultatem omnium ſuccorum ſuſceptricem. Omni itaque ſucco fruitur, ſi ei appropinquauerit: & eius fit materia. In humido ergo ſuccus eſt, vt in aqua. Non enim in humido, vt in aere. non enim eſt guſtabile aer: neque ſuccorum materia. Illud autem, Sicut in potu, eſt exemplum, quomodo, cum ſumus in aqua, dulce ſentimus: quod guſtare, ſicut in potu, & non per aliquid quod intercedit.

Color autem non ſic uidetur, eo quod miſceatur, neque per effluxiones. Vt itaq;, quod intercedit, nihil eſt; ut autem color, uiſibile: ſic guſtabile ſuccus.

Succum.n. ſentimus, cum in aqua ſumus, qđ ei immiſceatur dulce corpus. Quare, vt dixi, motu quoq; opus eſt: non ſic autem videmus colores per aerem, vel per aquam. neq;.n. miſcentur colores perſpicuo. neq; n. eorũ materia fit perſpicuum, vt ſuccorum humidum. neq; coloratum perſpicuum viſui ſubiicitur, ſed per ipſum colores videntur. ſed neque ſic ſunt colores viſibiles, vt effluxiones in viſum mittant. Hoc n. oſtendet in lib. de ſenſibus & ſenſilibus. Si n. videre eſſet ſm effluxionem colorum, corpus eſſet effluxio. Si autem eſſet corpus, eam ſuſtinere & pati rationi eſſet conſentaneũ, & admotis paulatim tactibus effluere. Præterea ſi eſſet effluxio, cur non a ventis diſpergitur? Neq; ergo, vt mixto aeri colore, videre fit, neque ſm affluxionem: ſed tanquam per medium perſpicuum: non eſt enim materia coloris, neq; ab eo coloratur. Quare nõ ſimiliter & guſtum, cum in aqua ſumus, & colore ſentimus. vt ergo quod intercedit, nihil eſt: vt color autem viſibile: ſic guſtabile ſuccus. Poſtquã dixit, in quo differat guſtus ab aliis ſenſibus: nunc dicit, in quo guſtus cum omnibus aliis, vt ſemel dicam, ſenſibus conueniat. Guſtus itaq;, inquit, in hoc quidem, qđ non per aliquid, quod intercedit alienum, ſubiecta ſibi ſenſilia apprehendat, cum tribus aliis prædictis nihil habet commune: in hoc autem cum tactu communicat. Habet autem aliquid cõe cum viſu & auditu. Sicut.n. vtrunque eorum habet ſibi ſubiecta, quæ vno nomine appellantur. viſus quidem colores: auditus vero ſonos: ſic & guſtus ſibi ſubiecta ſuccos habet. At odoratus nõ habet ſibi ſubiecta, quæ proprio nomine appellentur. Si quis enim odorabilia dixerit, ea ex ſenſu denominatiue nominat, ſicut & viſibilia, & audibilia, & guſtabilia. Huius aũt cauſa eſt, quoniam nõ exactum homines habemus odoratum. In eo enim ab aliis animalibus vincimur: eum.n. nobis habent exactiorem: ſicut & nos tactum aliis perfectionem habemus. Quare neque ſicut ſecundum ſpẽm, & ea quæ intercedũt, acutum ſonum, & graue, & molle, & durum, & graue, & leue, & humidum, & ſiccum, calidum, & frigidum: & verbi gratia, dicimus qđ ceruſa, & lac, & cygnus: vnum etiam habent colorem album: aqua vero & lac, & vinum, humidam ſubſtantiam participant: ſic & in odoratu ſecundum ſpeciem odorabilia diſcernere poſſumus: ſed iucundo & moleſto ea ſolum diſcernimus. Neque.n. ſcimus, cuius ſit hic odor odorabilium ſpeciei. Quid enim eſt, ex quo eſt odor, ſæpe cognoſcimus. ipſe autem odor, cuius ſit odorabilium ſpeciei, diſcernere non poſſumus.

Nihil autem ſucci ſenſum facit, ſine humiditate: ſed habent actu uel potentia humiditatem, ut ſalſum. Eſt enim & ipſum liquefactu facile, & linguæ liquefactiuum.

Poſtquam dixit oẽm ſuccum eſſe in humido, vt materia: nunc oſtendit ea quoq; quæ ſicca eſſe videntur, ſucci non nihil habere, ꝙ humilitatem habeant, & ſic ſuccum habent, cuiuſmodi ſunt ſales. Nam & ij, quando guſtus eos appprehenderit ipſiq; liqueſiunt, vt qui ſunt potẽtia humidi, & ſunt linguæ præterea colliquefactiui, ex ea humiditatem exhaurientes, & ſic eam humectantes, & ſi quid ex aliis præterea ſiccis fuerit guſtabile, vt panis & ſimilia, non quatenus eſt ſiccus, ea eſt rõne guſtabilis: ſed quatenus eſt humiditatis particeps. certe quæ nimiũ exuruntur propemodum, vel etiam oĩno, fiunt inguſtabilia, vt quæ per ſolum deinceps tactiuum ſenſum operentur. Si aũt cum humiditate ſit ſuccorum ſenſus, merito quendam tactum dixit eſſe guſtum. Si n. in humido quidem eſſet, non autem eius cum eo fieret apprehenſio: nõ eſſet tangibilis. neq;.n. color eſt tangibilis, qm̄ in tangibili eſſe habet, eo qđ non cum ipſo colore eſt apprehenſio. Non videtur autem verum eſſe, ꝙ ſeparatim ſit ſuccis attributum humidum. cur.n. magis humidum q̄ ſiccum? Piper enim, & gleba Armenia, & prẽterea lapis, & infinita alia, quæ natura ſunt ſicca, & neq; actu, neq; potentia quicq̄ humiditatis habent, ſiccum tn̄ habent. & alioqui, q ſunt in humido ſucci, & pauci ſunt, & qui poſſunt facile circũſcribi: Qui autem in ſiccis ſunt plures, Plures n ſunt cibi, q̄ potus: maxime, cum & ipſe in Meteoris oſtenderit ꝙ, quæ ſunt in aquis, diuerſæ qualitates, vt quæ nitri guſtũ, & bituminis habeant, & quæ ſunt amaræ, & ſalſæ, ex ſubiecta eis terra tales ſint: & omnino oſtendimus, quod aqua, quod ad ſuam naturam attinet, vel fere, vel oĩno, qualitatis eſt expers. Quare in humido potius videbitur ſuccus ſuam habere conſiſtentiam, nempe terra. Deinde & aqua, cum ſit ſimplex, & in terra inſit innumerabiles ex ea qualitates accipit. Eſt ergo ad hæc dicere, ꝙ reuera quidem nullum ſimplex eſt videre, quod ſuccum contineat. Neq;.n. ignis, neq; aer, neq; aqua: ſed neque terra. Nam, vt dixi, & quæ ſunt valde exuſta, ea ſunt propemodum inſipida, & ſucci expertia. Sicut.n. diuerſi fiunt colores iuxta qualitate prædictam ſimplicium contemperaturam: ſic exiſtimandum eſt ſuccos quoq; fieri. Quod enim ne in terra quidem ſunt operationes, ex hoc clarum eſt, quod earum ne ſenſum quidem habemus. Deinde videmus, quod qui ſunt in ipſis plantis, ſucci concocti in alteram tranſmutantur ſpeciem. Sæpe.n. eſt primum amarus: deinde acris: deinde dulcis: & rurſus dulcis, deinde acris. In ſimplicibus ſ.non eſt, ſed fit in compoſitis. Cur ergo eis potius humidum ſecreuit & attribuit, Ariſt. q̄ ſiccum? Dico ergo, ꝙ animaduertit humidum quidem omnem poſſe ſuccum ſuſcipere: Quoduis enim ſiccum aqua immixtum, ei poteſt aliquam qualitatem tribuere, ſi vel quis ſolum aquam madefecerit, et non ſubtilem effectam immiſcuerit. Hoc autem fieri non poteſt in ſicco. neque enim quodlibet ſiccum ſuſcipere: neque vllum omnino omnem quoque ſuccum admittit, non ſolum, qui eſt in humidis, ſed & multo magis, qui eſt in ſiccis. Sed in humido quidem certe, & quocunque humido, & eum, qui eſt in ſiccis, & eum, qui eſt in humidis, ſuccum immiſcere contingit. Propterea ergo, vt videtur, aliud ſubiectum eſſe dicit ſuccis humidum.

Sicut autem uiſus eſt & eius, quod eſt uiſibile, & eius, quod inuiſibile: tenebræ enim inuiſibiles: has autem uiſus quoque iudicat. Præterea & ualde ſplendidi: hoc eſt enim inuiſibile

alio

alio autem modo quam tenebrarum. Similiter autem auditus quoque soni, & silentij: Quorum illud quidem audibile, hoc uero inaudibile, & magni soni, sicut uisus splendidi. Sicut enim exiguus sonus est quodammodo inaudibilis, sic & magnus, & uiolentus.

Dixi, ꝙ postquam dixisset, quid gustus ab aliis differt sensibus: vult dicere, quid cum eis habet cõe. Postꝫ itaꝫ dixit, quid cum visu & auditu habet cõe: nunc dicit quid commune habet cum oĩbus sensibus. Sicut ergo alij apprehendunt & propria sensilia, & eorum priuationes, & sensilium excessus. & defectus: sic & gustus. Vt visus apprehendit quidem inquit visibile, & inuisibile: visibile quidem vt colores: Inuisibile autem, vel ſm priuationem inuisibile, vt tenebras. Vnusquisque.n sensus per se propria quidem sensilia apprehendit: per accidens autem & priuationes: sicut & visus tenebras: eo enim ꝙ non a visibilibus afficiatur, per accidens dicitur apprehendere tenebras. Apprehendit ergo & quod est ſm priuationem visibile, & quod est per se quidem visibile, sed propter nimium excessum sensum corrumpit, & ea ratione dicitur inuisibile. Splendidum.n. cum sit visibile, qñ nimium excedit, corrumpit sensum. Apprehendit et quod est valde exile & exiguum, quodꝙ priuationi est propinquius: vt lucem esse dulcem dicimus. Ea enim fere etiam dicitur inuisibilis, ꝙ non possit sensum exacte mouere. Sicut ergo in visu habet, sic in auditu. Est enim audibile quidem, ipsi soni: inaudibile autem, quod est ſm priuationem, vt silentium, ꝙ per accidens dicitur sensile: vel ingens, & nimius sonus. Corrumpit.n. & is sensum, sicut & in attonitis, vel exiguus, vt susurrus. Sicut ergo in iis habet, & in aliis sensibus: sic & in gustu. eadem enim in omnibus conuenientia & proportio seruatur.

Inuisibile autem, hoc quidē omnino dicitur, sicut & in aliis, ꝙ uideri non potest: illud uero, si cum natura aptum sit, non possit, uel male, ut græce ἄπουν, idest, pedum expers, & ἀπήνεμον, baccis uacuum. Sic quidē est gustus eius, ꝙ est gustabile, & eius ꝙ ingustabile. Id autem est, quod paruum, uel malum habet gustum, uel quod gustum corrumpere potest.

Postquam dixit visum esse visibilis, & inuisibilis apprehensiuum: est autem multis modis visibilis, & inuisibilis significata diuidit. Dicitur.n. inquit visibile, vel quod penitus videri non potest, vt dicuntur esse & incorporea, & quæ sunt post colorem inuisibilia. Sic itaꝫ vox est inuisibilis, & odor. & vt semel dicam, quæ sub alios sensus cadunt: vel quod natura quidem aptum est vt videatur, non autem videtur, vt est id quod est in priuatione, vt qđ est potentia perspicuum si non adsit lumen: vel quod sic dicitur inuisibile. vt male visibile. Eiusmodi autem est, vel quod propter splendoris excessum visum potest corrumpere: vel quod propter exilitatem & imbecillitatem non agit in sensum. Apprehendit ergo inuisibile visus, ꝙ est inuisibile, non id quidem, ꝙ videri nõ est aptum natura, vt sonos, & quæ sunt aliis sensibus sensilia: ea enim non esse visibilia ratio est, quæ iudicat per instrumentum sensus, non autem ipse sensus: sed id, ꝙ est ſm priuationem visibile, sensus potest apprehendere: & alia quoꝫ. Visu enim iudicant etiam irrationalia esse tenebras per accñs, ꝙ non a visibilibus patiantur. itaque & in antris quiescũt. Nunquid autem & quod est ſm priuationem visibile, imaginatio est, quæ iudicat, & non visus? Si quidem sensus iudicium habent in eo, ꝙ aliquid patiantur: non patientes autem in tenebris, operatione carent. Quare & solum habitum considerant: non operantes autem, qũo iudicauerint? Pedum autem expers, & baccis vacuum, nõ ꝙ nonnullos penitus habet pedes, sed quod paruus, & malos: nam & sine baccis oleas dicimus, non quæ nullas, sed quæ paruas baccas habent: Sic & ἄποδα. i. sine pedibus animalia dicimus, non quæ nullos, sed quæ paruos habent pedes. Est autem quædam huiusmodi volucris hirundini similis, noctu volans, quæ vespertilo dicitur. His dictis, dicit. Et gustus gustabile & ingustabile apprehendit, non quod non potest succum suscipere: sic enim esse posset coloris, & soni iudex, sed ea, quæ possunt quidem suscipere, non autem susceperunt, vel male susceperunt, aut propter excessum, aut defectum.

Videtur aũt esse principium id, ꝙ est potabile, & quod impotabile. Gustus.n. quidam utraꝫ: sed hoc quidem malum, & qđ gustum possit corrumpere: illud uero secundum naturam.

Qm̃ dixit omnem succum esse in humido: nam & sicca dicit, quatenus humidi partem habet, esse gustabilia: humidum autem maxime & primo est potabile: merito potabile est gustus principium: principium. s. materiale. Sed & ingustabilis impotabile humidum principium: ꝙ impotabile factum est ꝑ succi impotabilis mixtionẽ: sicut & potabile poculentum redditum est per boni succi admixtionem. Illud autem, Gustus.n. quidam vtraꝫ, pro eo quod est, gustabilia. Qĩo autem impotabile gustabile, ipse subiunxit, quod non, vt quod perficiat, sed vt qđ possit gustum corrumpere, propter succi malignitatem. Vel si ergo audiemus esse gustabilium principium potabile, & impotabile: vel principia gustabilium potabile, & impotabile, tanꝫ in hæc primo diuisis gustabilibus, iis autem rursus subdiuisis, in ea, quæ sunt per species, gustabilia. Rursus potabile quidem est gustabile, & conseruatiuum, & perfectiuum eius, quod est secundum naturam gustabile: Impotabile autem, vt præter naturam, & quod possit corrumpere.

Est autem commune tactus, & gustus, potabile.

Qm̃ potabile humidum: est autem humidum tactu apprehensibile: vt humidum quidem tangibile: vt talem autem habẽs succum, gustabile: propterea gustus & tactus est commune: tactus quidem, vt eius proprium sensile: gustus vero, vt materia, & vehiculum gustabilium.

Quoniam autem humidum est gustabile, necesse est eius sensorium, neqꝫ esse actu humidum, neqꝫ tale, ꝙ humectari non possit. Gustus.n. à gustabili patitur, quatenus est gustabile. necesse est ergo humectatum esse, ꝙ potest humectari seruatum: non humidum autem gustatiuum sensorium.

Qm̃ potentia est sensorium, quale sensile ſm actum: est autem gustabile humidũ: oportebit gustatiuum sensum esse potentia humidum, non actu: vt humiditate, in qua est succus apprehensa, illi assimilatus: fiat tactu humidus. Si.n. esset actu humidus, ab ea, quæ est in succis, humiditate non amplius pateretur. vt quæ iã ante talis esset. Sic autem neqꝫ succos apprehenderet, propriam humiditatem admiscens, & succi vires faciens euanescere. Iam ꝯo & eo succo, qui in ipsa est in proprio humido, oblatum perturbans, et confundens, eũ non apprehenderet Q. n. est proprius id, ꝙ tangit, attingit. propriam itaꝫ humiditatem sentiret: nam & eam primam tangeret. Sicut ergo in aliis sensilibus, & sensibus habet: potentia.n erat vnũquodque sensorium tale, quale erat actu eius proprium sensile: sic et in gustu habet. Necesse est ergo esse humectatum, ꝙ humectari quidem põt, seruatum, nõ humidum autem gustatiuum sensorium. Si.n. sensus patitur a sensili: humidum aũt gustabile: necessario ergo gustatiuum sensorium sic natura aptum est humectari, vt etiam in humiditate propriam seruet n̄m. Non est.n. corruptiua, quæ sensorio immittitur humiditas, sed contra seruatrix, & perfectrix. ꝙ autem non oĩno a succis humectetur gustatiuũ sensorium. s. lingua, sed a nonnullis etiam fiat siccior, iam dixi in iis, quæ prius dicta sunt. Neqꝫ ergo piper, neque salsamenta, neqꝫ siccus panis, neqꝫ alia innumerabilia huiusmodi linguam humectant, & si sint gustabilia: sed potius exiccant, non vt succulenta & sapida, sed propter aliquam tangibilem qualitatem, vt siccitatem, & caliditatẽ. Neqꝫ.n. siccus panis exiccat, vel verbi gratia, cicer frixũ, aut bellaria, & similia: sed eo quod sunt sicca, vel calida, eam, quæ est in lingua, humiditatem exhauriunt. Illud autem, seruatum dici potest, etiam vt ab aliis separet, & distinguat, vt nitro, & similibus. Ea enim humectantur nõ seruata, vtpote quæ liquescant.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Signum autem, q̃ neque cum eſt exiccata lingua ſentiat, neque ualde humida. Ipſa enim ſit tactus primi humidi. ſicut quando præguſtato quis uehementi ſucco, alium guſtet. & quemadmodum ægrotantibus omnia uidentur amara, eo quod lingua tali humiditate plena ſentiat.

Signum, inquit, ꝙ oporteat linguam eſſe potentia humidam, non autem actu, ꝙ quicũq; habent linguam immoderate ſiccam, vel humidam, hi nõ apprehendunt guſtabilia. Deinde huius quoq; cauſam adiungit. Ipſa.n. inquit, ſit tactus primi humidi. i. propterea non apprehẽdit lingua valde humida ſuccos, ꝙ. quę in ipſa eſt, boni ſucci humiditas, ipſa quoq; prima eſt linguæ accedens tactus, ipſa ſuiipſius apprehenſionem præbens, & ea ratione nõ ſinens exteriorem apprehendere. eius enim, ꝙ eſt appoſitum, & quod primum tangit fit guſtus. Signum autem huius dicit, ꝙ qui alium ſuccum & maxime paulo vehementiorem præguſtarunt, ſecundos non amplius ſiĩr ſentiunt. Sed & iis, qui regio morbo laborant, oĩs videtur amarus ſuccus: eo ꝙ humiditas, quæ eſt circa linguam, hunc ſuccum habeat: quem primum guſtans, non apprehendit eos, qui adhibentur. Sed quæſiuerit aliqs. At qui ſi eſt amarus, q̃ eſt circa linguam, ſuccus, oportebat, qñ mel adhibetur, videri minus amarum, dulci immixto, & amari immoderationem caſtigante: nunc vero qñ dulce adhibetur, tunc magis amaritudinem apprehendit. Hoc autem non eſt verum: non.n. tunc magis apprehẽdit: ſed quia iam ante hoc quieſcit ſenſus. eum, q̃ eſt circa illa, ſuccum non apprehendit. nam & ſi nihil adhibitum fuerit, magis amaritudinem ſentiet. Sicut ergo is, qui humidam habet linguam, minus ſentit: ſic & qui nimium ſiccam. Oportet.n. vt dixi, ſenſorium affici a guſtabili, ꝙ eſt humidum: ꝙ eſt autem nimis ſiccum, ab humido minus afficí, & longiori tpe. Declarant autem id exiccata coria, q̃ longo tempore ab humido non afficiuntur.

Succorum autem ſpecies, ſicut & in coloribus, ſimplices quidem ſunt contrariæ, dulce, & amarum. Cohærentes autem, illi quidem, pingue. huic uero, falſum. Inter hæc autem, acre, & auſterum, & acerbum, & acidum. Fere enim hæ eſſe uidentur ſuccorum differentiæ.

Enumerat ſpecies guſtabilium. ſicut.n. in coloribus alia quidem ſunt ſimplicia, quæ & contraria, album, & nigrum. neq;.n hæc ex aliis ſunt mixta coloribus, neq; inter ſe. Quæ aũt inter illa interiecta ſunt, non ſunt amplius ſimplicia: ſed quadam eorum inter ſe mixtione perficiuntur. & ſunt nõnulla quidem eorum albo propinquiora, vt flauum: alia vero, quæ ad nigrum propius accedunt, vt cæruleum. reliqua ỹo ſunt intermedia, vt fuſcum, rubrum. ſic & in ſuccis. Nã & in iis ſimplicia quidẽ ſunt rurſus contraria, dulce, & amarũ. Reliqua vero mixta & intermedia. ſed dulci quidem propinquius eſt pingue: amaro vero ſalſum. Reliqua aũt, quæ enumerat, ea ſunt intermedia. non autem & quæ ſunt intermedia, mixta. Quæ enim ſunt mixta, ea ſunt quoq; intermedia: nõ ita autem & contra: Vt in coloribus, fuſcum quidem ꝙ mixtum eſt, eſt & intermedium. Rubrum vero, vel viride ſeu porraceum, non oĩno fiunt ex contrariorum mixtione: ſed intermedia dicuntur, vt quæ neutrius extremi partem habeant. Sic aũt & in ſuccis, mixtum quidem eſt ſalſum, vt ſales. ex amara enim aqua marina, & dulci generantur. Acre aũt, & auſterum, & acutum, ꝙ neutrius extremorũ partem habeant, ſic ſunt intermedia. neq; ex extremorũ mixtione oĩno generantur. Octo autem ſpecies ſuccorũ enumerat. & fere hæc quidem ſunt, quæ dicit eſſe. Si quid enim eſt aliud, prope eſt, vt ſit ſucci & ſaporis expers: vt flaccidum, vel quid huiuſmodi.

Quare guſtatiuum quidem eſt, q̃ eſt potentia tale: guſtabile autem, quod eſt eius actu effectiuum.

Poſtquam dixit de guſtatiuę facultati oppoſitis ſeu obiectis, dico aũt guſtabilibus: deinceps dicit de guſtatiua, ea, inquam, facultate, cuius gratia & de oppoſitis verba fecit, vt et in aliis ſenſibus. Hoc autem declarauit, cum dixit, quare guſtatiuum quidem eſt, ꝙ eſt potentia tale, vt luti oĩonem concludens. Tale eſt ergo inquit guſtatiuum porẽtia, quale guſtabile actu, vel dulce, vel amarum, vel quid eorum, quæ ſunt intermedia. Quod quidem guſtabile facit guſtatiuum actu tale, quare eſt ipſum.

De tangibili autem & de tactu eadem eſt ratio. Si enim tactus non eſt unus ſenſus, ſed plures: neceſſe eſt & tangibilia eſſe plura ſenſilia. Habet autem dubitationem, utrum ſint plures, an unus: & quidnam eſt ſenſorium tangibilis tactiuum, utrum caro, & quod in aliis habet proportionem, & conuenientiam, uel non. Sed hoc quidem eſt id, quod intercedit: primum autem ſenſorium eſt aliquid aliud intus.

Adhuc ſupereſt, vt de tactu dicat, ex oĩbus ſenſibus, de quibus nunc tractat. Duas autem dubitabiles propoſitiones quæ ſunt præter opinionem, & fidem, in iis confirmat. Vnam quidem, ꝙ tactus non eſt vnus ſenſus, ſed plures. Secundam aũt, ꝙ non eſt caro tactiuum ſenſoriũ: ſed eſt aliud quidem ſenſorium: caro autem intercedit, vt in aliis, vel perſpicuum, vel odoriferum, vel ſonorũ tranſuectiuum, vel vt, ꝙ eſt cõpoſitum, aer, & aqua. Q̃ itaq; non vnus eſt tactiuus ſenſus, ſed plures, p̃ duo argumenta confirmat. Vnum quidem, ꝙ omnis vnus ſenſus circa vnam contrarietatem verſatur: tactus aũt non circa vnã verſatur contrarietatem, ſed plures. non eſt ergo tactus vnus ſenſus. Viſus.n verſatur circa album, & nigrum, & ea quæ intercedunt. Siĩr guſtus circa dulce, & amarum, & quæ ſunt intermedia. Auditus circa acutum, & grauẽ ſonum. Odoratus vero, cum ſit vt diximus, exilis, & exiguus, odorabilia per ſpẽs non diiudicat, præterq̃ iucundo, & moleſto. Sed tactus circa plures verſatur contrarietates, quæ neq; ſub ſe inuicem ſunt collocatæ, neq; vllam inter ſe ſocietatem, & cõicationem habent, vt calidum, & frigidum: ſiccum & humidum: molle et durum: graue & leue: aſperum & lene: viſcoſum, friabile: & ſimilia. quare ſi hæ ſunt plures oppõnes, quæ non ſunt ſub ſe inuicẽ collocatæ, quid.n. cõe habet graue, & leue cum ſicco & humido, vel reliquis, vel vnumquodq; aliorum cum cæteris? vnuſquiſq; autem vnus ſenſus circa vnam ſenſiliũ oppoſitionem verſatur: vr̃ non vnus eſſe ſenſus tactus. Vnum eſt ergo principium hoc argumentum. Scdm verο, Oĩs quidem vnus ſenſus circa vnum genus tactus aũt non circa vnum genus. Viſus.n. circa colores. Guſtus circa ſuccos. Auditus circa ſonos. Odoratus vero pp eam ipſam cauſam propter q̃ odorabilium ſpecies non diſcernit, nec ipſorum genus habet noĩatum. Tactus autem, & ſi ſit apud nos exactiſsimus, vnum tñ genus non habet, nec noĩatum, nec innominatum, ꝙ propria ſibi ſenſilia poſsit cõprehendere. Hæc ſunt ergo argumẽta, ꝙ tactus non eſt vnus ſenſus. Themiſtius aũt dicit hæc quidẽ eſſe vera: re vera.n. non vnum eſſe ſenſum, ſed plures ſenſus, tactum. Duorum aũt inquit, argumentorum ad fm quidem nihil dicere conatus eſt Ariſt. prius aũt labefacere aggreſſus eſt: ſed nos ſophiſtice fefellit. Dicit.n. ne alios quidem ſenſus circa vnam oppõnem fieri, ſed plures. Vox enim non ſolum circa grauem & acutam verſatur: ſed eſt etiam in vocibus aſpera & lenis: cãdida, & fuſca: magna, & parua: longa, & breuis. Siĩr autem & in coloribus eſt aſperum, & leue. Leue quidem, ꝙ viſum delectat, vt color luciferi: aſperum vero, ꝙ moleſtia afficit. Hæc aũt inquit dicens. nos falſa argumentatione decepit. Cum.n. diſſet oẽm ſenſum circa vnam ſenſilium oppõnem verſari: clarum eſt. q̃ propriorum dixit ſenſiliũm. Deinde hãc orationem labefactare tentas, dicit, ꝙ etiam auditus non ſolum verſatur circa acutum, & graue: ſed & circa magnum, et paruum. Magnum aũt et paruum eſt ex cõibus ſenſilibus. Oportebat autem oſtendere, an alij ſenſus circa plures oppõnes propriorum ſenſilium verſentur. Hæc quidem Themi. ſeipſum aũt decipi neſciuit. Magnum.n. et paruum, ꝙ de ſonis dr̃, ſolius eſt auditus propriũ. Quare nullus alius ſenſus põt, ꝙ eſt in ſonis, magnũ & paruũ iudicare, præter auditũ. Dicebatur aũt eſſe cõe ſenſile magnum, & paruũ, ꝙ eſt in corporibus continuũ: huius aũt

eſt ta

eſt tactus,& viſus iudex. Clarum eſt autem, ꝙ ſi vocem candidam & fuſcam dicimus,ſm conuenientiam,& ſimilitudinem,quæ eſt a coloribus,dicimus Similr & in aliis. Sed eſt & ad hoc dicere,ꝙ magnum & paruum,ꝙ eſt in ſonis, non eſt alia quædam oppoſitio ab acuto & graui ſono:quemadmodum in tactu a calido & frigido,alia eſt penitus oppoſitio, graue & leue, vel aſperum, & planũ. & vnaquæq; aliarum:ſed ſonorum intentionem,vel remiſſionem declarat.Id aũt non eſt alius oppoſitionis proprium.Tale ergo magnũ & paruum dicis, vt mellis, verbi gratia,magnum:caricæ autem fortaſſe paruum, ꝙ eſt quidem intẽſa in melle dulcedo, in carica autem remiſſa. ſed & nigrum colorem,q ſatis quidem eſt copioſus, magnum quiſpiam dixerit,qui aũt non ſic habet, ſed remiſſior,paruum:qđ eſt,vt ſemel dicam, vehemens, & exiguum,magni & parui voce nominãs,ſed etſi fuſcam vocem & candidam dicamus,non aliam oppoſitionis vocũ ſpeciem dixerimus,neque.n.eorum ab acuto & graui diſtinctionem eſt inuenire, vt durum & molle eſt ab aliis ſeparatum videre.ſiñ autem et aſperum & leue:ſed ſunt veluti quædam proprietates,quæ in acuto & graui conſiderantur.Non eſt autem quidam a forma receſſus circa acutum, & grauem ſonum.Eſt aũt operæpretium quærere, quãnam ob cauſam, cum magnum & paruum de ſolis magnitudinibus dicatur, in ſolis vehementibus & exilibus ſonis translatione vtimur,dicentes magnum & paruum ſonum: non aũt magnum dulce, ꝙ eſt admodum dulce,neq; paruum dulce,ꝙ habet exiguam, & nõ ſatis apertam dulcedinem, neq; in vllo alio. Dico ergo, ꝙ ſonus non eſt res aliqua accumulata ſubſiſtens: ſed in eo ꝙ fiat,ſubſiſtit:fit autem in tpe. eſt autem omne tempus cõtinuum:propterea eum,qui fit in multo tpe, ſonum magnum dicimus: qui autem in paruo tpe, paruum. Valde dulce autem,& valde nigrum in aliis quoq; propter qualitatis vehementiam ſunt talia, non autem propter tpis longitudinem. Non recte itaq; Themiſtius aduerſus ea, quæ ab Ariſt.dicta ſunt, argumentꝰ inſtitit. Illud autem dici poteſt, qđ in tangibilibus quidem plures aſſumptæ ſunt oppoſitiones, quæ nihil inter ſe habent cõe, ſed ſunt penitus ſeparatæ.a calidi enim & frigidi oppoſitione ſeparata eſt,quæ fit per humidum,& ſiccum. Vnde ignis quidem calidus,& ſiccus: aqua vero frigida & humida.ſimiliter durum,& molle:aſperum, & leue:viſcoſum,& friabile:hæc oĩa ſunt a ſeinuicem ſeparata.Nihil ergo horum neq; in igne conſideratur,neq; in aere,nec aqua: neq; oĩa compoſita,corpora cõſequitur. neq; n.quodlibet eſt vel viſcoſum,vel friabile Qui itaq; ſunt rigidi,& fractu difficiles lapides, neq; viſcoſi ſunt, neq; friabiles. Eſt.n.in humido viſcoſum.Oppoſitiones autem, quas dixit in ſonis Ariſtoteles,in omni voce eſt inuenire.Omnis.n.vox magna eſt,vel parua.Nam & acuta, vel magna eſt, vel parua,vel lenis,vel aſpera, & grauis ſimiliter. Omni itaque voci contingit, ſm enunciationis enim quantitatem magnum habẽt, & paruum.ſiñ & lene & aſperum ſm qualitatem:quare non ſunt oppoſitiones diuerſorum audibilium,vel ſonorũ.In tactu ſunt a ſeinuicem, vt oſtẽdimus, ſeparatæ oppoſitiones,& nihil habentes inter ſe cõe,neq; aliæ cum aliis concurrentes. Vnde nec in omnibus quidẽ tangibilibus conſiderantur. Cur.n.non ſicut oĩs vox vel magna eſt vel parua, vel aſpera vel lenis, ſic quodcunq; tangibile eſt vel viſcoſum, vel friabile,vel aſperum,vel leue? ſi autem vnum quod eſt calidum, vel frigidum, vel ſiccum,vel humidum.i.eam ob cauſam, ꝙ hæ ſint oppoſitiones, quæ corporum ſubſtantiam conſtituant. ſi autẽ graue,& leue omnia ſunt ſortita corpora,ſed non,vt quę cum aliis qualitatibus concurrant, validitate, inquam,& frigiditate,vel ſiccitate,& humiditate. Non ſicut quantitatem ſonorum, quorum & qualitatem conſequutũ eſt magnum,& paruum,& aſperum,& lene:ſic & q̃litatem calidi,& frigidi,& ſicci,et humidi,intenſionem,inquam, & remiſſionem,conſequutũ eſt aſperum & lene, vel graue & leue,& reliqua ſimiliter. Neq; qm̃ omne compoſitum eſt vel aſperum, vel lene, propterea qualitates ipſæ aliarum ſunt qualitatum quædam ſequelę. Potius.n.partium poſitionem conſequũtur. Circa æqualem enim vel inæqualem partium poſitionem fit aſperum & lene. ſunt itaque hæ oĩno a ſeinuicem ſeparatæ, & nihil ipſis ſimile eſt in aliis ſenſilibus videre. Ad ſecundum autem argumẽtum exiſtimat quidem,vt dixi,Themiſtius nihil ab Ariſtot.dictum eſſe: dico autem, ꝙ cum oĩs ſenſus circa vnũ aliquod ſenſile verſetur, tactus non verſatur circa vnum commune genus ſenſilium. Attici autem interpretes recte intelligentes dicunt, ꝙ admodum compẽdioſe huius quoque ſolutionem poſuit Ariſt.dicens ipſum quoq; circa vnum aliquod genus verſari: non eſſe autem apertum vnum genus,ꝙ ſit tactui ſubiectum. Per hoc ergo ſignificauit,ꝙ eſt quidem,ſed nõ eſt apertum Quid ergo hoc eſt? dicimus ꝙ reſiſtens.Reſiſtens autem dico,non quod eſt molli oppoſitum,& tactui non cedit:ſed omne naturale corpus.quod admouetur,& tactum attingit: ad Mathematicorum corporum dr̃iam, quæ neque attingunt, neq; tactui reſiſtunt Q̃ igitur quomodocunq; tactui reſiſtit,hoc dicimus eſſe reſiſtens, & eſſe cõe genus tangibilium. Non videtur autem hoc caliditatem, frigiditatem comprehendere.Horum.n.non fit ſm truſionem apprehenſio:niſi quis dicat, cum corporibus,quæ ſunt his qualitatibus ſubiecta,fieri apprehenſionẽ. Hæc ergo erit vniuerſalis oratio. Sed ſi ita eſt,cur tangibilium genus magis fuerit reſiſtens,q̃ viſibilium,& audibilium,& reliquorũ? Eſt.n hoc ſubiectum non ſolũ tangibilibus qualitatibus, ſed & coloribus, & ſonis,& ſuccis, & odoribus.Si n.nihil aliud ſignificamus dicendo reſiſtens, q̃ corpus naturale: cur ipſum magis ſubiectum eſſe dicemus tangibiliũ qualitatum, q̃ aliorum omnium? Et ſi omne vnum aliquod genus oĩno vnam primam oppoſitionem diuidit:vt color quidem in album, & nigrum:ſuccus in dulce,& amarum:odores in bene olens,& male olens:ſonus in acutum & grauem:dent reſiſtentis quoque dr̃iam: & dicant inquam primam oppoſitionem diuidetur: præter id,ꝙ vt iam dixi, non eſt rationi congruum, vt ad id referatur caliditas,& frigiditas:ſiccitas,& humiditas. Eſt ergo hoc reſiſtens, tangibilium non genus,ſed ſubiectum, ſicut & aliorum. Nõ ſic autem dictum eſt,illud,oĩm ſenſum vnum circa vnum aliquod ſenſilium genus verſari: .i.circa vnum aliquod ſubiectum ſenſilium. Communiter.n.oĩum vnum eſt aliquod ſubiectum, ſed genus dictum eſt,ꝙ de pluribus,& ſpecie differentibus in eo,qđ quid eſt,prædicatur:ſicut color de albo,& nigro:vtrunque enim color:ſonus de acuto,& graui:vtrunque.n.ſonus:ſuccus de dulci,& amaro vtrũque.n.eſt quidam ſuccus,& in reliquis ſimiliter. Quare, ꝙ ad hæc attinet,nullum argumentum ſolutionem habuit.His duobus argumentis poſitis ꝙ non eſt vnus tactiuus ſenſus dehinc tertiam ponit rationem, quæ tuetur non vnum eſſe ſenſum tactum,ſed plures: non autem ex hoc loco id aſtruit: ſed eſt inſtãtia aduerſus ſyllin, qui conatur oſtendere, vnum eſſe tactiuum ſenſum,& non plures. Qui ſyllogiſmus nõ ponitur quidem: ſed quia Ariſto.confutatio videtur, vt aduerſus talem ſyllogiſmum,inſtãtiam facere: propterea interpretes ſyllogiſmum,quem Ariſt.confutationes ſoluunt,coniectura aſſecuti,eum eiuſmodi eſſe dicunt. Si tactus ſenſorium vnum eſt caro: neceſſe eſt,& tactiuũ ſenſum vnum eſſe. Quorum enim ſenſorium vnum eſt, ea ſunt inter ſe quoque eadem. eorundem autem ſenſilium & vnus quoque ſenſus eſt. Atqui vnum tangibilium eſt ſenſorium caro:& tactiuus ergo ſenſus vnus eſt. Huius ergo ſyllogiſmi & connexum, & aſſumptionem oſtendit eſſe falſam. Et connexum quidem ſic. Non neceſſe eſt inquit,ſi vnum eſt ſenſorium,propterea ſenſum quoq; eſſe vnum.Ecce enim vnum quidem eſt ſenſorium,lingua:diuerſi autem ſenſus, & ſenſilia: & tactiuus, & guſtatiuus: & tangibilia & guſtabilia. Et quod diuerſi, clarum eſt, ꝙ per totum quidem reliquum corpus ſentimus ſm tactum:non autem guſtamus:ſed tñ in lingua,quæ eſt vnũ ſenſorium,vtrique ſenſus concurrunt.Eſt ergo falſum dicere, quod ſi vnum eſt ſenſorium, eſt vnus quoque ſenſus. Nam ſi, vt dicit, ambo in lingua concurrerint, ſic contigerit & in toto corpore concurrere, ita vt non ſo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lum toto tangamus, ſed etiam guſtemus: neque eos eſſe diuerſos ſenſus diſcreuerimus, ſed vnum eſſe, & eundem exiſtimauerimus. Iam vero quia non conuertuntur, nec quodcunque tactum habet, guſtus quoq; eſt particeps: oſtenditur eſſe alium a guſtu tactum: non ergo, eo ꝙ ſit vnum ſenſorium, vnum quoque eſſe ſenſum neceſſe eſt. Contra autem, ꝙ plura ſint ſenſilia, plures quoq; eſſe ſenſus, eſt rationi conſentaneum: ſicut in lingua. Quare non ſi tactiuum eſt ſenſorium vnum, oīno eſt & tactiuus ſenſus vnus. ſic ergo connexum ſuſtulit. Tollit autem & aſſumptionem, ꝙ omnino caro non eſt tactus ſenſorium. Qm̄ autem in idem concurrit & ſyllogiſmi aſſumptionis confutatio, & ſecunda propoſitio: vtrūque.n. vult nō eſſe carnem ſenſorium: confirmat vtrūque cōibus argumentis. Hoc autem oſtendit, dico autem non eſſe carnem ſenſorium, rationes, quibus videbantur, qui carnem volunt eſſe ſenſorium ad probandum eam eſſe ſenſorium, & exponens, & refellens. Hæ aūt ſunt tres numero. Vna quidem ex apprehenſione, quæ fit ſine tpe, eo quod ſine tē pore, ſimul ac carne tangibilia attingimus, ea apprehendimus. Sí n. caro eſſet, ꝙ intercedit, & non ſenſoriū: aliquo ad apprehenſionem tempore opus eſſet: in quo oporteret carnem affectam, in ſenſorium, ꝙ eſt intus, ſuam affectionem tranſmittere. Eſt n. rationi conſentaneum: ſicut in auditu, cuius per id, ꝙ intercedit, non abſque tpe fit apprehenſio, ſimul ac factus eſt ſonus: maxime qñ fuerit lōge quod ſonat: ſed aliquo tpe opus eſt, vt afficiatur aer, deinde eum ad auditum traſiciat. Sic itaque in Meteoris oſtenſum eſt, ꝙ q̄uis prius fiat tonitru, ipſum poſterius apprehendimus. Fulgur autem prius, & ſi poſterius factum ſit: idq; & propter auditus craſsitudinem, & velocem motum luminis. Simil̄ & in remigatione, remum prius ſublatum videmus, deinde ſonum ſentimus. Sil̄ ol factus, qui eſt auditu corporalior, longiori ad apprehenſionem tempore opus habet, etiam ſi valde prope fuerit odorabile: donec affectus aer ad nares tranſierit, vt celerius ad ſenſorium perueniat affectio. ſed et ipſe viſus, q̄ eſt ſenſuum acutiſsimus, non oīno ſine tempore habet exactam viſibilium apprehenſionem. ſi.n. circulus eminus in oculum inciderit, in eadem ſuperficie ſitus, in qua eſt & oculus: vī eſſe recta. & quæ ſunt triangula, eminus circularia videntur, etſi ea viſus attingat. ſicut ergo in his, quæ per id, ꝙ intercedit, apprehenduntur, qui eſt corporalior ſenſus, longiori ad apprehenſionem tpe opus habet: ſic vtique eſt rationi congruum, et tactum, ſiquidem caro non eſt ſenſorium, ſed quod intercedit, non ſine tpe, ſimul attigerit, apprehendere: ſed aliquo tpe ad apprehē ſionem opus eſſe, donec affecta caro, ad ſenſorium, ꝙ eſt intus, affectum tranſmittat. Ea eſt quidem vna rō eorum, qui volunt carnem eſſe ſenſorium. Hæc vero eſt alia. ſi inquit ne aliud quidem tactiuum ſenſorium videmus præter carnem: ſuperuacaneum & ineptum fuerit hoc quidē prætermittere, aliud vero quærere, ꝙ non apparet. Tertia vero ratio eſt inſtantiæ ſolutio. Qui.n. nolunt carnem eſſe ſenſorium ſed id quod intercedit, quandam eiuſmodi inſtantiam iis, qui volunt eſſe ſenſorium, afferunt. ſi caro eſt ſenſorium: ꝙ in oībus ineſt ſenſoriis, neceſſe eſt vtique in ea quoque videri. ſicut ergo in illis, per aliquid, quod intercedit, fit apprehenſio aerem dico, vel aquam: ſic & in hac oportebat, per aliquid, qđ intercedit, carni ſenſilia admouere. In aliis itaque ſenſili ſenſorio ſuperpoſito non fiebat ſenſus: ſi aūt hoc non fiat: ſed ipſum tangibile caro ad eius apprehenſionem attingit: videtur non eſſe ſenſorium, ſed id, quod intercedit: ſiquidem in oībus ſenſibus eandem ſeruare opotet conuenientiam, & tactum ab aliis ſenſibus non differre. Guſtus.n. tactus quidem eſt, & habet eadem dubia. Hanc inſtantiam labefactare conatur, q̄ apertiſsime fieri poteſt, eorum partes defendens q carnem ſenſorium eſſe volunt. Dicit ergo, ꝙ in tactu quoq; eadem ſenſuum proportio, & conuenientia ſeruatur. et p aliquid, quod intercedit, fit apprehenſio. Quēadmodum enim ſi digitos in aqua vel ī oleo intingamus deinde hoc tangamus, eſt inter digitum, & id, quod tāgit, humidum aliquod corpus: ſeiuncto certe digito adhuc in eo videmus humidam ſubſtantiam: ſed propter exiguitatē eius, quod intercedit, videntur citra medium ea, quæ tanguntur, tangi. ſic neceſſario & in aere contingit eſſe inter ea q̄ tanguntur, aerem aliquem, latere autem propter exiguitatem. Quare & in tactu non citra medium carnis eſt apprehenſio, ſed per aliquid, quod intercedit. Q2 ſi ita eſt, hic quoque ſeruatur tactus cum aliis concentus & conuenientia. His ergo rationibus, per quas adſtruere videtur, ꝙ caro ſit tactiuum ſenſorium, peremptis, ſatis oſtendit carnem non eſſe ſenſorium, ſed id, quod intercedit. Quod ſi ita eſt, & hic quoq; ſeruatur tactus cum aliis cōcentus. Has itaque rationes per quas aſtruere videtur carnē eſſe tactiuum ſenſorium, & non id, quod intercedit earū quidem primam, quæ ex tēpore apprehenſionis, confirmat carnem eſſe ſenſorium, ſic refellit. Non eſt neceſſe inquit ad oſtendendum carnem eſſe ſenſorium, vt ſimul cū eius tactu fiat apprehenſio tangibilium. Iam.n. ſi quis inquit circa digitum pelliculam extendat, vt oui, vel allij corticem, vel alicuius huiuſmodi, nihilo ſecius ſic quoq; ſit cū tactu apprehenſio. Q2 ſi quis digitis quoque congenitū cortícem cogitauerit, multo magis minimum impedimētum afferet. ſi alieno itaque corpore carni circūpoſito, nullum extitit impedimentum ad apprehendendum ſine tē pore, multo magis carne ſenſorio cōgenita, impediri non oportere apprehenſionem ſenſilium. Non ergo apprehenſio quæ fit ſine tpe, carnem eſſe ſenſorium oſtendit. Aduerſus ſecundam autem rationem, quæ dicit ne apparere quidem aliquod aliud ſenſorium præter carnem, illud dicit. Quemadmodum inquit ſi congenitus nobis eſſet aer, adeo condenſatus, vt ℞ viſiuum, & auditiuum, & odoratiuum ſenſorium tegeret: exiſtimaremus, eo qđ per vnum & eūdem, dico autem nobis congenitum aerem, & videremus, & audiremus, & olfaceremus, quendam vnum eſſe ſenſum horum oīum apprehenſiuum: ꝙ non videant diſcretas partes, per quas horum apprehenſionem particulatim fiunt: nunc autem qm̄ videmus diuiſa ſenſoria, quia nō eſt nobis aer congenitus: vel p vnum diuerſa apprehendimus, dico autem aerem: qui ſua perſpicua, & perſonatrice, & odorum tranſuectrice facultate nobis ſenſilia adducit. ſimiliter & quod diuerſæ ſunt facultates, ſicut & ſenſoria. ſic non oportet exiſtimare, quoniam per vnum aliquod, nempe carnem, diuiſa tangibilia nobis fiunt apprehenſibilia iam & vnum aliquod eſſe ſenſorium. ſed quoniam diuerſæ ſunt tangibilium oppoſitiones, plura quoque ſenſoria eſſe oportet, ea aūt occultari, ꝙ caro ſit nobis congenita, quæ inter ſenſilia & ſenſoria media intercedit. Nam ſi caro nobis non eſſet congenita: ſed ſeparari ſuapte natura poſſet, ſicut aer: apparerent, quæ nunc per eam occultantur, tāgibilium ſenſoria, quemadmodum econtrario, ſi quis in dicto exemplo viſibilium & odorabilium & audibilium differentiam neſciret, ꝙ eſſet, ℣. gr. nobis congenitus aer. exiſtimaret eſſe horum omnium ſenſorium, nobis congenitum aerem. Non ergo propterea ꝙ non aliud videatur tangibilium ſenſorium præter carnem, id ſatis eſt ad probandum carnem eſſe ſenſorium. Ego vero ad hoc dixerim, ꝙ ſi plura eſſent tangibilium ſenſoria, a carne, quæ intercedit, occultata, qm̄ neceſſe eſt in corpore eſſe ſenſoria neceſſe eſt vtique ea eſſe locis diuiſa: ſicut & nunc locis a ſeinuicem diuiſa ſunt ſenſoria quod ſi ea locis diuiſa eſſe neceſſe eſt, oporteret non quodlibet tangibile cuilibet parti carnis admotum eſſe apprehenſibile. quemadmodum, ſi aer eſſet nobis congenitus, & admotum eſſet viſibile, nō in illa aeris parte, quæ oculo directo obiicit, ſed quæ auditiuo meatui, non videretur: ita.ſ. & nunc omnino neceſſe eſſet, ſi plura eſſent tangibilium ſenſoria a carne occultata, quandoquidem ea ſunt locis diuiſa, non qualibet carnis parte quamlibet tangibilem ſpeciem admotam eſſe apprehenſibilem. nunc autem ita eſt. clarum eſt ergo, ꝙ non plura ſunt intus ſenſoria. ſi quis autem dicat plura quidem eſſe: vnumquodque autem omnia apprehendere: ſuperuacaneum. vnum.n. ſufficeret. non ſunt ergo planta tangibilium ſenſoria, ſed vnum. quod ſi vnum eſt, omnino carnem eſſe neceſſe eſt. Cum ſit enim ſimilarium partium, ꝑ

vniuerſum

vniuersum animal ſm continuitatem peruadit caro. ſic itaque ſecundam rationem & Ariſt. refellit, & nos aduersus illam contradiximus. Tertiam aũt rationem hoc modo. Ea autem erat, quæ inſtantiam diſſoluebat, quæ aduersus eos opponebatur, qui carnem volunt eſſe ſenſorium. Inſtantia aũt erat, ꝙ non ſeruat caro eam, quæ eſt in aliis ſenſoriis, proportionem. & conuenientiam, dico autem apprehenſionem, quæ fit per id quod intercedit. Diſſoluitur autem, ꝙ ſit hic quoq; ſimiliter id, ꝙ intercedit: vt in iis, quæ in aqua attinguntur, eſt adhærens humidum: ſic & in aere eſt rationi conſentaneum eſſe breuem quendam inter ea, quæ tanguntur, aerem. Hanc ergo ſolutionem refellit Ariſt. & ſi enim inquit, & in iis, quæ tãguntur, eſt aliquid, ꝙ intercedit, ſed non quod cum aliis ſenſibus proportionem, & conuenientiam habeat: commune tñ eſt id paruum, ꝙ intercedit, in aliis quoque. Incumbente enim oculo lema, eſt neceſſario eiuſmodi, qđ intercidit. Tangit. n. lema videlicet corneam. Si ergo, quę tanguntur, per aliquid, qđ intercedit, tanguntur: eſt. Inter oculum, & lemam, aliquid qđ intercedit: ſed lemam tñ non videmus: quia non oportet ſimpliciter eſſe, qđ intercedit, ſed id quoq; interuallo commoderatum eſſe oportet. Neq; n ſi oculi, et viſibilium proportionem magnitudine longe ſuperet, eo viſibilia videbimus: neque ſi valde paruum fuerit vt lema, quæ oculo incũbit Oportet ergo in tactu quoque id, qđ intercedit, cum aliis habere proportionem & conuenientiam: nunc vero nõ habet Clarum eſt ergo, ꝙ & ſi quis eorum ſolutionem admittat, ne ſic quidem ſeruatam inueniet, quæ in aliis eſt ſenſibus, proportionem. Eſt autem & ad hæc, dico aũt, quæ ab Ariſt. dicta ſunt, contradicere. Oculus n. non aliquo ſimpliciter qđ intercedit, opus habet: ſed & perſpicuo: nec eo ſolum, ſed & illuminato. Dicet ergo quiſpiã, nos non videre per id, ꝙ inter oculum, & lemam intercedit: non ꝙ ſit ipſum exiguum, ſed ꝙ lucem lema interſepiat, & impediat, ne, quod intercedit, fiat actu perſpicuũ. Quare niſi lema lucem interſepiret, eam videremus. Eãdem autem oĩno proportionem, ſm eius, quod intercedit, quantitatem, in oĩbus ſenſibus ſeruari, eſt a rõne alienum. Qui. n. ſunt corporaliores ſenſus, minore opus habent eo quod intercedit. Neque. n. quanto viſus viſibilia apprehendit, tanto auditus quoque audabilia, vt declarat qđ in remigeratione accidit. Dico autem, ꝙ remum primum ſublatum videamus: deinde ſonum ſentiamus. neq; vero per quãtum auditus, per tantum & odoratus. Eſt itaque rationi conſentaneum tactum quoque, cum ſit oĩbus craſſior, minore q̃ omnes egere eo, quod intercedit Omnino autem, ꝙ opus habeat tactus eo, qđ intercedit, non neceſſario comprobatum eſt ex ea, quæ eſt cum aliis ſenſibus proportione, & conuenientia. Iam. n. maxime neq; guſtus indiget. Neq; n. quæcunque in viſu accidunt, in aliis quoque euenire neceſſe eſt. Neque quæcunque in auditu & odoratu, in aliis quoque. Vt quod viſus quidem per emiſſionem ſentitur, reliqui aũt per immiſſionem, etiam ſi ipſe quoq; per immiſſionem. In aliis itaque ſenſibus oportet ipſum aerem materialiter affici, vt ſic afficiatus ſenſus, veluti, redolentem fieri, vel ſonare. Non ſic autem in viſu. Non. n. coloratur aer. Et qđ viſus quidem ſine luce noñ operatur: reliqui autem maxime. non eſt ergo neceſſe eadem in omnibus ſenſibus euenire. Quare non eſt mirandum, ſi cum alij opus habeant eo quod intercedit: guſtus, & tactus non egent. Et ipſum quidem nomen hoc ſatis declarat, ꝙ tangendo tactus apprehenſionem habeat. Hæc ſunt ergo per quæ probare viſus eſt Ariſt. & qđ plures tactui ſunt ſenſus, & non vnus, & quod caro non eſt tactiuum ſenſorium, ſed id, qđ intercedit: & qũo nos aduersus ea, quæ dicta erant, oppoſuimus. Nunquid autem ne duo quidem, quę dicta ſunt, confirmare propoſuit, ſed vnum ſolum, ꝙ plures ſenſus ſunt tactus ſm autem ad hoc referebatur. Syllogiſmum enim oſtendentem, ꝙ vnus eſt ſenſus, ex eo, ꝙ vnum ſit ſenſorium, reflens, oſtendit, ꝙ neque connexum eius eſt rectum, neque aſſumptio. Aſſumptio autem erat, qđ caro, cum ſit vna, eſt ſenſorium tangibilis. Vt ergo oſtẽdat, non vnum eſſe ſenſorium, ſed id, quod intercedit, hoc per tria argumenta oſtendit, talibus Ariſt. in duabus quæſtionibus, ſi quidem duæ ſint, argumentationibus nos exercens, vt dixi, & aſſuefaciens, ne ſimpliciter, & temere probabiles orationes admittamus, ſed veras. Eſt autem Ariſt. opinio, & ꝙ vnus eſt tactiuus ſenſus, & quod caro ſenſorium. Quod. n. vnum intellexit eſſe tactum, in tertij libri proœmio declarauit. Quod enim, inquit, non eſt ſenſus præter quinque, iiſq; enumeratis, vnũ ex quinque tactum quoq; connumerauit. Quare ſi quinque ſunt ſenſus: vnus autem eorum eſt tactus: vnus ergo eſt tactiuus ſenſus. Et carnem quidem ſenſorium eſſe vult, vbi dicit. Tactus autem eſt eo ipſo, ꝙ tangatur, & adhuc magis in iis. Rurſus, inquit, & quæcunque ipſa tangentes ſentimus, tactu ſunt ſenſilia, quem habemus. Si aũt ꝙ tãgatur ſentimus: tangitur autem caro: Senſorium ergo caro eſt. Magis autem ex iis, quæ ſparſim, & diuerſis in locis ab eo dicta ſunt, Philoſophi mentem colligendo dici põt, ꝙ & vnum, & multos ſenſus nouit tactum: & non ſolũ ipſum, ſed & reliquos ſenſus: & carnem eſſe & ſenſoriũ, & quod eſt intermedium. Sitr & reliqua ſenſoria. Nam & noſtra anima & vna eſt, & multiplex. Quãadmodum enim coloris quidem ratio eſt per ſe indiuiſibilis, & figuræ expers: cum ſubiecto autem corpore ſimul & diuiſionem, & figuram ſuſcipit: Sic autem et irrationalis anima, ſm ſubſtantiam quidem habet, vt ſit carens partibus, & indiuiſibilis: Quomodo n. ſimul ſm idem, & album, & nigrum apprehenderet? Fit autem diuiſibilis circa corpora in eis diuiſa: Qm̃ ergo eſt ſm aliquid indiuiſibilis, & diuiſibilis: merito vna dici poſſit, & multæ. Et propterea itaque etiam vnaquæq; eius facultatum & vna fuerit, & multæ, vt & quæ ſimul cum ſubiecto diuidatur, & alia parte aliud ſenſile apprehendat. In tactu autem hoc merito quæſiuit. Quoniam. n. ipſe eſt longe materialior, & corporalior: partium multiplicitatem iure habet apertiorem. Et alij quidem magis vnum, q̃ multi. Ipſe autem magis multi, q̃ vnum. Et quid dico in anima irrationali, cũ & rationalis, vt ad mentem collocata, eſt quodammodo diuiſibilis, vt quæ ipſa vtatur propoſitionibus & confirmationibus, & concluſionibus? Eſt autem rationi conſentaneum ſenſorium quoq; carnem eſſe. Si ea enim eſſet id, quod ĩtercidit: qm̃ & aere, & aqua eſt craſſior: in illis autem, etſi ſint ſubtiliora, eſt aliquod tempus, vt per ea ſenſus ſenſilia apprehendant: Remum. n. prius reuulſum videmus: deinde poſtea ſonum audimus. & cum fit tonitru, primum nobis fulgur apparet. & nõ ſimul atq; odoriferum appropinquauerit, odorem ſentimus: ſed ad apprehenſionem aliquo tpe opus eſt. Si itaque per aerem, qui eſt ſubtilis, tempore tñ opus eſt ad oporem, & ſonũ ſentiendum: multo magis in tactu, ſiquidem caro non eſſet ſenſorium, ſed id, qđ intercedit, nobis tempore opus eſſet ad tangibilium apprehenſionem, propter carnis craſſitudinem: niſi quis in aliis interuallum cauſetur. Sed in odoratu, quãuis prope ſit ſuffitus, tempore tñ aliquo ad apprehenſionem opus habemus. Sed tñ etiam ſi ſenſoriũ eſt caro: ſed & id etiam quod intercedit: ſicut & in aliis ſenſoriis. Senſorium enim proprie eſt ſpiritus. Atque in oculo quidem cryſtallinus, & reliqui humores, & tunicæ, vt ad ſpiritum quidem intercedunt: vt ad aerem autem, & alia, ſunt ſenſorium. Sed hic quidem hæc potius ſenſoriũ, quam id, quod intercedit. In tacto autem caro eſt potius id quod intercedit, quam ſenſorium: propterea ꝙ eſt materialior, & quæ terni plus continet. Spiritui enim eſt conuenientius viſiuum ſenſorium, quam caro. Et hçc eſt Ariſto. opinio. Sciendum autem, ꝙ Themiſtius aliam quoque probationem ponit, cum oſtendit carnem non eſſe ſenſorium. Senſoria enim, inquit, contraria diiudicant. Viſus. n. album, & nigrũ diiudicat: guſtus dulce, & amarum: auditus grauem, & acutum ſonum: tactus aũt leue, et graue oppoſitũ. Graue quidem, ꝙ eius fit conſtipatio, & protruſio: leue autem non itidem, quoniam ab eo non afficitur. Dico ergo, ꝙ quemadmodum in aliis diximus, ea apprehendere non ſolum propria ſenſilia, ſed & priuationes; apprehendit n. viſus quidem tenebras: ſi lentiũ au-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem auditus; apprehendere autem ea dicimus non ſecundum affirmationem, ſed negationem, ꝙ nihil patiantur; ſic & leuitatem tactum apprehendere dicimus ſm negationem. Nam eadem rõne dicemus ne alia quidem oppoſita apprehendi poſſe. Non.n. viſus afficitur a tenebris. Neque auditus a ſilentio. Lux autem tenebris opponit. Sono autem ſeu voci ſilentium. Sic & qñ frigidum, & calidum apprehendit: ſiccum, & humidum: aſperum & leue, quæ ſunt contraria. Quod autem & vnum eſt tactiuũ ſenſoriũ, idꝙ non aliud q̃ caro, licet hoc modo oñdere. Et quod vnum eſt ſenſoriũ: oſtendemus hoc modo. Quodcunque.n ex tangibilibus, vt calidum, in quacũq; parte corporis admoueris, eius omnino apprehẽſionem retinet. Siꝛ & frigidum, & ſiccum, & humidum, & reliqua omnia. Quare ſi vnumquodꝙ ſenſile in quacũque parte caro apprehendit: clarum eſt vtique, ꝙ non ſunt plura ſenſoria, eſſent.n. locis ſeparata. Quod ſi ita eſſet, nõ cuilibet parti carnis idem ad motum ſenſile eſſet apprehẽſibile. Clarum eſt enim ꝙ in aliqua carnis parte poſitũ, ſi non eſſet ſubiectum, qđ id apprehenderet ſenſorium, nullam ſuiipſius apprehenſionem præberet. Sicut ergo viſibile, quod eſt retro, non videmus; Neque.n. ſi, vt ita fingamus, nos circũcirca ambiret aer, & viſiuum, & auditiuum, & odoratiuum ſenſorium tegeret, in qualibet parte ambientis aeris poſitum viſibile videretur: ſi n. ad eam partem poſitum eſſet, quæ eſt directo e regione auditiui meatus, non videretur: Atqui ſi audibile in eodem loco poſitum eſſet, magis auditum eſſet: ſic & odorabile ſui magis ſenſum præberet, ſi ex odoratiui meatus regione ſitum eſſet. Quare hac quoque ratione etiam diſcreta tunc eſſent diuerſa ſenſoria: & propterea diuerſi ſenſus. Quare ſi nunc quoꝙ ambiens caro plura tegit ſenſoria: cur in qualibet parte quoduis tãgibile ſentit? Quãobrem ſi in aliis quoꝙ ambiente aere oĩa ſentirentur: vt tactu q̃dem certe hoc euenire non deberet: ꝙ non ea, quæ longe ſunt, ſed quæ prope, tactus apprehẽdit. Quod itaq; non ſunt plura tactiua ſenſoria, hinc clarum eſt. Quod autem neque aliquod aliud eſt præter carnem tacturum ſenſorium, hinc manifeſtũ eſt. Si.n. aer intercederet: in quibus autem ſenſoriis eſt aliquid, ꝙ intercedit, in iis, ſi ſupra ipſum ſenſorium ponatur ſenſile, ſui nullam apprehenſionẽ præbet. clarum eſt, ꝙ hic quoque ipſum eueniret. Nunc autem ſi quis de carne paululum quod detraxerit, deinde ſupra reliquum impoſuerit vel calidum, vel durum, vel aliquid eiuſmodi, ſentiet omnino. Et rurſus ſi ab illa aliq̃ aliam partem abſtuleris, idꝙ vſque ad ipſum os. Quare ſi hoc verum eſt clarum, ꝙ caro eſt tactiuum ſenſorium. Si n. aliquod aliud intus eſſet, carne paulatim ablata oportet ad ipſum aliquando peruenire ſenſorium. Quare ſu perpoſito ſenſili conſenſus non amplius fieret. Quod aũt vna quoque eſt ſenſitiua facultas, & non multæ, hinc ratiocinatione colligeris. ſiquidem cuilibet ſenſitiuæ facultati proprium aliquod ſenſorium natura attribuit. Dicere enim linguam eſſe & guſtatiuum, & tactiuum ſenſorium, eſt ridiculum. Tactiuum.n. ſenſum non ſola habet lingua, ſed totum per totum corpus. Et cauſa dicta eſt, ꝙ ex iis conſtamus, calido, frigido, ſicco, & humido. Cur ergo in lingua magis vtrũq; contingit, q̃ in oculo, & auditu, & odoratiuo meatu? Nam & hæc ſimul ſunt & talia, & tactiua. Quod aũt guſtatiuum tangens ſentiat, ſicut tactiuum, eximium quid videtur habere præter alia. Nã, vt dixi, nihil habet, ꝙ ſit proprium præter alia. Et clarum eſt, ꝙ neq; validum eſt, q, dicitur, in tactu oportere eſſe, ꝙ intercedat, vt cum aliis ſenſibus conueniat. Nam cum ſint quinque ſenſus: duo quidem, viſus, & auditus, quæ ſunt longiſsime apprehendunt: Duo autem, tactus, & guſtus, quæ ſunt proxime. Ipſum.n. oportet attingere ſenſorium, ſiquidem oſtenſum eſt, ꝙ caro eſt ſenſorium, reliquus autem odoratus medium locum ſortitus eſt, vt qui neq; quæ valde longæ ſunt, apprehẽdat, neq; ipſum ſenſorium tangunt odorabilia. Quare cum ſic habet tactus & guſtus, magis conſenſus quidam, & ordo ſeruatur in ſenſibus. Si.n. quatuor ſiꝛ externa apprehenderent, probabiliter dici poſſet, cur non reliquus quoꝙ? Si aũt non ſic habeat: ſed lingua quidem tangens: olfactus autem, quæ valde prope ſunt, & fere tangunt: quid neceſſe eſt, vt tactus per id, ꝙ intercedit, apprehendat? Dicere.n. qđ guſtus quoꝙ tactus eſt, non eſt verum. Cur.n. nõ tactus guſtus? Aperte.n. diſtincta ſunt & ſenſoria, & facultates, ſi autem propterea ꝙ tangens guſtat, ideo tactus eſt hac ratione dixerit quiſpiam auditũ quoꝙ viſum, & viſum auditum: ambo.n. per id, ꝙ intercedit. Tangibilia autem ſentire, vt dixi, totius eſt corporis cõe Reliquum eſt ergo vt quæramus, nunquid verum eſt illud, qđ dicitur, omnem ſenſum verſari circa vnam oppoſitionem ſenſiliumꝫ et circa vnum aliquod & cõe genus propinquum. Viſus quidem circa album, & nigrum, et quæ ſunt intermedia: & cõe genus eorum eſt color. Auditus circa acutum & grauem: & cõe genus, ſonorum. Guſtus circa dulce, & amarum, & quæ intercedunt: & eorum cõe genus, ſucci. Odoratus autem vt exilis, & euanidus, neque ſpẽs diſcreuit, neq; genus, quia non diſcreuit ſpẽs. Aperte autem in tactu multæ ſunt oppoſitiones, vt dictum eſt, & quæ ſub cõe aliquod, et propinquum genus non reducuntur. Oſtendimus autem, ꝙ nec in aliis quidem eſt ſimile. Magnum.n. & paruum in ſono, & aſperum & leue in quolibet ſenſili ſm proportionem. Tale eſt enim in viſibilibus quidem, ꝙ eſt vehemens & nimium nigrum, & exiliusꝫ in guſtu autem valde & minus dulce ſiꝛ & in odorabilibus. Aſperum autem & lene in auditu quidem id, qđ delectat, & id, q, moleſtia afficit. Idipſum autem eſt in oĩ quoque ſenſu. Clarum autem, ꝙ hæc non recte accepta ſunt apud Ariſt. Ea.n. quoduis ſenſile conſequuntur, nec ſenſilium differentiam conſtituunt Vt ipſe enim in quinto naturalis auſcultationis oſtendit. Quæ quodlibet genus conſequuntur, ea ſpecierum dr̃iam non faciunt. ſic autem habet dictionis contextus in naturali auſcultatione. quare non ſunt ſpecies motus, velocitas & tarditas, quoniam omnes ſm ſpeciem differentes motus conſequunt. quare neque grauitas & leuitas, quæ eſt ad idem, vt terre ad ipſam, & ignis ad ipſum. Alia n. dicitur alia terra, vel grauior, vel leuior. ſed hoc non facit terræ differentiam. quælibet.n terra alia quidẽ eſt grauior, alia vero leuior. ſimiliꝛ ignis igne grauior, & leuior. quare non hac ratione ignis differt ab igne, vel terra a terra. Terra autẽ ab igne. Neq;.n. quæ in igne eſt leuitas, terram aliquam conſequitur. neq;, quę in terra eſt grauitas, aliquem ignem. Atque omnis motus alio quidem eſt tardior: alio velociter. quare ſi omnia ſenſilia conſequitur, non dico ſola audibilia, ſed omnia ſimpliꝛ, vt alia aliis magis intenſam propriam habeant qualitatem, vel remiſſam, ꝙ accepit Ariſto magnum, & paruum: ſimiliter vt & delectet, vel moleſtia afficiat, ſicut accepit aſperum, & lene in auditu: Non ergo ſenſilium dr̃iam eiuſmodi fecerint. quandoquidem neq; velocitas & tarditas motuum dr̃iam conſtituebat: quando etſi in vno ſolo ſenſu hoc contingeret, ne ſic quidem ſenſuum dr̃iam conſtitueret. Magnum.n. & paruum omnem ſonum conſequitur: ſiꝛ & aſperum & lene. Non ſunt ergo ſonorum differentiæ hmõi. Non omnem autem tangibilem qualitatem conſequitur aſperitas & lenitas: friabilitas & lentor. ſed neq; eæ, quæ ſunt corporum conſtitutiuæ qualitates, caliditas, frigiditas, ſiccitas, & humiditas ſe inuicem conſequuntur, vt ſonum magnitudo, vel paruitas. Sed cum ſint diuerſæ, & ſm ſpẽm ſeparatæ, ad conſtitutionem corporum connectuntur. Illic autem quantum eſt magnum & paruum in voce, quale autem aſperum, & lene: non aũt q̃titates. Et alioqui fatemur tactum hac rõne differre ab aliis. ſi autem hoc facit vt non vnus ſit ſenſus tactus, ſed plures: quærendum, nunquid, quẽadmodum ſolus quidem viſus ſm emiſsionem viſibilia apprehẽdere viſus eſt, cũ nullus alius hoc facere exiſtimatus fuerit: ſic & tactus hoc habet eximiũ, & ab aliis ſeparatum, ꝙ plures oppõnes apprehendat Oĩno autem dicẽdo ꝙ plura apprehendit, ſtatuere quidem licet, ꝙ eximium quid habeat præter alios. non vtiq; aũt propterea neceſſe eſt eum non vnum eſſe, ſed plures. ſi.n. propterea plures, ꝙ aliquam habeat ab aliis dr̃iam: cur non vna potius, ex eo, ꝙ vnum habeat ſenſorium? De lingua.n. rñ-

dimus,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dimus, ꝙ non, tanꝯ lingua, tactiua eſt: ſed quatenus totum corpus tale eſt Itaque & viſorium ſenſorium, & reliqua ſimul etiam ſunt tactiua. Quare nullū apertum indiciuꝫ, nec aliqua probabilis ratio oſtendit, tactum non vnum eſſe ſenſum, ſed plures.

De tangibili autem, & tactu eadem eſt ratio.

Quænam? Quod ab oppoſitis eſt incipiendum: ꝙ hic quoꝙ per id, quod intercedit, eſt apprehēſio ꝙ hic quoque circa vnum genus, & vnam oppoſitionem tactus ē operatio, quantum quidem ad eam, quæ eſt ex reliquis, conſequentiam.

Si enim tactus non eſt unus ſenſus, ſed plures: neceſſarium eſſe quoꝙ plura ſenſilia.

Coniunctio, enim, cauſæ redditionem ſignificans, totum contextus intellectum talem facit Quoniā de tactu & tangili eadem eſt ratio. Vt enim ſe habet tangibile, ſic neceſſe eſt, & tactum habere. & contra, neceſſe eſt vtiq, ſiue ſint plura tangibilia, multos quoque eſſe tactus: ſiue plures tactus multa quoque eſſe tangibilia, ſi quidem in vtriſq; eadē eſt ratio. Poteſt autem & coniunctio, enim, non ad prædicta referri, ſed ad intelligentiam eorū, quæ ſubiunguntur. Erit aūt apertus intellectus, ſi cōtextus ordinem ſic immuremus. Dubitatio autem eſt vtrum ſint plures, an vnus. Si tangibilia ſenſibilia plura ſunt: neceſſe eſt tactum quoꝙ nō vnū eſſe ſenſum, ſed plures. Fortaſſe aūt & tanquā oratione, quæ conuertitur, indifferenter vſus eſt. Oportebat enim, vt dixi, ita dicere. Si ſenſilia plura, & tactus plures, vt ex confeſsis incerta confirmaret. Nunc autem contrariū dixit Si plures tactus, & tangibilia Poteſt autem, vt dixi, & dictio tranſiliri. Hic ergo dubitatiue proponitur duas, quæ mihi in præcedente cōtēplatione dictæ ſunt, qōnes oſtendere: Vtrū vnus eſt tactiuus ſenſus, an plures. Et vtrū caro eſt ſenſoriū tangibilium, vt viſus viſibilium etiā in alijs animalibus, quę carnem quidem non habent, ſed aliquid, quod cum carne habet proportionem & conuenientiā: ſunt enim quæ dam animalia, quæ carnem quidem non habent, ſed aliquid, quod cum carne proportionem habeat, vt inſecta, formicæ, & muſcæ, & ſimilia. An non eſt quidem caro ſenſorium, neq; quod cum ea habet proportionem, & conuenientiam: ſed ipſa quidem eſt intermedia, per quā ſenſus: ſicut erat & in alijs ſenſibus, quod inter ſenſilia, & ſenſoria intercedit. Quod autem ꝓprie, & primo tangibilia ſentit, eſt aliquid aliud intra carnem, quod cum alijs ſenſorijs habet proportionem.

Nam et oīs ſenſus unius contrarietatis eſſe uidetur, ut uiſus albi, & nigri: & auditus acuti, & grauis: & guſtus amari, et dulcis: in tangibili autē multæ ſunt contrarietates: calidum, frigidum: ſiccū, humidū: dure, molle: & aliorū quæcūq; eiuſmodi.

Hic eſt primum argumentum, ꝙ non vnus eſt ſenſus tactus. Si quilibet enim ſenſus vnam contrarietatem iudicat: tactus autem plures, neceſſe eſt vtique, quot ſunt, contrarietates, quas tactus apprehendit, tot eſſe tactiuos quoque ſenſus.

Habet autem aliquam ſolutionem ad hanc dubitationem, ꝙ in alijs quoque ſenſibus ſunt plures contrarietates. Vt in uoce non ſolum acumen, & grauitas, ſed & magnitudo, & paruitas, & lenitas, & aſperitas uocis: & eiuſmodi alia. Sunt autem & circa colorem tales aliæ differentiæ.

Labefactat per hæc prius argumentū: ꝙ nō ſolum tactus circa plures oppoſitiones verſatur: ſed & reliqui. ſā enim prædiximus, ꝙ aſperū & lene in voce, & candidū & fuſcum ſēdm proportionem dicitur: & ꝙ magnū & paruū, quod eſt in ſonis, non eſt idem cū eo, quod eſt in magnitudinibus. Vt dicimus magnā lineā, vel magnū corpus. In coloribus aūt, magnum quidem, & paruum non dicimus: aſperum aūt & lene, pro vehemens & exile. Similiter neq; odor magnus & paruus dicit: ſed dulcis, & amarus, & acris, & grauis. Clarum eſt ergo, ꝙ hic quoꝙ nō ſm proportionem magnū et paruum dicitur: ſed in ſonis tantum, eo ꝙ magnum & paruum eſt quantitatis continuæ, & longum & breue. Sicut ergo lōgum & grauem ſonum dicimus, qui fit in maiore vel minore extenſione temporis: eo ꝙ tempus eſt quantum continuum, ſonū qui magno, vel paruo motu factus eſt, vel magnum, vel paruū dicimus. Qm̄ ergo ſonus fit omnino cum motu, dico autem eo, qui eſt ſecundum locū: ipſe autem eſt quantitatis nullum autem aliorum opus habet ſubiecto motu, qui eſt, ſecundum locum: merito in illis non ſeruatur magni & parui proportio.

Sed quidnam eſt ſubiectum, ſicut auditui ſonus ſic tactui, non eſt clarum.

Secundū argumētum, ꝙ nō eſt vnus ſenſus. Quilibet enim ſenſus circa vnum aliquod genus verſatur: viſus colores: auditus ſonos guſtus ſuccos: olfactus odores. Quę aūt tactui ſubiecta ſunt, nō habent vnum cōe genus. Videatur autem neq; viſus circa vnū aliquod verſari genus ſi quidem ipſe prius dixit, ꝙ viſibile quidem ē & color, & quod oratione quidem licet dicere, caret autem nomine. Dico autem ꝙ hoc quoq; ſub colorem eſt reducendum. Eſt enim hoc totum ſplendidus color.

Vtrum autem eſt ſenſorium intus uel non, ſed ſtatim caro, nullum uidetur eſſe ſignum, ꝙ ſenſus fiat ſimul eorum, quæ tanguntur. Nam & ſiquis, circa carnem ueluti factam pelliculam extenderit, ſimiliter ſenſum, ſimul ac attigerit, ſignificat. Atqui clarum eſt, ꝙ non eſt in ea ſenſorium. Si autem congenitum quoque fuerit, adhuc celerius ſenſus permeauerit.

Eum, qui a nobis in præcedente contemplatione dictus eſt, hypotheticum, ſyllogiſmū non eſt aperte in verbis cōtextus inuenire: ſed eo ꝙ & eius aſſumptionem, & cōnexum potentia refellit: ſyllogiſmus quoq; in ijs comprehenditur. Quis erat autem ſyllſ? Si ſenſorium tactus vnū: id autem eſt caro; neceſſe ē ſenſum quoq; vnū eſſe. Atqui ſenſoriū caro Et tactus ergo vnus eſt ſenſus. Probat ergo ꝙ neque ſi ſenſorium vnum ſit, vnum neceſſe eſt eſſe ſenſum: ſicut habet in lingua. Cum enim vnum ſit ſenſorium duo ſenſus: tactus, & guſtus: & quod omnino caro non eſt ſenſorium. Sed nos quidem in præcedente contemplatione priorem connexi confutationem expoſuimus: ſecundam autem aſſumptionē, vt continentem redderemus orationē, quæ adſtruit, carnē non eſſe ſenſorium, ſed id, quod intercedit. Ipſe autē non eſt vſus eo ordine. Sed quoniam, vt dixi, & ſecunda propoſitio, & aſſumptionis hypothetici ſyllogiſmi confutatio erat vnum & idem: prius duo argumenta, per quæ oſtendit non eſſe carnē ſenſorium ponit: & deinde ſyllogiſmi connexum redarguit, & aſſumptionem in hac ſecundæ propoſitionis confirmatione. Potentia autem vtiq; & dictū a nobis hypotheticū ſyllogiſmū poſuit. Cum hic enim ſitus non eſſet ſyllogiſmus apud Ariſto. ex dictis collegerunt interpretes, ꝙ quendam eiuſmodi ſyllogiſmū confutaret. Vtrum autem eſt ſenſorium intus vel nō, ſed ſtatim caro, nullum videtur ſignum, ꝙ fiat ſimul ſenſus eorum quæ tanguntur. Trium argumentorum, per quæ oſtendit, non eſſe carnem ſenſorium, vnum per hæc ponit Id autem eſt, quod refellit argumentum quo oſtendere videbatur carnem eſſe ſenſorium: quando etiam ſi per pelliculam tangibilia attingamus, ſine tempore apprehendimus: etiam ſi non ſit illa pellicula ſenſorium: intercedit autem inter carnem, & ſenſilia. Quid ergo prohibet carnem eiuſmodi quid eſſe?

Quare & talis pars corporis ſic habere uidetur, quemadmodum ſi circulo nos congenitus ambiret aer. Videremur enim uno aliquo ſentire, & ſonum, & colorem, & odorem: & unus eſſe ſenſus, uiſus, & auditus, & odoratus. Nunc autem quia definitum eſt, per quid fiunt motus: manifeſtum eſt dicta ſenſoria eſſe alia. In tactu autem hoc nunc incertum eſt.

Secunda ratio, quæ confirmat carnem ſenſoriū, ex eo ꝙ nihil aliud præter hanc appareat, per quod tangibilia apprehendimus. Hanc itaque refellit, ꝙ videtur eē caro, quale contingeret, ſi nos aer circulo ambiret, & conge-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nitus nobis esset, veluti condensatus. Quemadmodū ergo si hoc contingeret, propterea q̄ tegerentur sensoria, per vnum autem, & eundem aerem, & audiremus. & videremus, & olfaceremus existimaremus vnum esse sensorium omnium dictorum visibilium, audibiliū, & odorabilium, congenitus nobis aerē: & ne esse quidem omnino aliquod aliud sensorium præter ipsum: neq̄ enim apparet nobis aliquod aliud: quod nūc redarguit: quoniam aperte sensoria discernant: hoc nunc existimandū contingere in carne nobis cōgenita, & ambiente, & tactiua, sensoria tegēte. Quare nō ideo, q̄ nō appareat aliqd aliud præter carnem, per quod sensilia apprehendimus, hoc iam satis esse ad probandum existimandum est, q̄ caro sit sensoriū. Potest aūt hoc argumentū & connexi syllogismi esse confutatio. Hoc itaq̄ deinceps, & dictā a nobis cōnexi confutationē ponit Aristo. & huic nostro argumento cohærere, & ab eo dependere facit. Vt autē hoc ostendamus, dico autem, q̄ per prædicta syllogismi connexum refellitur, superius propositum dictionis contextum & exponemus, & interpretabimur.

Quare & talis pars corporis sic habere uidetur, quemadmodum si circulo nos congenitus ambiret aer, uideremur uno aliquo sentire & sonum, & colorem, & odorem: & unus quidam esse sensus, uisus, auditus, odoratus.

Postquam ostendit carnem nō esse sensorium: eo confutato, per quod esse probabilis cōiectura videbatur carnem esse sensorium, dico autem apprehensionem, quæ fit, sine tēpore. Cum itaq̄ relinquatur, vt ea quidem sit, quod intercedit congenitum corpus, et intus esse tactiuū sensorium: hac opinione vtens hypothetici syllogismi connexum redarguit, ostendens non esse necesse vnam esse tactiuam facultatem: quia per vnum & idem, nempe carnem, fit tangibilium apprehensio. Si enim inquit, circunfusus nobis aer congenitus esset, & condensatus, vt sensoria tegeret: quia per idem videmus, & audimus, & olfacimus: nobis viderentur hi tres sensus vnus ē: eo q̄ per vnum quidem aerem, visibilia, audibilia, & odorabilia apprehendimus: tecta sunt autem, quæ illa dijudicant, sensoria. Quemadmodum ergo etiam si per vnum nobis congenitum fieret apprehēsio, non propterea vnus esset & visus, & auditus, & olfactus, sed plures eo q̄ sint plura quoq̄ sensilia, colores, soni, & odores. Sic neque quoniam nobis congenita caro cohæret, vnaq̄ est, per quam omnes tangibiles, quæ plures sunt, contrarietates apprehendimus, vnus fuerit tactiuus sensus, sed multi, propter sensilium diuersitatem. In aliis enim sensibus q̄ separatum sit id, quod intercedit, per quod fit sensilium apprehensio, dico autem aerem, & eorum instrumenta sint a se inuicem distincta, manifesta est eorū diuersitas: in carne vero, q̄ ea nobis cōgenita cohæreat, cum sit intermedia, incertum est an sint multi tactus. Sed tangibilium diuersitate discernimus sensuum tactiuorum multitudinem. Nunquid autem & propositum argumentum est etiam syllogismi assumptionis refutatorium? quod etiam magis verum est. Vult enim etiam per hoc ostendere, q̄ non, quoniam per vnum, scilicet carnem, sensilium est apprehensio, iam & vnum est tactiuum sensorium. Nunquid enim congenita quidem caro est, quæ intercedit, intus autem sunt plura sensoria, vt in exemplo?

Ex aere enim uel aqua, fieri non potest, ut constet corpus animatum. Oportet enim esse aliquid solidum. Restat ut sit mixtum ex terra, & his, cuiusmodi uult esse caro, & quod cum ea habet proportionem. Si enim omnis sensus per id, quod intercedit: & tactus.

Vult causam dicere, quamobrem id, quod per tactus fit, nobis congenitum adhæret, caro inquam: non ita autem & aer, & aqua, per quæ dicti sensus apprehendunt, nobis congeniti cohærent, sed sunt exterius. Quia enim inquit, fieri non potest, vt corpus animatum & in terra victurū ex vno ex simplicibus cōstet, vel aere, vel aqua: oportet enim vnūquodq̄ ijs maxime adsimilari, in quibus est versaturum: per hæc autem prædictorum sensuū fit apprehensio, aerem, dico, & aquam: merito hæc non sunt nobis congenita, & cohærentia. Nam & qui in aut ribus inclusus & inædificatus est aer, non cohæret quidē congenitus, sed est inseparabilis. Quoniam autem tactus per carnem habet apprehensionem: eaq̄ est illi id, quod intercedit: tale autem est & animalis corpus solidum, & mixtum: iure ergo nobis congenita cohæret. Et propter hanc causam, per congenitum nobis cohærens corpus, quod intercedit, tactus fit apprehensio.

Quare necesse est corpus quoq̄ esse congenitum, & cohærens, tactui intermediū, per quod fiunt sensus, qui plures sunt.

Neque enim amplius prohibeantur, quominus congenita cohærent, vt alia, q̄ nō possit tale eē animalis corpus. Nam si possent, illa quoq̄ necesse esset congenita cohærere. Si enim & ex tali constaremus, & per tale sensilium fieret apprehensio: quid vetaret per proprium, & familiare videre, alieno autem non egere? Quoniam ergo tangibilium est apprehensio per carnem: ideſt, vt intermedium, per quod fit sensilium apprehensio: eius.n. quod est necessarium, & quod fit comprensio, est natura: propterea ergo, q̄ in partibus animalis carnem inuenit, per quam tangibilia sunt apprehensibilia, natura ea vsa est, nec aliquo alio opus habuit, quod intercederet exterius.

Declarat autem, q̄ plures, qui in lingua tactus est. Omnia enim tangibilia sentit secundum eandem partem, & succum. Si itaq̄ alia caro succum sentiret: uideretur idem & unus esse sensus, gustus & tactus. Nunc aūt duo, quia non conuertuntur.

Vides, quomodo, vt dicebam, priora quoq̄ erant re futatio connexi syllogismi hypothetici. Dico autem q̄ non necesse est, si per vnum aliquod sentimus, etiam vnū esse sensum. Vt qui enim per præcedentia ostendisset, q̄ contingit, etiam si vnum sit sensorium caro, plures esse sensus, ex eo q̄ supponat hoc circa carnem, contingere, quod contingeret, si nobis cōgenitus, & cohærens esset aer, per quem videmus, et audimus, et odoramur, sic subiunxit, Declarat autem, q̄ plures, qui est in lingua tactus. Quoniam enim non ex ipsis rebus: ostensio processit: sed per suppositionem collegit contingere per vnum quidem fieri sensilium apprehensionem, non esse autem vnam sensitiuam facultatem: & q̄ non est eiusmodi suppositio, vt fieri non possit, in ipsis rebus hoc confirmat, dico autem in tactu, qui est in lingua. Ecce ergo lingua, & gustabilium, & tangibilium est sensorium. Sed tamen alia est gustatiua facultas, quam tactiua. Non est ergo vera oratio, quæ dicit si vnum sit sensoriū, necesse est vnū quoq̄ esse sensum. Quod enim alius est tactus, a gustu apertū est: quoniam in reliquo quidem corpore tactus est, gustus non: lingua autem & omnia tangibilia apprehendit, & præterea succos.

Dubitauerit autem quispiam: si omne corpus habet profunditatem: id autem est tertia magnitudo: quorum autem est inter duo corpora corpus aliquod, non contingit ea se inuicem attingere. Humidum autem non est sine corpore, neque madefactum: sed necesse est esse aquam uel aquæ cohærere: Quæ autē se inuicem in aqua tangunt, si non sint sicca extrema, necesse est aquam habere intermediam, qua plena sunt extrema: Si autem hoc uerum est, fieri non potest, ut aliud in aqua aliud tangat. Eodem autem modo & in aere. Similiter enim habet aer ad ea, quæ sunt in ipsa aqua. magis autem nos latet, ut & quæ sunt in aqua animalia, si madefactum attingit madefactum.

Hic est tertium argumentum eorū, qui ostendunt carnem non esse sensoriū, sed id, quod intercedit. Est autem eiusmodi. Instantiā, vt dixi proponit ijs, qui carnem sensorium esse volunt, & eam soluit, & rursus solutionē refellit. Instantia autem est, q̄ si in alijs sensoriis per aliquid quod intercedit, est apprehensio: caro aūt, q̄ tangat, tangibilia apprehendit: videt nō esse sensoriū. Ostēdit ergo quid & quod intercedit. Si.n. omne corpus, inquit, habet profunditatē: ideſt autem tertia magnitudo, pro ea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quod eſt, tertia dimẽſio. Prima enim dimenſio eſt longitudo: ſecunda latitudo: tertia profunditas. Inter quæ autẽ intercedit aliquod corpus, neceſſe eſt eorum profunditatem eſſe alienã, q̃ intercedit, quãtacunq;, & qualiſcũq; ſit. Quorum aũt eſt profunditas aliena, fieri non poteſt, vt hæc ſeinuicem tangant. Quæcunq; aũt alienam habent humiditatẽ in ſuperficie, circũfuſum aliquod corpus habent. Quæcũq; ergo in aqua ſe inuicẽ attingunt, vt quæ ſunt madefacta, habent aliquod corpus qđ intercedit, & ſe inuicem non tangunt. Sicut aũt, quæ ſunt in aqua, ſe inuicem tangunt: ſic & quæ in aere. Et in ijs ergo, quæ in aere tanguntur, eſt aliquid, quod intercedit, aer. ſed id nos latet propter paruitatẽ. Nam & in ijs, quæ in aqua ſe inuicem tangunt, ignoratur eſſe aliquid aquæ, quod intercedit. Sed nõ propterea dixerimus nõ eſſe inter ea aliquid. Dubitauerit aũt quiſpiam: ſi omne corpus habet profunditatem. Inordinatus videtur locus. Poſtquã enim dixit. Dubitauerit aũt quiſpiam, non ſubiunxit quid dubitauerit. Eſt aũt eius dubitatio inferius Oportet enim ſubiungere. Madefactũ attingit madefactũ. Hoc enim, inquit, dubitatur, an madefacta ſe inuicẽ attingunt, & nõ intercedit aliquod alienũ corpus. Et oſtendit, q̃ eſt humidũ: id aũt corpus: humidum autẽ non eſt ſine corpore: neq; quod eſt madefactũ. Humidum quidem eſt, quod congenitam habet humiditatem, vt aqua: madefactũ autẽ, quod alienam, vt lutum. Humidum autem in corpore habet eſſe. Eſt ergo neceſſe humidũ quidem eſſe aquam: madefactum aũt eſſe, aquæ particeps. Quoniam ergo, q̃ ſe in aqua inuicem tangunt, nõ habent ſiccas ſuperficies: omne autem humidum eſt cum corpore: inter ea ergo corpus aliquod intercedit, & ſe non inuicẽ tangunt. Sic ergo, & quæ in aere, etiã ſi aer, pluſquã aqua, ignoretur intercedere. Qñ & in ijs, quæ ſe in aqua attingunt, neſcia tur, an ſit aliquid, quod intercedit. Magis aũt nos latent, quæ ſunt in aere & aqua animalia, ſi madefactum attingit madefactum. Et ad id quod cohæret, q̃ quæ in aqua ſunt animalia, & q̃ in aere, nos latent, an ſe inuicem tangant, cũ madefacta ſint, quæ tãgunt, hoc eſt ſuperficies. Propter continuitatem. n quæ eſt ad aerem vel aquam, non eſt apertum. Hoc autẽ oſtendit q̃ ſi madefactos in aqua digitos terigerimus, poſtq̃ ſeparati fuerint, adhuc ſeruant humiditatẽ. Sed etſi nos latet, ipſa tamẽ ratio conuincit ex eo, quod cõtingit in madefactã carnem habentibus, & ſic tactis. Videtur enim poſt ſeparationem caro adhuc eſſe humida. Et ſi aqua, cũ ſit craſſior, propter humiditatem tñ nõ exprimitur, ſed carni inſidet, multo magis fieri nõ poteſt, vt aer, qui eſt ſubtilior, omnino exprimatur ab ijs, quæ ſe attingunt. Quid ergo? ſi hæc ita habẽt, & vera eſt hæc oratio, eueniet, vt nullum ſolidũ corpus tangatur: ſi quidem oĩa, quæ ſe inuicem tãgunt, vel in aere, vel in aqua tãguntur: euenit ergo vt ſolida quidem corpora ſola humida tangant. Solidum aũt a ſolido nunquam tangitur. Ad hæc aũt dici poteſt, q̃ quando madefacto digito, vel aliqua alia parte corporis, aliq̃d aliud ſolidũ terigerimus: caro, quæ eſt rara, & mollis, in compreſsione admittit in eos, qui in ipſa ſunt meatus, ſeu cauitates, humidũ, & in ſeipſam pp raritatẽ, & ſic poſt quã ſeparata fuerit, humiditatem rurſus apparere contingit. Contingit ergo totã exacte carnem tangi, ſed in illis concauitatibus, in quas confluxerat humidũ, nõ aliquid aliud tangere. Poſtquam ergo ſeparata fuerit, diffundit rurſus, quod in illis eſt humidũ, & replet ſuperficiẽ. Contingit autẽ & in obſcuris meatibus protruſum eſſe humidũ, quod rurſus poſt vim factã diffunditur circa ſuperficiem. Nã & ſi valde dura, & leuia corpora acceperis, vt vitrea, vel ærea exacte ſplẽdẽtia, & ſic figurata, vt ſi alia aliis inter ſe admoueant, exacte quadrent ſuperficies, vt ne vllam quidem vacuã regionem, quæ intercedat, relinquant: deinde ea madefacta inter ſe admoueris, et cõpreſſeris, vt ſe exacte tãgant: deinde ſeparaueris: nullã, puto, in eis inueneris humiditatẽ. Neq; enim aqua ſua natura apta eſt, vt ſolidis corporibus reſiſtat. Eſt ergo ratiõi conſentaneum, illis cõpreſſis, cum aqua ſuapte natura ſolidis corporibus reſiſtere nequeat, neq; vllus ĩtercedat locus, nec apertus, nec obſcurus in quo aquã ſeparare oporteat, ipſam elidi, & cedere: & multo magis aerẽ, qui eſt & motu facilis, & minime reſiſtens, & qui cuilibet corpori cedere ſua natura aptus ſit. Et alioqui non omnino neceſſe eſt, quæ tanguntur, per aliquid tãgi quod intercedit. Si. n. neceſſe eſt, quæ tanguntur, per aliquid ſe inuicem tangere, in infinitum neceſſe eſt hoc contingere. Si enim aer, & aqua tangibilia: ipſa vtiq; ſentimus, quę ſunt frigida, vel calida, quando aquam vel aerem tangimus. Vtrum aũt eſt aliquid inter nos, & aerẽ, vel aquam, vel nõ? Si ergo non eſt, de illo rurſus eadem dicẽda ſunt: ſiue aliquid eſt inter ipſum, & nos, ſiue non, idq; vſq; ad infinitum. Nõ eſt ergo neceſſe, quæ tanguntur per aliquod medium ſe inuicem tangere. Omnino autem quę proprie ſe tangũt, neceſſe eſt vt nõ habeant aliquid, quod intercedit: quandoquidem ne ſe inuicem quidem tangere dicantur: quoniam ea ſe tangere dicuntur, vt ipſe in quinto Phyſicæ definijt, quorum ſunt ſimul extrema. Simul autem non ſunt, inter quæ eſt aliquid intermedium, quod prohibet. Quod autem non neceſſe eſt, quæ in aere tanguntur, aliquid habere aeris intermedium, hinc quoque dideceris. Mollia enim corpora, vt caro, vel quid eiuſmodi, ſi quis ea digito violentius protruſerit, cedunt: ita vt a proprio ſitu recedant. & quid dico mollia? contingit vt qui madefactas manus habeat, lapidem trudat, vel quid eiuſmodi. Si ergo non citra medium manus tangens ſic trudit, ſed per corpus intermedium, dico autem humidum: contingetſic per ipſum trudi, vt per baculum ianuã. Quomodo ergo non eſt abſurdum, dicere ſolidum corpus a fluido, & cedente cuilibet protrudi? Dicet aũt fortaſſe quiſpiam. Sic per mediam humiditatem, quæ eſt in manu, trudit, vt ſi quis manui pellicula, vel teſtem obtẽdens ſic truſerit. Et quid dico? ipſa caro eſt mollis: ſed tamen quia non ipſa per ſeipſam trudit, ſed cũ oſsibus, quæ per ipſam intermediam trudunt, poſt etiam duriſsima protrudere. Ad hæc ergo dico, q̃ caro, cum ſit ſibi ipſi cohærens, nec diſpergi poſsit, non diffluit: neq; in protruſione decidit: etiam ſi re vera videatur vtinq; in protruſione cedere Quare & ſiquis multa ví vſus fuerit, diſrũpatur quoq;. At non ſimiliter q̃ & ipſa diſpergi non poſsit, & ſit circũcirca extenſa, & veluti cohærens, & congenita ea dẽ, quæ caro, ſuſtinet. A qua aũt & aer diſpergi poſſunt, & ſunt friabilia, & cuilibet incedunt, & locum dant trudentibus. Hinc autem dideceris. Clarũ eſt vtiq;, q̃ vacua amphora aere plena eſt. Quando ergo eam aqua impleuero, omnis aer recedit, vt ne eius quidem aliquid vel minimum relinquatur. Certe ſi quid relictum ſit, q̃ aquæ non ceſſerit, bullas facit: iiſq; ruptis, ſe propriæ vniuerſitati, ſeu, vt ita dicam totitati adiungit. Si ergo aquæ, quę eſt adeo mollis, & fluida, et ei propemodum ſilis ſubeſſe non poteſt, neq; eius compreſsionem ſuſtinere: quanto magis ſolidis quibuſdam, & duris inter ſe occurrentibus corporibus intermedius relinqui non poterit, qui ne tenuiſsimi quidem vim ſuſtinet, ſed qui omnibus cedit? Quare fieri non poteſt, vt inter ea, quæ ſe tangunt, aliquid aeris vel aquę relinquatur: niſi intercedant loca aliqua aperta, vel obſcura, ſecundum quæ non quadrant inter ſe, quæ ſe attingunt. Neq; enim ſit ſunt corporum figuratæ ſuperficies, vt totæ exacte totis quadrent. Humiditas itaq; in iis locis, quibus defectus eſt, reſidet. Quę poſtq̃ diſiuncta ſunt a ſeinuicem, quæ ſe prius tangebant, rurſus diffuſa implent ſuperficiem: & maxime ſi ſint mollia, quæ ſe attingunt, & trudunt, vel ambo, vel alterum. Cõpreſſa enim carne, quam maxime comprimi poteſt in concauitates confluit humiditas. Poſtquam ergo ſeiuncta fuerint, quæ ſe tangebant. in proprium ſitum caro reuertitur: & ſic, cum in vna planicie fuerit humiditas, ad reliquas quoque partes circunfunditur.

Vtrum ergo omnium ſimiliter eſt ſenſus, uel aliorum aliter, quemadmodum nunc uidetur? Guſtus enim, et tactus, q̃ tangant alij autem procul. Hoc autem non ita eſt. Sed & durum, & molle per alia ſentimus: ſicut & ſonatiuum, & uiſibile, & odorabile. Sed hæc quidem eminus: illa uero cominus. Quare la

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tent. Quandoquidem omnia per medium ſentimus: Sed in his latet. Atqui quemadmodum prius quoq; diximus, etiam ſi per pellicula omnia tangibilia ſentiamus, quæ neſciatur q̃ prohibeat, ſimiliter quidem haberet, ut & nunc, in aqua, & aere: putaremus enim ea tangere, & nihil eſſe intermedium.

Poſtquam oſtendit, q̃ neq; in aqua, nec in aere ſe inuicem attingunt, quæ in eis ſe tangere videntur, eo q̃ intercedat, vel aer, vel aqua: hoc veluti compẽdio vtens, tranſit ad propoſitum. Id autẽ erat oſtendere, q̃ in tactu quoque ſeruatur eadem proportio, quæ in alijs ſenſibus. Dico autem, q̃ per id quoq;, quod intercedit, in tactu fiat apprehenſio. Hac enim ratione videbãtur oſtendere carnem non eſſe ſenſorium, q̃ non eãdem ſeruaret proportionem, quæ erat in alijs ſenſibus, Non eſt ergo, inquit, diuerſa ſenſoriorũ apprehenſio, vt nunc videtur. Videtur enim guſtus, & tactus, ipſis ſenſorijs ſenſilia tangentibus, ſic ea apprehendere: reliqui autem non ſic: ſed cum procul ſunt a ſeinuicem & ſenſilia & ſenſoria, ſic per id, quod intercedit, ea apprehendere. Hoc ergo, inquit nõ eſt verum, ſed & in tactu eſt aliquid, quod intercedit, ſicut & aliis. Sed in auditu, & viſu, & olfactu multum eſt, quod intercedit. & ideo manifeſtum eſt, & non latet. In guſtu autem, & tactu paruum, itaq; latet. Si enim ita habent, quæ in aere ſe tãgunt, ſicut, & quæ in aqua: illa autem ſic ſe tangunt, vt ſint extrema humida: ergo, & quæ ſunt in aere non citra medium ſe inuicem attingunt. Sed quoniam eſt exiguus, qui in medio intercipitur, aer: merito latet, & nec eſſe videtur. Nec eſt mirandum, ſi latet: quando ſi nobis tangentibus eſſet circumcirca extẽſa pellicula, citra medium tangeret, illa propter paruitatem latente, nec aperiente, q̃ per ſeipſam intermediam arcet ea quæ tanguntur. Sic ergo & nunc nos latet propter paruitatem aer prohibens, nec ſinens, vt citra medium tãgat tangibilia. Sed & ſi latet ſenſum: ratio tamen conuincit ex eo, quod in ijs accidit, quæ in aqua ſe tangunt, & madefactam carnem habent.

Sed differt tangibile a uiſibilibus, & ſonatiuis, q̃ illa quidẽ ſentimus, eo q̃ id, quod intercedit, nobis aliquid faciat: tangibilia autem, non ab eo, quod intercedit, ſed cum eo, quod intercedit, ſicut qui eſt per clypeũ percuſſus, Non enim clypeus percuſſus percutit: ſed utrunque percuſſum eſſe euenit.

Poſtquam dixit cõmune eſſe in omnibus ſenſibus, vt per aliquid, quod intercedat, fiat apprehẽſio: nũc dicit in quo nã differt guſtus, & tactus a reliquis. Alii enim ſenſus, inquit, non ab ipſis primo ſenſilibus patiunt, ſed eo, qđ intercedit, primo a ſenſilibus affecto, ſenſoriũ ab eo, quod intercedit, patitur. Nã & colores motores eẽ dicti ſunt eius, quod eſt perſpicuũ ſecundum actum, & ſonus perſonatiui motor: ſimiliter aũt & odores eius, quod ſo nos tranſuehit. In tactu aũt & guſtu, non eo, quod intercedit, primo patiente a ſenſilibus, ſic ad nos per id, quod intercedit, tranſmittitur affectio, eo in nos agente: ſed, ſimul cum eo, quod intercedit, afficimur a ſenſili. Tangibilia.n. ſimul. & quod intercedit, & ſenſoriũ afficiũt. Aperto aũt ad probandum hoc exemplo vtitur. Qui.n. a lancea, vel lapide, vel aliquo alio, per clypeũ percuſſus eſt, ſi mul cũ clypeo ipſe quoq; a lãcea, vel lapide vulneratus eſt: ſed nõ ipſe a clypeo: clypeus aũt a lancea: ſed cũ ea ipſe quoq;. Hoc.n. illud, Simul, declarat. Sicut enim humidũ, ſuccis ſuſceptis, fit ipſum ſenſile, q̃ ſuccum in ſeipſo ſuſcipiat: non itaque per ipſum ſuccum ſentimus: ſed cum ipſo ab humido patimur: Sic & tangibilium, qui per ea, quæ intercedunt, ſunt ſenſus, fiũt ipſis patientibus ſimiliter ac ſenſorium. Non ſic autem & viſus colores apprehendit, q̃ coloret aer, ſed per eum intermediũ. Sed differt tangibile a viſibilibus & ſonatiuis. Qm̃ oſtendebat ſententia quæ carnẽ vult eſſe ſenſorium, refellitur aũt, q̃ in tactu nõ ſeruetur ſimilitudo ad alios ſenſus, eẽ in tactu quoq;, quod intercedit, ſicut & in aliis, & non citra mediũ carnem ad tangibilia accedit: In idipſum quod dixerat rurſus incidit, q̃ non amplius ſeruetur tactus proprietas, & ſignificatio. Non enim ſe mutuo tangunt, quæ p aliquid, quod intercedit, arcentur. Ea itaq; ratione & tactus appellatus eſt, q̃ alii quidem nõ citra medium a ſenſibus afficiuntur: ſed a ſenſilibus quidẽ id quod intercedit: ab eo aũt ſenſus. Tactus autẽ ab ipſis tangibilibus citra medium afficitur. Hoc aũt quod contra opponitur veluti diſſoluens, hæc ſubiunxit, q̃ etſi eſt, quod intercedit, in tactu quoq; vt in aliis, non tamen propterea pereunt, quæ ſunt tactiuæ facultatis ꝓpria. Afficitur enim ſenſus nõ ab eo, quod intercedit, vt alii: ſed ab ipſis ſenſilibus cum eo, quod intercedit. Quare & ſimilitudo, quæ eſt ad alia ſenſilia, ſeruatur in tactu quoq;, vt ſit i eo quoque, quod intercedit: & quod tactus eſt propriũ, non perit. Ipſum enim quod intercedit, prædictum qualitate redditur, & fit materia calidi, vel frigidi, vel ſicci, vel humidi & cum ipſo ſenſoriũ, quod non fiebat in aliis: ſenſiliũ.n. operationes ſolũ ſuſcipiebant ſenſus. Sciendum autem q̃ neq; tactiuum ſenſorium ab omni ſenſu qualitatem ſuſcipit. Neq; enim quando graue & leue apprehendit, lentũ & friabile, aſperum & lene, talis fit caro: ſed ſolum cognitiue eius ſpecies ſuſcipit. Quoniam autem, vt ſæpe dictũ eſt, omne corpus ex contẽperatura humidi, & ſicci, calidi, & frigidi conſtat: propterea & quãdo ab eis efficitur, vt ſenſus quidem ea apprehendit. Et eſt quidem hinc colligere, q̃ hæ ſolæ ſunt duæ oppoſitiones, ex quibus conſtat omne corpus naturale, & ſolæ qualitatem tribuunt ijs, quæ ab illis afficiuntur, ſenſoriis, & in eis ſubſtantialiter inſunt. Grauitas autẽ & leuitas etſi omne corpus conſequantur: omne enim corpus quod generari poteſt, eſt vel graue, vel leue: tamen quando in tactum agunt, non mutant carnem in ſuam proprietatem, ſicut caliditas, & humiditas, & frigiditas, & ſiccitas.

Omnino autem uidetur caro, & lingua, ut aer, & aqua ad uiſum, & auditum, & odoratum habent: ſic habere ad ſenſorium, ut eorum unumquodq;. Cum ipſum autem tangitur ſenſorium, neq; hic, neque illic fit ſenſus. Vt ſi quis corpus hoc, uerbi gratia, album, ſuper oculi extremum poſuerit, certe uel manifeſtum eſt, q̃ id, quod eſt intus, eſt tangibilis ſenſorium: ſic.n. contingat ſicut & in aliis. Impoſita enim ſuper ſenſorium non ſentit: impoſita autem ſuper carnem ſentit. Quare, quod inter tactiuum intercedit, caro eſt.

Poſtquã dubitauit, nunquid in tactu, & guſtu eſt aliquid, quod inter carnem, & tangibilia intercedit, ſicut et in aliis ſenſibus, vt ex eo in tactu quoq;, eadem proportione ſeruata, ſit caro ſenſorium: hic rurſus contra argumentatur, q̃ non eſt ſenſorium, neq; lingua, neq; caro. Hoc autem confirmat vt iam dixi, ex conuenientia, & proportione, quæ eſt ad alia ſenſilia. Sic autem' format ſyllogiſmum in ſecunda figura. Super ſenſoria impoſita ſenſilia non faciunt ſenſum Super linguam autem & carnem impoſita faciunt ſenſum. Non eſt ergo caro, & lingua ſenſorium. Atqui albo corpore ſuper oculum impoſito, omnino neceſſe eſt eſſe aliquid, quod intercedit, ſicut erat & in tactu. Sed tamen nõ apprehendit, eo q̃ certa quãtitate pdito opus eſt eo, quod intercedit. Si ergo oportet eandem proportionem in omnibus ſenſibus ſeruare: In aliis autem, ſuper ſenſoria poſitis ſenſilibus, non fit eorum apprehenſio: fit autem poſitis ſuper carnẽ tangibilibus. Videtur nõ eſſe ſenſorium tactus, & guſtus: ſicut in aliis oculus, auris & naris. Eſt enim auditiuæ quidẽ facultatis ſenſorium mẽbrana: Odoratiuæ, mãmillæ formã præ ſe ferens cerebri proceſſus, qui græce ἀπόφυσις. Neceſſe eſt ergo intra carnem eſſe guſtatiuũ, & tactiuum ſenſorium. Spiritus enim cõe omnium ſenſorium. Eſt enim communis in eo ſenſus. Hucuſq; ergo Ariſtotelis argumentatio in vtranqne partem proceſsit. Vt autem iam dixi, tota eius ſententia ex prædictis excerpta, dicet quiſpiam, q̃, & id, quod intercedit, & ſenſoriũ vult eſſe carnem, propter prędictas rationes. Non neceſſe eſt autem omnino eandem proportionem in omnibus ſenſibus ſeruare. Nam ſi caro eſt id, quod intercedit, oporteret proportionem ſeruari in omnibus ſenſibus: & ſicut in aliis, id quod intercedit, ꝓ quod ſenſus eſt, non ſentit:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſic oporteret nec carnem quidem ſentire, ſi per eam inter mediam ſit tactus. Non eſt ergo neceſſe eandem proportionem in omnibus ſeruare.

Tangibilia ergo ſunt differentiæ corporis, quatenus corpus: Dico autem differentias, quæ elemẽta definiunt, calidum, frigidum, humidum, ſiccum: De quibus prius diximus, ubi de elementis egimus. Senſorium autem eorum tactiuum, in quo, qui tactus dicitur, primo ineſt: pars quæ potentia talis eſt, qualia ſunt tangibilia actu.

Poſtquã dubitauit de tactu, oratiõnẽ reſumit, & quæ rit quænam ſint tangibilia: & eorum ſpecies enumerat, ſi cut in aliis fecit. Dicit ergo, ꝙ tangibilia ſunt differentiæ corporis, quatenus corpus: differentiæ ſcilicet conſtituti uæ. Quæſiuit aũt & in lib. de gñatione & corruptiõe (ita .n. librum vocat qui tractat de elementis) quænam ſint cõiter omnium corporum conſtitutiuæ qualitates: & dixit, ꝙ neq; colores, neq; ſucci, neq; quicquam eiuſmodi: eo ꝙ maxime cõia principia quærimus. Hæc autem nõ ad omnia pertingunt. Sunt enim non colorata corpora, vt aer, & ipſe ſuccus, & ſic alia plura. Secũdum medicos autem & aqua, maxime autem cõia corporũ principia, tactiuæ qualitates: eo ꝙ omne corpus eſt ꝑtinus quoq; tangibile. Sed tangibilium pluribus enumeratis oppoſitionibus, omnes reduxit ſub oppoſitionem calidi, & frigidi: humidi, & ſicci: & oſtendit ea eſſe maxime communia corporum principia, ſecundũ quæ formam elementa quoq; accipiũt. Merito autem addidit & illud. Quatenus corpus. Non enim quatenus ſunt corpora, colorata ſunt. Si enim ita eſſet, oẽ corpus ſtatim quoq; oporteret has habere qualitates. Nunc aũt non ita eſt. Calidi autẽ, & frigidi, & ſicci, & humidi oppoſitio in omnia corpora peruadit. Omne .n. corpus ſtatim eſt vel ſiccũ, vel humidum, vel calidũ, vel frigidum. Recte itaq; dictum eſt has ſolas qualitatum oppoſitiones eſſe conſtitutiuas corporũ differentias. Quid igitur, nũquid & graue & leue in omnibus corporibus cõſideratur? in corporibus autem nũc dico, quæ ſunt ſcilicet generabilia. Sed dico, ꝙ maxime quidẽ graue & leue ſunt tangibiles qualitates, & ad prædictas reducũtur: vt in libro de generatione oſtẽdit: Deinde omne corpus, quod eſt in propria vniuerſitate, ſeu, vt ita dicam, totitate, neq; eſt graue, neq; leue. Graue autem vel leue tunc ſit, quando a propria vniuerſitate recedit. Quoniam ergo nihil eſt ſemper in eo, quod eſt præter naturam: quando ignis præter naturam inferius fuerit, feſtinat ad eum occupandum locum, qui eſt ſecundũ naturam: & propterea ſurſum mouetur. Quod autẽ ſurſum mouetur, leue dicimus. Similiter & gleba, ſi præter naturam ſuperius fuerit feſtinans ad proprium locum, deorſum mouetur. Quod autem deorſum mouetur, graue dicimus. Si autem corpora, quæ ſunt in loco, qui eſt ſecundum naturam, neque ſurſum, neque deorſum mouentur: neque grauia fuerint, neq; leuia. Et alioquin ea liditas & frigiditas, ſiccitas, & humiditas, ſunt actiuæ, & paſſiuæ differentiæ. Leuitas autem, & grauitas non ita. Illis autem opus eſt ad elementorum generationem, & conſtitutionem.

Sentire enim eſt aliquid pati. Quare, quod facit quale ipſum actu, tale illud facit potentia exiſtens.

Poſtquam dixit tactiuum potentia eſſe, quod tangibile, hoc ipſum confirmat. Quatenus enim inquit, ſentire eſt aliquid pati, vt dictum eſt: a nobis autem poſitũ erat, ꝙ id, quod patitur, partim quidem idem eſt, ꝙ id, quod agit: partim autem non eſt idem: potẽtia quidem idem: actu autem non idem: patiens enim non idem, paſſum autem idem: Si autem patiens a ſenſili fit ei ſimile: potentia ergo erat, priuſquam pateretur, quod ſenſile.

Quare, quod eſt ſimiliter calidum, uel frigidum, & durum, & molle, non ſentimus, ſed exceſſus. Vtpote q ſit ſenſus quædam ueluti medietas eius quæ in ſenſitiuis eſt, contrarietatis: & propterea iudicat ſenſilia. Medium enim eſt quod iudicat: ſit enim ad utrunque eorum alterum extremorum. & oportet ſicut quod eſt ſenſurum album, & nigrum, neutrũ eſſe actu, ſed utrunque potentia: ſic & in aliis, & in tactu, nec frigidum, nec calidum.

Quandoquidem .n. ſenſorium corpus: omne autem corpus tangibile: tactiuum autem a tangibili patiens, fit ei actu ſimile: nihil autem patitur a ſimili: neq; enim quicquam ſentit ſimiliter temperatum tangibile. Quare ſi ſimilia non apprehendit, exceſſuum & defectum fuerit apprehenſio: Vtpote ꝙ ſi ſenſit medietas quædã eius, quę in ſenſitiuis eſt contrarietatis, & ꝓpterea iudicat ſenſilia. Senſum nunc ſenſorium dicit. Medietatem aũt ſenſum ſi ue tactum: de eo enim nunc agitur: vel etiã de omni. Omnes .n. ſunt in medio contrarietatis, cuius eſt vnuſquiſq; iudex. Sic enim eſt in medio vtriuſq; contrariorum rationem ſuſcipere. Non enim ſimpliciter, quod eſt in neutra contrarietatum, in medio eſſe proprie oportebat. Quod eſt enim coloris expers, quomodo dicatur eſſe nigri & albi medium? Niſi, vt dixi, quatenus poteſt vtriuſq; contrariorum rationem ſuſcipere. Similiter autem, & quod eſt ſoni expers, & quod ſucco, & odore caret. Nõ enim ſicut in tactu neceſſe eſt ſenſorium ita eſſe tẽperatum, vt ſit medium inter cõtrarietates tangibilium: ſic & in aliis ſenſoriis, ꝙ in medietate contrarietatis qualitatẽ habeãt, ſunt eorum ſenſitiua. Non enim corporibus naturalibus ſecundum illas qualitates eſt eſſe, ſed ſecundũ tangibiles. Itaq; reuera quidem tactus eſt medietas. Habet enim intercedentem aliquam extremorum qualitatem. Quæ vero non in mixtione extremorum, ſed in abſentia, eorũ quonammodo media fuerint, niſi ſecundum prædictam rationem, ꝙ poſſint extremorum rationẽ ſuſcipere? Fit enim ad vtrunq; eorum alterum extremorum. Quomodo medium exceſſus iudicet oſtendit. Quod eſt enim in medietate aliquorum, ad vtrũque extremorum eſt quodammodo alterum. Ad id enim ꝙ eius propriam qualitatem ſuperat, frigidum: ad id autem, ꝙ ſuperat frigiditatem, calidũ. Sic autem erit potentia ſimile contrariis, & non actu. Et patitur ab ipſis, non vt a ſimilibus, ſed a diſſimilibus. A calidiore enim, vt frigidum: A frigidiore, vt calidum. Hoc autem proprie fuerit de tactu dictum.

Præterea autem ſicut eius, quod eſt uiſibile, & quod inuiſibile, erat quodammodo uiſus. Similiter autem, & reliqui oppoſitorum: Sic & tactu eius quod tangibile, & eius quod non tangibile. Non tangibile autem eſt, quod & paruum omnino habet differentiam tangibilium: quale paſſus eſt aer: & tangibilium exceſſus, ut quæ poſſunt corrumpere. De unoquoque ergo ſenſus typice dictum eſt.

Quemadmodum dixi & in aliis ſenſibus, ꝙ iudicare non ſolũ propria ſenſilia, ſed & priuationes: ſic & tactũ dicit iudicare non ſolũ tangibilia, ſed & nõ tãgibilia. Sed in illis quidẽ erat proprie priuatio, vt in viſu tenebræ: & in auditu ſilentium, & in odoratu, & guſtu, quod odorem, & quod ſuccum non habet: In tangibilibus autem non eſt omnino corpus non tangibile: quoniam, vt dictum eſt tactiuæ qualitates ſunt conſtitutiuę corporum. Sed non tangibilia dicit eſſe, vel quæ poſſunt per exceſſum corrũpere, vel quæ ſunt ſenſim tangibilia. Eiuſmodi autem fuerint, quæ non multum diſtant a ſenſoriis ſecundum tactiuas qualitates: ſed fere ſunt ſimilia: & ea ſunt ratione ſenſim tangibilia, eo ꝙ ſimile a ſimili pati nõ poſſit. Tale autem eſt aer: & ideo eius exceſſus ſentimus: Dico autem quando frigefactus fuerit, vel quando calefactus. Excedit enim deinceps ſimilitudinem, quæ eſt ad ſenſoria: Et deinceps vt contrarium a contrario petitur. Quãdo autem eſt in commoderatione, fere ne ſentimus quidem eam, quæ eſt in ipſo, qualitatem. Poteſt autem hic ἀνάπτωσιν, ideſt, non tangibile, audiri, vel quod natura nõ eſt aptum vt ſubiiciatur tactui, velut color, & ſonus: vel quod eſt exile: vel quod nociuum.

In uniuerſum autem de omni ſenſu hoc accipere oportet: q ſenſus quidem eſt, quod eſt ſuſceptiuum formarum ſenſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lium ſine materia. Vt cera quidem anulli ſine ferro, & auro ſignum ſuſcipit. Accipit autem aureum, uel æreum ſignum, ſed non quatenus æs, uel aurum. Similiter & ſenſus uniuſcuiuſque patitur ab eo, quod habet colorem, uel ſuccum, uel ſonum: Sed non quatenus unumquodq; illorum dicitur: ſed quatenus tale, & ſecundum rationem.

Poſtq; ſeorſum dixit de vnoquoq; ſenſu, & propriis vniuſcuiuſq; ſenſilibus: vult nunc de oĩbus cõiter dicere: & de ijs definire, de quibus obſcure dixit, cũ de vnoquoque ageret Vt in vnoquoq; dixit, ſenſum, qui eſt potentia quod ſenſile, ab eo in actũ duci, & eſſe id, quod illud. Quo ergo ſenſus a ſenſilibus patitur, & eis aſsimilaf nũc dicit. Sic enim, inquit, fit id quod ſenſile, nõ albus factus vel dulcis: ſed ſenſilis formam ſine materia ſuſcipiens, id eſt, puras eorum rõnes cognitiue impreſſas & inſculptas habens. Nihil enim, vt ſemel dicã, ab aliquo patiẽs, agentis materiam ſuſcipit, ſed formam, quæ in ipſo eſt: ſicut & cera id, quod in auro eſt, ſignaculum, non aurũ. Non enim quatenus eſt argenteum, vel aureum, ſigillum ei aſſimilatur: ſed quatenus talem formã habet. Si enim quatenus aureum vel argenteum ſigillũ, cera ei aſsimilaretur: generatio eſſet, & corruptio: Generatio quidem auri, vel argenti: ceræ aũt corruptio. Sic ergo ſuſcipit quoque ſenſus eũ, quẽ in melle eſt, dulcedinis formam, nõ quatenus eſt mel, ſed quatenus habet talẽ formã dulcedinis. Differunt autem, quæ ſentiunt, ab ijs, quæ ſimplr patiunf: nõ aũt ſentiunt: q; ea quidem quæ ſentiũt, ſic id ſuſcipiũt, q; cognoſcant, & iudicent eã, quæ in ipſis fit, formam, cum altera patiantur quidem, ſed non cognoſcant: Guſuſmodi ſunt ſpecula & effigies, quæ differunt a ſenſibus, q; nõ poſsint iudicare affectum, qui in ipſis fuerit. Differunt autem hæc ipſa, & reliqua a ſenſibus (nam patiuntur naturalia corpora: patiuntur enim a caliditate, & frigiditate, albedine, & ſimilibus) q; hæc quidem ab agentibus, ſecundum vtrũq; ſimul agentibus, ſic patiũtur. Ignis enim non ſecundum formã tantum agit in aerem, & ipſum calefacit, ſed ſecundũ vtrunque ſimul. Tanquam corpus. n. agit in ipſum. Eſt autem apertum ſignũ in bono & malo odore. Cum ſubiecto enim agit in aerem, & veſtes bonus odor, immixta quadam in eis ſubſtantia, quæ exiſtit ex bene olente corpore. Similiter & veſtes, quæ colorantur, patiuntur. Atq; etiã ſucci agunt in corpora. Aliter enim ab aquis dulcibus afficiuntur eorum, quæ lauantur, corpora: & aliter a falſis, ſubſtantia quadam vna cũ ſucco immixta. Ac domorũ quidẽ ędificatores, lapides, quos firmos, & validos eſſe volunt, dulcibus aquis diu præmadefactos, ſic ad ædificationẽ aſſumunt. Cernitur aũt maris ſalſugo rupes, & petras excedens. Inanimata ergo, & omne, vt ſemel dicam, corpus, quatenus eſt corpus, a ſenſilibus qualitatibus patitur: & agente ſecundũ vtrunq; ſimul patiente. Senſus aũt neq; ab vtroq; ſimul patitur: ſed a ſola forma: ſicut & cera a ſigillo: nec ipſe, ſecundũ vtrunq; ſimul agente, & patiente ſecundũ vtrunque ſimul, patitur Neq; n. coloratur ſenſorium, vel fit bene olens, niſi ſecundũ ſolam formam: Dico autem ipſam ſenſitiuam facultatem. Nam & corpus a caliditate patitur: patitur autem & tactiuus ſenſus, ſed non eodem mõ. Sed ſenſus quidem a ſola calidi forma cognitiue patitur: ſenſoriũ vero, caro vt materia ſcđm vtrũq; ſimul, ipſa ſubiectũ calidilati effecta, & a calefaciente toto, vt toto, affecta Et non eſt certe mirandum, ſi a ſenſilibus quidẽ aliter patitur ſenſus: aliter vero ſenſorium, & omnino corpus. aliud eſt enim eis eẽ colores, vel ſuccos, vel ſonos vel frigida, vel calida: & aliud ſenſilia. Quare color quidem eſt, & ſucci, & ſoni, & reliqua, etiã ſi non ſit ſenſus: ſenſilia autem non ſunt, niſi ſit ſenſus, qui ea apprehẽdit. In ſenſus ergo agunt, vt ſenſilia. in corpora autem non itidẽ, vt ſenſilia: ſed vt colores, vt ſucci. Et ſecundũ vnam quanq; formam habet & ſubſtantiam, & totum in totũ agit, & patiens totum a toto patitur.

Senſorium autem primum, in quo talis facultas, eſt quidem certe idem: eſſe autem alterum. Magnitudo enim quædam fuerit id quod ſentit, non autem eo q; ſit ſenſitiuum. Neq; ſenſus eſt magnitudo, ſed ratio quædam, & facultas illius.

Poſtquam dixit de ſenſu, dicit et de ſenſorio. Primum autem dixit ſenſorium, in quo ſenſitiua facultas, qui eſt irrationali animę ſubiectum, ſpiritum. In eo enim primo ſenſus habet ſuum eſſe. Nam ſenſoria quidem, & oculi, & aures, & nares: ſed non prima. Non eſt enim in ijs ſenſitiua facultas: ſed per ea affectus ad illum tranſmittitur. Eſt ergo idem: eſſe autem alterũ. Senſus, inquit, ideſt ſenſitiua facultas, & ſenſorium, in quo primo facultas collocatur, ſunt eadem numero. Non eſt enim ipſe per ſe ſenſus ſine ſubiecto, hoc eſt ſpiritu, qui eſt primum ſenſorium. Vnum ergo hæc ſubiecto. vt vnum hominem dicimus, & vnam nauem, materiam cum propria forma, totum compoſitum vnum dicentes. Atqui ſubiecta certe duo ſunt. Aliud enim ſenſus & aliud, quod eſt ei ſubiectum. Ille enim eſt incorporeus, & expers magnitudinis. Quod eſt autem ei ſubiectum, corpus & magnitudo. Et ſenſitiuum dicitur, non quatenus habet magnitudinem, ſed quatenus habet ſenſum.

Ex his autem apertum eſt: & quam ob cauſam ſenſilium excęſſus ſenſoria corrumpunt. Si enim ſenſorio fuerit ualidior motus, ſoluitur ratio. Id autem erat ſenſus, ſicut & concentus, & tonus, ualde pulſatis fidibus.

Cum oſtendiſſet ſenſoria, quatenus ſenſoria, in aliqua eſſe ratione & cõmoderatione, quatenus quidem habent ſenſitiuam facultatem, quæ eſt eorum ratio & forma, p quæ ipſum habet ſenſorium ſuum eſſe: ex ijs claram eſſe dicit cauſam, cur ſenſilium excęſſus corrũpant ſenſoria. ſi enim quatenus ſunt ſenſoria, in quadam cõmoderatione ſunt, & mediocritate, vt iam dixit: Taliter enim contemperatum ſenſorium fit aptum ad ſenſus ſuſceptionẽ. Præterea ſenſoriis a ſenſilibus motis, ſic fit ſenſilium ſenſus: merito ergo & immoderatus ſenſoriorum a ſenſilibus motus cõmoderationem corrumpit. Corrupta autẽ cõmoderatione, fiunt inepta, nec ſatis accommodata ad continendam ſenſitiuam facultatem. Duos enim affectus patitur ſenſorium: vnum quidem vt ſimpliciter corpus: aliud vero ſenſorium. Vt corpus ergo, a corpore patitur: vt ſenſorium autem, a ſenſiliũ operatione, ſicut oculus, vt ſenſorium quidem, patitur, cõgregatus, vel diſgregatus a colorum opatione: vt corpus aũt patiẽ ab igne, verbi gratia calefaciẽte. Et auris ſimiliter, vt ſenſoriũ quidẽ, a ſonis patitur: vt corpus aũt, a vehementi aeris motu. Non eſt enim idem ſonus & aeris motus. Non tamẽ ſine aeris motu ſonus. In magnis ergo ſonis magno facto ſono, compreſsione & conſtipatione lædit motus auditiuum ſenſorium. vt corpus. Quomodo aũt a violentiore ictu ſoluitur ſenſoriorũ ratio a ſenſilibus, oſtendit collatione eorũ, quæ ad harmoniã cõpoſita & concinnata ſunt. Nã in his, qui eſt in fidibus cõcentus, quæ eſt mediocritas & forma quædam talis chordarum appoſitionis ex qualitate quadam prædita intentione & remiſsione, ſoluitur & corrũpitur, etiã ſi chordæ non corrũpuntur. ſimiliter etſi chordæ vehemẽtius pulſentur. Excęſſus enim ea corrumpunt, quæ in cõmoderatione & mediocritate eſſe habent. Rationem autem non Harmoniam cõpoſitorum dico: ſic enim animam diceret Harmoniã. Hoc autem in primo libro ſuſtulit: ſed formã dicit, quæ accedit tali compoſitioni & commoderationi: qua ſoluta, forma quoq; neceſſario corrumpitur. Differt autem fidium Harmonia, & ſenſitiua facultas in ſenſoriorũ commoderatione, q; harmonia quidem ſit ipſa commoderatione, quæ ab excęſſu, & intentione chordarum ſoluitur: ſenſus antem, ea, quæ in tali eſt commoderatione, facultas: illius enim eſt aliquid & illa, eſt enim huius forma.

Et quam nam ob cauſam plantæ non ſentiunt, cum aliquã animalem partem habeant, & a tangibilibus aliquid patiantur. nam & refrigerantur, & calefiunt. Cauſa enim eſt, q; mediętatem non habeant neq; eiuſmodi principium, quod poſsit ſuſcipere formas ſenſilium: ſed patiuntur cum materia.

Poſtquam dixit, q; ex ijs, quæ dicta ſunt de ſenſu &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſenſorijs, fit manifeſta cauſa, cur exceſſus corrũpant ſenſoria, ꝙ ſint in mediocritate, mediocritates aũt ab exceſſibus corrũpuntur, ex his ipſis dicit eſſe apertũ, & quã nã ob cauſam plantæ non ſentiunt, cũ aliquam partem animalem habeant aluntur itaq; & augentur & ſibi ſimilia generant, & a tangibilibus aliquid patiuntur, nam & refrigerantur & calefiunt. Huius autem cauſa eſt, ꝙ nõ habeant ipſa partem, quæ eſt in mediocritate tangibilium, & præterea facultatem & principium in ea ſuſceptiuum formarum, quę ſunt in ſenſilibus, ſine materia. Neque.n. quõcunq; animatum erat ſentiens, ſed quod talem habebat facultatem. Medietatem aũt dicit ſenſoria vel ꝙ ſenſilium medietatẽ apprehendunt & ab exceſſu & defectu lædũtur: vel medietatem, ꝙ ſint in medio ſenſilium, & ſenſuũ. ſed patiuntur cũ materia. i. etiam ſi a ſenſilibus patiuntur, non ſic patiuntur, vt ſenſitiua ſm formã patientia & non ſm materiam, ſed patiuntur cum materia hoc eſt, materialiter & corporaliter. Quæ eſt enim eis ſubiecta materia a ſenſibilibus patiens, in ſeipſam recipit ſenſilium affectus, ipſorum effecta materia, et tãquã materia, ipſa in ſeipſam, ſuſcipiens, erat veluti inanimata. Illud.n. cum materia, ſignificat, ꝙ ipſa, vt materia, patiuntur. Patitur autem vt materia, quod formam affectus accipit, quem patitur. Nõnulli ergo ſic acceperunt illud, pati cũ materia, pro eo, quod eſt, ſecũdum propriam materiam pati, quæ conuertitur, et mutatur. Quid autem pati cum materia ſenſilis, dicit, ꝙ ſenſus quidem, vt iam ante diximus, patiuntur ſolum a formis ſenſilibus, viſus quidem a colore, non autem a ceruſſa vel lana, vel quodcũq; fuerit colori ſubiectum, ſimiliter & in alijs. Inanimata autẽ a ſenſilibus patientia, non ab ipſis ſolum formis patiunt, ſed ab vtroque ſimul. Quod enim hoc admixtũ ſit, verbi gratia, aquæ, ſic fit dulce. ſimiliter vapor, ſi veſti inſideat, eam bene olentem reddit. ſimiliter & colores agũt in corpora, vt ea, quę tinguntur. Cum propria enim materia veſtibus immiſcentur. ſic & ſonus, qui lignum rumpit, ſubiecti aeris protruſione hoc facit. Videtur autem calido, & frigido ſolum hoc non euenire. ſola enim caliditas appoſito igne alterat ſubiecta, vt aerem. & in frigiditate ſimiliter. Appoſita enim glacies frigefacit, non immixta eius ſubſtantia frigefacto, ſed qualitate tantum alterans. Id autem propterea, ꝙ hæ ſolæ qualitates generationis, & corruptionis effectiuam cauſam habent. Generatio autem, & corruptio ſubiectæ ſubſtantiæ mutatione ex ſua natura fit.

Dubitauerit autem quiſpiam, an ab odore patiatur aliquid quod odorari non poteſt: uel a colore, quod non poteſt uidere. Similiter autem & in alijs.

Poſtquam dixit, ꝙ inanimata, licet ſenſum nõ habentia, a tangibilibus patiuntur qualitatibus: patiuntur autem corporaliter, & materialiter: merito poſtea quærit, an fieri poſsit, vt & ab aliis qualitatibus quid patiatur eorum, quæ ſenſu carent.

Si autem odorabile, odor: ſi quid facit odoratui, quatenus odor facit. Quare eorum, quæ olfieri non poſſunt, fieri non poteſt, ut quidquã ab odore patiatur. Eadẽ aũt ratio in alijs: neq; eorum, quæ poſſunt, niſi quatenus unumquodque ſenſitiuum.

Hinc dubitationem ſoluit: & oſtendit ꝙ nihil eorum, quæ ſenſum habent, patitur a ſenſilibus, ſi enim odorabile, inquit, non eſt aliud, quam odor: & guſtabile nihil eſt aliud, quam ſuccus: ſi quid enim guſtum facit, ſuccus eſt: & ſi quid olfactum, odor: ſimiliter & in alijs: odor autẽ nulli eſt alij, cũ odoratui: ad eum enim & eſt & dicitur: ſimiliter autem & guſtabile ad guſtũ & viſibile ad viſum, & in reliquis ſimiliter: a ſenſilibus qualitatibus, vt ſenſilibus nihil pati poſsit eorũ, quæ ſenſum non habent. Neque eorum, quæ poſſunt, niſi quatenus vnumquodque ſenſitiuum, & ipſa, inquit, quæ a ſenſilibus pati poſſunt, non ſecundum aliquid aliud ab eis patiũtur, quam quatenus ſunt ſenſitiua. Vt oculus alio quoq; modo eſt paſſiuus: ſed a viſibili nõ aliter patiatur, quam quatenus eſt viſiuus. Quare ſi affectus, qui fit a ſenſilibus qualitatibus non ſecundum aliud fit ab ipſis, quam quatenus ſenſitiua ſunt ea, quæ patiuntur: quod nõ eſt itaq; ſenſitiuum, non patietur ab ipſis. Poteſt autem & ſic hoc dictum intelligi, ꝙ ne ea quidem quæ a ſenſilibus aliquid patiuntur, ab eis ſecundum aliquid aliud patiũtur, quam ſecundum illud, ſecundum quod eſt ſenſitiuum. Vt oculus a ſenſili quidem pati poteſt, ſed non ab alio ſenſili, quam ſecundum id, a quo pati ſua natura aptus eſt. Non enim pati poſsit oculus ab audibili, ſed tantum a viſibili. neq; auris ab odorabili, ſed ab audibili tantum. Multo magis quæ ne a ſenſilibus quidem pati ſua natura apta ſunt, ab ipſis quicquam pati non poſſunt.

Simul autem ſic quoque manifeſtum eſt. Neque enim lux, et tenebræ, neque ſonus, neque odor quidquã facit corporibus, ſed ea, in quibus ſunt, ut aer, qui eſt cum tonitru, lignũ diuidit.

Non ſolum, inquit, hoc eſt ex cõſequenti apertum, ꝙ nihil eorum quæ ſenſum nõ habent, patitur a ſenſilibus, quatenus ſenſilia: ſenſus.n. ad ſenſile, & ſenſile ad ſenſum, ſed & ex ipſa operatione hoc apertum eſt. Neque enim inquit, lux, & tenebræ. i. viſibile, per quod ſenſilia videmus, quatenus ſunt viſibilia, quicq; agit in corpus, quod non habet viſum. Neq;.n apprehendit ipſum, vt viſibile, id, quod viſum non habet. ſed neque audibile quicquam agit quatenus talia ſunt, in ea, quæ neque auditiua ſunt, neq; olfactiua. Deinde quoniam videntur quædã corpora eorũ, quæ non ſunt ſenſitiua, pati a ſonis: a tonitru enim quædã diuiduntur corpora, vt ligna & lapides & eiuſmodi: patiuntur aũt & ab illuminato aere ab ipſo calefacta: ab odoribus quoq; bene olens fit aer: ad hoc dicit, ꝙ non a tonitru, quatenus eſt audibile, patiunt, quæ ab eo rũpũtur corpora, ſed ab aere ſonãte violenter moto percuſſa diuidunt, quatenus pcutiuntur, non a ſono, quatenus ſonus eſt & audibilis. Hoc.n. ſignificat, dum dicit, ſed ea, in quibus ſunt. i. a ſubiectis ſono: eius aũt ſubiectum eſt aer, ab eo patiuntur, quæ a tonitru diuidunt. Similiter habet & in alijs. Calefiunt.n. inanimata ab illuminato aere, non quatenus eſt illuminatus, neq; a lumine, ſed ab ipſo aere, quatenus eſt calidus, ab ipſo diſgregata. Patiuntur autem ab odoribus & aer & reliqua, nõ quatenus odorabilia odores, ſed ſecundum id, quod eſt ipſis ſubiectum, vna cum ipſorum vaporum ſubſtantia commixta, in quibus ſunt odores, vt in mulſo.

Sed tangibilia, & ſucci agunt. Sin minus, a quonam patiantur inanimata, & alterentur?

Poſtquam dicit, non pati, quæ ſenſum non habent, a ſenſilibus, idq; oſtendit in colore & ſono & odore: Hic dicit, ꝙ etſi alia ſenſilia in ea, quæ non ſunt ſenſu prædita, non agunt, tãgibilia quidem certe & guſtabilia agũt. Calefiunt enim corpora, & frigefiunt, exiccantur, & humectantur a tangibilibus qualitatibus omnia corpora, ſed nõ quatenus ſunt ſenſitiua, ſed quatenus corpora ſim pliciter. Si enim, inquit, non patiantur a tangibilibus & guſtabilibus qualitatibus, a quonam patiantur? Eo ergo res deducetur, vt ſint impaſsibilia, & inalterabilia: quod eſt abſurdum. Si enim neq; ab aliis patiuntur, neq; a tangibilibus & guſtabilibus, nõ habebunt aliquid aliud, a quo patientur. Erunt ergo impaſsibilia omnino.

Nunquid ergo & illa agent? uel non omne corpus paſſiuũ ab odore, & ſono. & quæ patiuntur, indefinita, & non manent, ut aer: olet enim, ut quid paſſus.

Poſtquam dixit, ꝙ tangibilibus qualitatibus patiunt corpa, & a guſtabilibus, quærit an & ab alijs ſenſilibus patiunt corpa, non aũt ſenſitiue, ſicut neq; a tãgibilibus, & guſtabilibus, & dicit qđ non oĩa ſunt paſsiua ab odore vel ſono corpa, pro eo quod eſt, paſsibilia. Quare nõ oĩa patiuntur. Sed ſunt, quæ ſub eis ſunt, ſicut, quæ ſub tangibilibus. Neq;.n omne corpus ab eis pati poteſt, ſed ſunt, quæ ab eis patiunt, humida, vt aer & aqua. Talia .n. ſunt, quæ a coloribus & ſonis, & odoribus patiũtur, & mouentur. Non videntur autem, inquit, pati, ꝙ cum ſint indefinita & humida, affectus ſoni vel odoris, vel coloris non ſeruant. Eſt enim indefinitorum proprium &

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in ſeipſis nõ manere, ꝙ propriam figuram nõ habeant, & ꝙ facile conuertibilem. a coloribus ergo & ſonis humida & indefinita patiuntur: ab odore autem non hæc ſolum, ſed & quædam ſolida paſſa fiũt bene olentia. Sed eſt aeris proprium & celeriter affici et affectum abijcere, & alioqui odoris ſubiectũ, dico autem vapor, qñ fuerit corporibus immixtus, ſicut ſucculentũ humidum, quale eſt mel, cum ſit ſubtilis & qui facile differri, & exhalari poſsit, diſſoluitur & relinquit ea quibus erat, eo autem diſperſo & exhalato, vna quoꝙ odor perit. Quare etiam ſi id, quod odorem ſuſcepit, non ſit facile alterabile, vt veſtis, ſed tamen propter imbecillitatem vaporis non diu manet affectus. In hoc autem differt ab affectu, qui fit in ſenſu. Seruat enim ſenſus eũ, qui fit, affectũ: Neque enim formæ effluit cognitio. Poteſt autem & in omnibus ſenſilibus extendi oratio & indefinitum ſic audiri, vt eo diſcernat affectũ, quiſfit a ſenſilibus & in ſenſum & in corpora. Quienim in corpora fit affectus, eſt indefinitus, vt ꝙ neꝙ ſimul & coaceruatim fiat, neꝙ diu maneat. Quan diu.n. prope calidũ corpus eſt tãdiu caleſcit. Senſus autẽ cum primũ ſe ad ſenſile applicauerit, quã habuit cognitionẽ et affectũ eundẽ ſemper retinet: vt neꝙ intẽdi neꝙ remitti poſsit. Ex quo.n. tactiuus ſenſus calidum cognouerit, etiam ſi permanſerit, nõ amplius cognoſcet: Corpus aũt nõ eundẽ affectũ ſuſcipit a calido, ſed alias aliũ, ſecundũ id, quod eſt magis & minus intẽſum vel remiſſum. Nunquid aũt hoc quoꝙ illi ſignificat indefinitum?

Quid eſt ergo odorari, niſi aliquid pati? an odorari quidem ſentire: aer autem paſſus fit celeriter ſenſilis.

Poſtquã oſtendit, ꝙ a ſenſilibus patiunt quæ ſenſum non habent, a coloribus.n. quod eſt actu perſpicuum & a ſonis & odoribus aer, merito quærit, qm̃ ſenſitiua quo que ab eis patiuntur: in quo differunt ſenſitiua a non ſenſitiuis, quæ patiuntur a ſenſilibus. Vtraꝙ enim ab ipſis videntur ſimiliter pati. Hanc ergo diſſoluens dubitationem dicit, An odorari quidem ſentire, aer autem paſſus fit celeriter ſenſilis? Non eſt enim ſatis ad ſentiẽdum poſſe formam ſine materia ſuſcipere: ſed & animali facultate opus eſt, quæ nõ eſt in omnibus, quæ ſenſilium formas ſine materia ſuſcipiunt. Non enim ſi quid ab aliquo patitur, iam & ſentit: Nam & aer & aqua, & ſpecula ſentirent: ſed & eiuſmodi facultate opus eſt, quæ poſsit iudicare affectus, qui fiunt a ſenſilibus, quæ non eſt in quolibet corpore, ſed in naturali inſtrumentario, vt oſtendit, & neꝙ hunc vniuerſo, ſed in ea huius parte, quæ ꝓpter certa qualitate prẽditam commoderationem & bonam temperaturam hãc poſsit ſuſcipere facultatem. Quomodo ergo ſoluitur ſenſilia eſſe ad ſenſus, & ſenſum ad ſenſilia, ſi quidem nõ ſolum, quæ ſunt ſenſu pdita, ſed & quę non ſunt, patiuntur a ſenſilibus? niſi ꝙ vnicuiꝙ ſenſiliũ non eſt idem eſſe hoc, & eſſe ſenſile, neꝙ colori eſſe colorem idem eſt, & eſſe viſibile: ſed ſubſtantia quidem coloris alia, ſiquidem finis perſpicui, quatenus pſpicuum, viſibile autem, quando contigit. Quatenus enim eſt motiuum eius, quod eſt ſm actum perſpicuum, ſm hoc eſt viſibile. ſimiliter & in aliꝭ. Vt ergo ſenſilia ea ſolum afficiunt, quæ ſunt ſenſu pdita, Vt autem hæc, quæ quandoꝙ ſunt ſenſilia, fiunt alia quædam: Aliud eſt enim ſenſile & eſſe colorem & hoc nihil vetat, quominus ſint aliorum quoꝙ effectiua. A bono enim odore, vt ſenſili quidem, nihil aliud patietur, quam olfactus. ab odore autẽ ſimpliciter & eo quod bene olet, aer quoꝙ patitur, qui eſt inanimatus. Similiter & in aliꝭ. Vnũquodꝙ.n. inanimatum patitur a ſenſilibus, non vt ſentiens, ſed vt & ipſum factum ſenſile, quatenus ab eis patitur. ſecũdum.n. ſubſtantiam ipſam affectum ſuſtinet & mutatur. Inanimata enim a ſenſilium ſubſtantia, non quatenus ſunt ſenſilia, patientia, fiunt quoꝙ & ipſa ſenſilia, ipſis aſsimilata. Animata autem ab ipſorũ operatione patientia, fiũt ſecundum actum ſenſitiua.

Finis ſecundi Libri.

IOANNIS ALEXANDRINI PHILOPONI IN TERTIVM LIBRVM DE ANIMA COMMENTARIVS.



QVOD autem non eſt alius ſenſus præter quinque, dico autem hos, uiſum, auditum, odoratum, guſtum, tactum, ex his credidit quiſpiam.

POſtquam in præcedentibus in tractando de naturali, & irrationali laborauit, nunc de rationali quoque anima vult nobis verba facere, & eius ſubſtantiã quærere, & facultates, ipſarum quoꝙ facultatum drias, & a ſeipſis, & nobilioribus facultatibus irrationalis animæ. Quærit enim drĩam imaginationis, & opinionis a cogitationis ab intellectu, ſiue mente. Quoniã enim opinio, quæ eſt animæ rationalis facultas, ſocietatem & cõicationem videtur habere cum cõi ſenſu, & imaginatione: propterea quærit eorũ drĩam. Præſentis ergo libri ſcopus, et inſtitutum manſit de aĩa rationali. Non enim vt quidã exiſtimant, in preſenti libro eius inſtitutũ eſt de irrationali aĩa differere. Etſi.n. cõis ſenſus, & imaginationis memini: non ꝙ eorũ ſcopum ſibi propoſuiſſet, ſed vt rõnalis, animæ facultatũ ab irrationalis facultatibus drĩam adduceret, ideo meminit irrationalis aĩæ. Totius ergo libri ſcopus eſt de rõnali anima, & nequaquã de irrationali. Sed ad hoc dubitatiõem mouet, ꝙ accuſatorio ſunt animo, & lubenter reprehendunt, dicentes: Oportebat ergo eũ de ſola imaginatione, & cõi ſenſu differere: non ita autẽ & de ſenſu. Nunc aũt videmus, ꝙ librum incipiẽs ſtatum ſenſuum numerũ dicit, quærẽs an ſint quinꝙ ſenſus, vel plures. Non erat aũt neceſſe hæc nunc quærere, ſi quidẽ præcioſarũ tm̃ irrationalis aĩæ facultatum mentionẽ facere inſtituiſſet: vt earũ a minoribus rõnalis drĩam traderet. Prætioſæ.n. & nobiles ſcdarum ſubarũ facultates, cõicationẽ, & ſimilitudinẽ habent cũ vilibus & ignobilibus facultatibus primarũ ſubarum, ſicut, & nunc. Præcioſæ enim irrationalis facultates, vt cõis ſenſus, & imaginatio habent cõicationẽ ad opinionẽ: quæ eſt vilior, & ignobilior facultas oĩbus rõnalibus. Et hæc quidẽ eſt dubitatio ad quã dicemus, ꝙ ſi quinꝙ ſenſuũ meminit, nõ fruſtra hoc fecit: ſed ne ꝙs exiſtimaret eſſe aliũ ſenſum a particularibus, quiqnꝙ ſenſuum ſenſilia iudicet. Niſi.n. nũc oſtendiſſet eſſe quinꝙ ſolũ ſenſus, & nõ plures: exiſtimaret fortaſſe quiꝓiã non ſolum eſſe quinꝙ, ſed & ſextum aliũ ſenſum particularem, qui iudicat ſimul viſibile, & audibile, & odorabile, nec cõi ſenſu quicquã opus eſſe. Ne quis ergo hoc ſuſpicaretur, propterea nunc oſtendit quinꝙ eſſe ſolũ ſenſus, & non eſſe aliũ particularẽ, qui iudicat: ergo cõi ſenſu opus eſt. Quare etiã ſi ſenſuum numerũ quærit, nõ ꝓpter ipſos ſenſus hoc facit, ſed ꝓpter cõem ſenſum. Cõis autẽ ſenſus, & imaginationis meminit, nõ propter ipſos, ſed ꝓpter drĩam eius a rõnalibus facultatibus. Maneat ergo hic ſcopus de rõnali aĩa. Hic eſt ergo ſcopus. Oſtendit aũt deinceps ex principio aĩæ, ꝙ ſunt ſolum quinꝙ ſenſus, hypothetico ſic vſus ſyllogiſmo. ſic enim inquit, ſi deeſſet ſenſus, deeſſet & ſenſorium. Atqui nõ deeſt ſenſoriũ, ergo nec deeſt ſenſus. Sed qm̃ & connexũ eſt dubiũ. Vnde.n reuera, ſi deeſſet ſenſus, deeſſet & ſenſoriũ? & aſſumptio quoꝙ dubia ẽ, quæ dicit: atqui ſenſorium nõ deeſt: ergo nec ſenſus: vndenã enim conſtat an non deſit ſenſorium? Age ergo vtraque demonſtremus, & cõnexum, & aſſumptionẽ, ſed prius connexum demonſtremus, quod dicit, ꝙ ſi deeſt ſenſus, deeſt & ſenſorium. Hoc autem per tres rationes demonſtramus. Quarum hæc eſt prima. Senſus & ſenſoriũ ſunt

ex ũs,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ex ijs, quæ ſunt ad aliquid. Sēſus enim per ſenſorium ſentitur, & ſenſorium ſenſus eſt ſenſorium. Vt autē ſe habet vnum eorum quæ ſunt ad aliquid, ſic habet & reliquū. Eſt ergo clarū, ꝙ ſi deeſt ſenſus, deeſt quoq; ſenſoriū, ꝓpter neceſsitatē eorū, quæ ſunt ad aliquid. Hæc eſt prima ratio. Scda ratio. Senſus eſt, qđ vtitur. Eſt aūt ſenſorium quo vtitur, ſi nō eſt fruſtra futurum. Si ergo deeſt ſenſus, deeſt & ſenſoriū, ſi non fruſtra eſt, quod eſt abſurdū dictu, naturā fruſtra aliquid facere. Hæc eſt scda quoq; rō. Tertia rō. Senſus nunq; pōt citra mediū ſe ſenſilibus applicare, ſed ſemper per media ſenſoria ſe applicat. Vbi ergo ſenſu opus, oīno & ſenſorio quoq; ꝓ qđ ſe ſenſilibus ſenſus applicat Si ergo deeſt ſenſus, v3, ſenſoriū deeſt, ꝓ qđ ſe ſenſus ſenſilibus applicat. Hæ ſunt ergo rōnes quæ connexū confirmarunt. Age vero deinceps & q̄ aſſumptionem cōfirmant, adijciamus Hæ aūt ſunt duæ rōnes inductiuæ, quarum hæc prima eſt. Ex oibus, ex quibus oportebat fieri, ſenſoria facta ſunt. Sed ſi ita eſt, nullū ergo deeſt ſenſoriū Cum ſint n. quatuor elhta, & vnū quantum corpus cœleſte, ex quinto quidem corpore ſenſorium factū nō eſt. Quintū n. corpus eſt æternū, vt quidā dīt, ſenſoria aūt ſunt corruptibilia. Rurſus ex igne nō poterat fieri ſenſoriū. Ignis. n. ē qui poſsit corrūpere: ex corrūpente aūt qūo poſſet fieri ſenſoriū? Rurſus ex ipſa terra non poterat per ſe fieri ſenſoriū. ¦Eſt. n. ipſa ꝓ ſe impreſſu difficilis, nec ſenſilium typos poterat facile ſuſcipe. Cō mixta aūt cum alijs terra poteſt facere ſenſoria. Tactus itaq;, & guſtus ſenſorium eſt magis terræ particeps. Tactus. n. & guſtus ſenſorium eſt caro, quę eſt terræ magis particeps. Ignis aūt, vt ipſe dicit, in totis ē ſenſorijs. Quare & ignem, & terram eſt in ſenſorijs inuenire. nec ignis aūt, nec terra per ſe vnquam ſenſoria faciunt, ꝓpter prædictas cauſas. Reſtant ergo aer & aqua, quæ poſſunt facere ſenſoria. aqua itaq; fecit cryſtallinum humorē, qui eſt viſus ſenſoriū. ſed & aer eſt ſenſorium auditus, & olfactus. Qui. n. in naribus & in auribus eſt inædificatus & incluſus aer, ipſe eſt auditus & olfactus ſenſorium. Si ergo ex omnibus, ex quibus fieri poterat, factum eſt ſenſorium, nullum deeſt ergo ſenſorium. Hęc eſt prima procedens inductione rō, quæ confirmat aſſumptionē. Aduerſus hanc aūt rōnem Ariſt. duæ mouentur dubōnes: Prima quidem, qūo dicit non deeſſe ſenſoriū? ecce. n. deſunt. Cū ſint. n. quinq; ſenſus, tria ſunt ſola ſenſoria, aer, aqua, terra. Quare nihil cōfirmauit inductiua oratio: ſed magis dubitationē adauxit. Qūo ergo dicit aſſumptio, ſed nullum deeſt ſenſorium? Ecce. n. duo deſunt ſenſoria. Et hæc quidem dubitatio: ad quā dicemus, ꝙ noīe quidē tria ſunt tantum ſenſoria: reuera aūt quinq;. Etſi. n. ad terram pertineat ſenſoriū tactus, & guſtus: ſed non eſt ipſa terra. ſi. n. eēt ipſa terra ſenſoriū tactus, & guſtus: oporteret in oī parte, in qua eſt tactus, guſtū quoq; eſſe. ſiquidē irrationalis aīa eſt in omni animali cum oībus ſuis facultatibus, & dicimus, ꝙ ꝓpterea ꝙ nō eſt inſtrm accōmodatum, non operatur ꝑm ſuas facultates in toto aīali. Oporteret. n. ſi eadē terra eſt ſenſorium, adeſſe quoq; facultatē ne eam argueret. Atqui non eſt in toto corpore guſtus. Qūo. n. manus nō guſtat, etſi tactum habeat? nō eſt ergo eadē terra. Vides, ꝙ noīe quidem idē, re aūt diuerſa, Rurſus etiā ſi aer eſt in auditu & odoratu: ſed non idem. Aerem aūt dico nō externum (oīs. n. externus aer inſeruit & odoribus, & ſonis) ſed eum, qui in auribus, & naribus eſt ſeorſum inædificatus, & incluſus. Hic quoq; non eſt idē, ſed diuerſus. non. n. qui in auribus eſt, aer poteſt odoribus inſeruire: neq; qui ē in naribus, ſonis inſeruire pōt. Quare, etiā ſi ſunt tria noīe, reuera tñ ſunt q̄nq;. Hæc eſt ſolutio primæ dubōnis. scda dubitatio ꝓcedit ex eo, qđ eſt contrarium primæ dubitationi. Hæc eſt aūtē. Plura ſenſoria ſenſibus, quod eſt abſurdū. Si. n. ꝓpter ſenſus facta ſunt ſenſoria, quot ſunt ergo ſenſus, tot eſſe deberent ſenſoria & nō plura. Nunc aūt videmus eē plura ſenſibus. vnius certe ſenſus duo ſunt ſenſoria. Olfactus enim in pedeſtribus & volucribus aer eſt ſenſorium, in aquatilibus vero ſenſoriū eſt aqua. dicit itaq; piſces humiditatem quandā habere in naribus, quæ ſub ſeruit odoribus. Quare vnius ſenſus duo ſunt ſenſoria. Propter hanc ita dubitationem ſunt qui dicant non in eodem animali duo eſſe ſenſoria: ſed in alio quidem aquam eſſe ſenſoriū odoratus: in alio vero aerem. Quare non ſunt plura, nec pauciora. Sciendum autem hanc rationē inductione procedere, quæ nihil neceſſariū continet. Primum. n. duplex eſt ignis, hic quidem corruptiuus, ille vero viuificatiuus. Quare etſi ex corruptiuo ſenſus fieri nō poſſet, ſed tamē poterat ex viuificatiuo fieri. & alioqui, ſicut videmus ex ternū aerem ſubſeruire, & odoribus, & coloribus, & ſonis, ſed tamen in ijs, quę tres habēt tm̄ ſenſus, tactū dico, & odoratum, & guſtum, non ſubſeruit coloribus, ſed nihilominus taliū eſt miniſter: etiāſi nō adeſt facultas, cuius eſt miniſter. Quid ergo ē abſurdi in nobis quinq; ſenſus habētibus dicere, eſſe alia quidem ſenſoria, ſed nō appre hendere, ꝙ non ſint in eis ſenſus? Quare eſt inductiua & non vera oratio. Eſt autem ſecunda ratio Ariſto. inducti ua hoc modo. ſi deeſt ſenſorium, deeſt & ſenſile. Atqui non deeſt ſenſile. Hoc enim eſt cōnexum, quod demonſtratio ne quoq; indiget. Hoc, inquit, ex inductione clarum eſt. Nā & quæ ſunt longe, apprehendimus, q̄ ſunt ſoni & colores, & odores. Iam vero, & quæ prope ſunt, tangibilia, & ſuccos ſi itaq;, & quæ prope ſunt, & quæ longe apprehendimus: clarum eſt ergo, ꝙ omnia apprehendimus. nullum ergo deeſt ſenſile. ſi autem non deeſt ſenſile, ergo nec ſenſorium Hoc enim oſtenditur per mutuam oppoſitionem, quæ conuertitur. Hæc eſt ſecunda Ariſto. ratio, quæ non eſt neceſſaria. Eſto enim nos quæ longe ſunt, apprehendere, vndenam erit apertum, an oīa quoq;, quæ prope ſunt, apprehendamus? Eſto enim ꝙ omnia tāgibilia ſentiamus, nūquid & oīa guſtabilia? vndenam clarum erit, nunquid nonnulla guſtabilia nos lateant? nempe carnem cameli nemo noſtrū guſtauit. Quare deſunt etiam quædam ſenſilia. Qm̄ ergo Ariſt. rōnes plus ſatis inductione ꝓcedunt: melius eſt vti ratione Themiſtij, quam dicit in commentario. Dicit. n. fieri non potuiſſe, vt anima rōnalis accederet, niſi prius oībus irrōnalis animæ facultatibus ornatum eēt animal. Si enim vbi meliora, illic & deteriora in ijs quæ ſunt ſub luna: clarum ergo eſt, ꝙ ſi habemus rōnales animas, omnes quoque habebimus irrationalis facultates. Si homo ergo habet ſolum quinque ſenſus, clarum eſt ꝙ ſoli quinque ſunt: Quot enim ſunt hominis, tot ſunt ſoli, & nec plures, nec pauciores: eo ꝙ omnes habet homo, vt & q̄ his præſtantiorem habeat, animam dico rationalem. eam autem nō haberet, niſi omnes inferiores adeſſent. Omnes ergo habet, & qm̄ quinque habet, quinq; quoq; ſolum ſunt. Et hæc eſt quidem Themiſtij ratio, verūenimuero alimentorum gratiam Ariſtotelis reddentes hoc quoque argumentum eius eſſe oſtendemus. Si enim in dictionis contextu quærit, cur talpa, quæ mouetur viſum non habet: abſurdum enim vbi eſt melius, non eſſe quoq; deterius: & ſoluit ꝙ habet quidem, ſed a pellicula occultatur: ita enim oportebat, quia a terra nutritur, & erat excæcāda, niſi occultatus viſus eſſet: Nutrimenti ergo natura maiorem curam, & prouidentiam geſsit. Si ergo in hac, quæ mouetur, oſtendit eſſe quinque ſenſus: ſciebat ergo argumentum, ꝙ neceſſe eſt hos ſolum eſſe quinque. Vbi enim eſt melius, illic & deterius. Eſt autem & hoc platonice ſymbolice explicare. Sicut enim, inquit, ſunt quinq; corpora ſimplicia: quatuor enim elementa, & æthereū: & ſicut ſolida corpora quinque per ſimplicia corpora: eſt enim pyramis, cubus, octolaterum, duodecimlaterum, vigintilaterum: ſicut ergo per ſimplicia corpora, quæ quinque ſunt, quinque etiam figuræ factæ ſunt, & non plures: ſic ſcilicet & ſenſus quinque. Quoniam ergo non eſt alius ſenſus præter quinque, quia in fine ſecundi libri quærebat, an vnus eſt tactus, an plures: nunc oſtendit quinque eſſe ſolum ſenſus: vt hoc oſtenſo clarum ſit, ꝙ vnus eſt tactus. Merito autem hoc facit: quoniam ex animalibus hęc quidem duos habēt ſenſus: illa vero tres. & propterea quęrit, quot ſunt ſenſus. Si omnia enim animalia haberent quinque ſenſus, ſuperuacaneum eſſet de eo quærere.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Si enim cuiuſcunq; eſt ſenſus tactus, & nunc ſenſum habemus: omnis enim tangibilis, quatenus eſt tangibile, affectiones tactu ſunt nobis ſenſiles: neceſſe eſt, ſiquidē deeſt aliquis ſenſus, ſenſorium quoque deeſſe. & quæcunque quidem ipſi tangentes ſentimus, ſunt tactu ſenſilia, quem habemus: Quæcunque uero per ea, quæ intercedunt, & non ipſa tangentes, ſimplicibus in teruallis, dico autem ueluti aere, & aqua.

Cū non dixiſſet cōnexū, neq; aſſumptionem, confirmat aſſumptionem: & animaduerſa eius obſcuritate, dicit in medio cōnexum, & ſic deinde reliquum aſſumptionis cōfirmat. Cum.n deberet dicere. Si deeſt ſenſus, deeſt & ſenſoriū: atqui ſenſorium non deeſt: ergo nec ſenſus, deinde deberet confirmare, q̄ nō deeſt ſenſorium, quod eſt aſſumptio, idq; ex eo oſtendere q̄ oīs ſenſus vel citra medium, vel per medium apprehendat: vtrūq; autē habemus, & quod citra mediū, & quod per intermedium: oībus alijs prætermiſsis ab hoc incipit, & oſtendit q̄ habemus ſenſum abſq; intermedio. Si enim, inquit, in quibuſcūq; eſt ſenſus tactus, ea citra medium operātur. Tangibilia enim ſunt affectiones tactus, et ſunt citra medium ſenſilia. Et id oblique dixit. Cum enim confirmare deberet, q̄ & citra medium ſenſum habemus, hoc prætermiſſo dicit neceſſe eſt vbi deeſt ſenſus, & ſenſorium. agnita enim obſcuritate cōnexum in medio poſuit. Deinde conuertitur & aſſumptionem confirmat, dicens, dictum eſt, q̄ tangibilia citra medium apprehendimus: Sunt autem & alia, quæ per id, quod intercedit, apprehēdimus. Quęcunque autem per id, quod intercedit, & non ipſi tāgentes, ſimplicibus interuallis. aſſumptionem confirmat, q̄ ſunt in nobis quædam, quæ etiam per medium apprehenduntur, vt viſus, auditus, odoratus, ea autem apprehenduntur, per ſimplicia, quæ intercedunt. Simplicia autem dicit aerem, & aquam, eo q̄ ſunt elementa. Per ea ergo apprehenduntur tres ſenſus.

Sic autem habet, q̄ ſi per unum quidem plura quoq; ſenſilia, quæ ſunt inter ſe genere alia: neceſſe eſt eum, qui habet eiuſmodi ſenſorium, cē utriſque ſenſile. ut ſi ex aere eſt ſenſorium, eſt aer & ſoni, & coloris.

Silentio prætermiſſam dubitationem diſſoluit. Quod enim non mouit dubiū, hoc diſſoluit. & maxima ijs eſt habenda gratia, qui hanc ſententiā antiquitus diuinarūt. Gū deberet.n. dubitare, an ſint duo ſenſoria, aer. & aqua: tria: vero ſenſilia, color, ſonus, odor, & deinde ſic ſoluere: perinde ac iam dubitaſſet, dixit. Sic aūt habet ſolutio, & per vnum ſenſoriū plura ſenſilia apprehendunt, quæ ſenſilia genere differre dixit Sonus enim, & odor ſunt diuerſorū generum. neceſſe eſt.n. inquit, aerē, qui eſt in auditu, & odoratu, duo apprehendere, & ſonum, & odorem. & cum deberet dicere odorē, colorē dixit pro odore, ne ſecuritatē fugeret. Et nōnulli quidem ſic interpretati ſunt. Alij dicunt, q̄ inſtat potius aduerſus Empe. tanq; ille diceret: Si nō poſſunt, o Ariſto tua quidem ſentētia; nec ex igne, nec ex terra per ſe fieri ſenſoria: da ſenſoria, vt ea apprehēdant, & ſimile a ſimili cognoſcatur. Illi ergo reſpondet Ariſto. Si per aliquod vnum, quod intercedit, ſenſitiuum, & ſenſorium plura ſenſilia cognoſcuntur: ſicut ab aere, verbi gratia, et color cognoſcitur, & ſonus: eo q̄ eſt perſpicuus, & perſōnans: quid eſt abſurdi & per vnum quoque ſenſum multa cognoſci?

Si autem plura eiuſdem, ut coloris, aer, & aqua, ambo enim perſpicua: & qui unum ſolum habet, utrunque ſentiet.

Alterū dubium mouet. Aīt enim deeſſe ſenſoriū. Plura enim ſunt, quæ vnius participant. Perſpicui.n. quod colorem dixit & aer, & aqua ē particeps. Deeſt ergo ſenſoriū, eo q̄ duo quidem ſunt, quæ ſubſeruiunt, vnus autem viſus. Et hoc ſoluit, q̄ per vnū ſenſorium duo apprehendit. Qui.n. inquit, habet aeris alterum, ideſt humidū, vt dicat pupillam, nouit vtrunq; perſpicuum.

Simplicium autem, ex his duobus ſunt ſolum ſenſoria, ex aere, & aqua. Pupilla enim ex aqua, auditus, ex aere, odoratus ex utroq; eorum.

Aſſumptionem confirmat, q̄ neceſſe eſt tria eſſe quæ ſunt citra medium ſenſoria: quoniam ex aere, & aqua ſolum eſſe poſſunt. ea autem viſus, auditus, & odoratus habent. Odoratus autem ex vtroq; græce eſt, θατέρου. Non nulli dicunt eum quidē hoc dicere, q̄ odoratus eſt vtriuſque particeps, & aeris, & aquæ: in nobis quidem aeris: in aquatilibus vero aquæ. Nonnulli autem θατέρου accipiunt, vt ſignificet alterum, ideſt alterius eſt particeps, vtpote aeris.

Ignis autem uel nullius, uel omnium communis: nihil enim ſine caliditate ſenſitiuum. Terra autem uel nullius, uel in tactu maxime mixta eſt proprie. Relinquatur ergo nullum eſſe ſenſorium præter aerem, & aquam.

Recte dixit, Communis omnium. Omnis enim ſenſus nutritur. ſi autem nutritur, & concoquit. Omnis autem concoctio per calidum. Omnis ergo ſenſus igne, vt calido opus habet. Terra autem vel nullius, vel in tactu. Etiam ſi terrenum tactui recte ſegregatum & attributū eſt, ſed tamen non recte tactum nunc in medium intulit. De ſenſibus enim, qui per medium fiunt, nunc ab eo agitur.

Hæc autem nunc quoque habent nonnulla animalia. Omnes ergo ſenſus habentur a non imperfectis, nec orbatis. Cernitur enim & talpa habere ſub cute oculos.

Habent, inquit, quædam animalia quinq; ſenſus, quę cūq; ſunt perfecta, & non manca: & ne quis ei diceret, ecce talpa perfectum eſt animal, ſed viſum non habet: dicit eam habere quidem oculos, ſed eos per pelliculā naturam obtexiſſe, ne in fodienda terra facile excæcaretur. Et, vt ſemel dicam quæcunq; habent motum ſecundum locum, ea habēt quinq; ſenſus. Eſt enim motus ſenſū melior. & vbi meliora, illic & deteriora Si autem nonnulla motum ſecundum locum habent: Non habent aūt quinque ſenſus, vt lumbrici & vermes: verum alio modo natura ſuppleuit, quod illis deeſt. Ecce ergo aperte eius eſt argumentum, q̄ vbi eſt melius, illic & deterius: & nō eſt eorum proprium, qui ſcripſere cōmentaria.

Quare, ſi neq; eſt aliquid aliud corpus, nec eſt affectio, quæ nullius ſit eorum, quæ hic ſunt, corporum, nullus deſit ſenſus.

Corpus & affectionem dicit, ideſt corpoream affectionem: Tale quid autem vult concludere. Si enim, inquit, non eſt extra elementa corporea affectio: hoc autem dicit propter quintam eſſentiam: quod autem facit ſenſorium, omnino paſsiuum eſſe oportet: illa autem non eſt affectionibus, & paſsionibus obnoxia: non deeſt ergo ſenſorium.

Atqui neque communium fieri poteſt ut ſit aliquod ſenſorium proprium, quæ unoquoq; ſenſu per accidens ſentimus, ut motum, ſtatum, figuram, magnitudinem, numerum unum.

Poſtq; oſtendit non eſſe ſextum aliū ſenſum p̄ter eos, qui ſunt q̄nq; in p̄cedente tractatu: nūc quoq; rurſus hoc ipſum oſtendit. Poſtq; enim dictum eſt in. 2. lib. huius tractatus, q̄ ſunt cōia ſenſilia, vt magnitudo & figura, numerus, motus, quies: & ſunt magnitudo quidem & figura cōia viſus, & auditus: reliqua autē tria, motus, inquā, numerus, quies, ſunt quinq; ſenſuum cōia: fortaſſe ergo quiſpiam exiſtimauerit eſſe quendam alium ſextum ſenſum præter hos quinque, qui hæc cōia ſenſilia iudicet. Nunc autem per præſentem contēplationē oſtendit nō eſſe aliquem alium ſextum ſenſum particularē qui cōia ſenſilia iudicat. Hoc aūt oſtendit hoc modo. Si cōia ſenſilia ſunt propria huius ſpecialis ſenſus: Ergo ſunt horum quinq; per accidens ſenſilia. Si enim duæ res quibuſdam inſunt, & vnius eſt propria: manifeſtum eſt, q̄ eſt aliorū per accidens. Si enim eſt & alius propria: non eſt etiam illius propria. Ecce.n. alii quoq; ineſt. Quare ſi cōia ſenſilia ſunt ſexti ſenſus propria: ſunt ergo his quinq; ſenſilia per accidens. Atqui non ſunt his quinq; ſenſilia per accidēs, vt oſtēdam. nō eſt ergo ſextus ſenſus. cuius propria ſunt hæc ſenſilia, quæ dūr cōia ſenſilia. Quod autem nō ſunt

per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

per accidens ſenſilia quinq; ſenſibus cõia ſenſilia, hoc rurſus hypothetico ſyllogiſmo confirmat, ſic dicens. Quæ ſunt per accidens ſenſilia affectionem in ſenſum non efficiunt, vt oſtendam. Hæc aũt circa ſenſum affectionem efficiunt. non ſunt ergo ſenſilia per accñs. Et vndenam fiet apertum, ꝙ affectum circa ſenſum non agunt, quæ ſunt ſecundum accidens ſenſilia? Sic etiam oſtẽdit. Dicit. n. ꝙ, quæ ſunt ſecundũ accidens ſenſilia, ſunt duplicia: vel qđ ſub alium ſenſum cadit, vt viſus ex colore dulce iudicat. itaq; ſi viderimus humidum aliquod flauum, dicimus id eſſe mel. Et dicitur hoc per accidens ſenſile, qñ ex colore viſus dulce agnouerit. Vel ergo hoc eſt per accidens ſenſile: vel quod ſub nullum ſenſum cadit, vt ſubſtãtia. Subſtantia enim ſub nullum ſenſum cadit: ſed cognoſcitur ex ijs, quæ illi accidunt. Cleonis. n. filium agnoſcimus, non vt Cleonis filium i. non vt ſubſtãtiam, ſed ex ijs, quæ in ipſo accidunt: vt ꝙ eſt albus, ꝙ eſt ꝓminente, verbi gratia, ventre, & ſi quid eiuſmodi. Cum aũt ſit duplex, qđ eſt per accidens ſenſile, neutrum horum ſignificatorum effectum efficit. Quod. n. alius eſt ſenſus ſenſile, in alia affectione ſenſum nõ facit, etiã ſi ab ipſo cognoſcitur. Dulce itaq; non facit affectionem circa viſum, etiã ſi a viſu cognoſcitur per intermedium flauũ colorem, neq; rurſus, quod nullius ẽ ſenſus ſenſile, affectionẽ efficit circa viſum etiam ſi ab eo cognoſcitur. Quare oſtenſum eſt, ꝙ quæ ſunt ſecundum accidens ſenſilia, non efficiunt affectionẽ illam, cuius ſunt per accidens ſenſilia. Eſt ergo totius orationis cõpẽdioſa hæc inductio. Cõia ſenſilia nõ ſunt propria ſenſilia alicuius alius ſexti ſenſus præter quinque. Si enim alius ſexti ſunt ꝓpria ſenſilia, ſunt ergo horũ qnq; per accidens ſenſilia Sicut. n. colores, qui ſunt ꝓpria ſenſilia viſus, ſunt guſtus per accñs: ſic & figura, & magnitudo, & reliqua ſunt propria alius ſexti ſenſus. Horũ ergo quinq; ſunt per accñs ſenſilia. Atqui nõ ſunt per accidẽs horũ quinq;. Per accidens. n. ſenſilia nõ faciunt affectionẽ circa ſenſum. Cõia aũt ſenſilia efficiũt affectionẽ circa ſenſus. Hoc oſtendit ex eo, ꝙ dicit eſſe duplicia ſenſilia per accidens: vel, qđ ab aliquo alio ſenſu per ſe cognoſcitur, ab alio aũt per accidens: vel, quod ſub nullũ alium per ſe cadit ſenſum, vt ſubſtantia. Neutrũ autem eorũ facit affectionem circa ſenſum. Cõia autem ſenſilia faciũt affectionem, vt. in. 2. lib. oſtenſum eſt huius tractatus, continuus. n. motus, & paruæ literæ faciunt viſum cæcutire. Clarũ eſt ergo, ꝙ cõia ſenſilia non ſunt per accidens ſenſilia. Et hic eſt totius orationis apparatus, ex duobus hypotheticis ſyllis cõpoſitus, & vno categorico: in quibus primũ caput abſoluit. Secundũ caput eſt, in quo talem mouet dubitationẽ. Cur non ſenſus propriã actionem exercẽt, & vnuſquiſq; ea, quæ ſua ſunt, nouit, ſed & quandoque alius, quæ alius ſunt, ſcit? certe ſi aliquando viſus, & guſtus circa rem aliquã operati fuerint, vt circa mel: & mel ſimul guſtauerimus, & cõtemplati ſimus: ſi craſtino die mel oculis ſubiectũ ſit: viſus non ſolũ vult, quod eſt ſibi propriũ, & familiare cognoſcere, vt quod eſt flauũ, ſed & ante guſtũ profilit, & nouit, quod eſt dulce. Et hæc eſt quidẽ dubitatio. Huius aũt ſolutionẽ dicimus eiuſmodi, ꝙ duos ſenſus qñq; cooperari contingit, vt circa ſemel viſum ſimul & guſtum: Hunc quidem, qui guſtauerit, ꝙ eſt dulce: illum vero, qui viderit ꝙ flauũ: deinde hos duos ſenſus in ſenſum cõem terminari, & illic typos relinquere: Deinde cum craſtino die mel apparuerit, & color flauus, imaginatio mouet typos, qui in ipſa ſunt, quos pridie ſuſcepit, dulcis ſimul, & flaui: & pronunciat dulce eſſe id quod tale eſt. Hæc eſt ergo talis dubitationis ſolutio, ꝙ cõis ſenſus ambos typos ſuſcepit: hũc quidem ex guſtu: illũ vero ex viſu: deinde cum poſtridie ex viſu typus cõmotus ſit, ꝙ mel a nobis viſum eſt, deinceps commoueri typũ quoq;, qui eſt ex guſtu. & ſic licet dicere alterũ typum ab altero cõmoueri, & hac rõne cognoſcere ꝙ dulce eſt, & ſi nõ guſtauerimus. Et hinc quidẽ certæ affectiones quoq; fiunt. Qui. n. flauũ picis genus. quod κολοφωνία dicitur, non guſtauit, ſed eam tm̃ aſpexit, mel eẽ dixerit, ꝙ ſit colore ſiſis. Sic ergo dubitatione ſoluta, alteram deinde dubitationem vehemẽtiorẽ mouet, ꝙ quantum ad hoc per ſe cognoſcit cõis ſenſus dulce, & no per accidens. Si enim vtriuſque habet typos. & viſus, ꝙ flauum, & guſtus, ꝙ dulce, clarum eſt ꝙ poſtridie quoq;, etſi nõ guſtauerimus, ſed mel ſolũ aſpexerimus per ſe, dicimus ꝙ eſt dulce. Cõis enim ſenſus habet typos guſtus: & eos rurſus cõmouens dicit, ꝙ eſt dulce Si ergo ſecundum typos eius, quod eſt dulce, motus, dicit eſſe dulce: per ſe ergo cõis ſenſus, & non per accidens hoc agit. Et hæc eſt quidem dubitatio. Dicimus aũt ꝙ etiam ſi habet dulcium typos, non tamen a ſeipſis excitati ſunt. neq;. n. fingebatur mel guſtaſſe, ſed tantum aſpexiſſe. Per accñs itaq; pronunciat, ꝙ eſt dulce. Per ſe enim excitati ſunt typi viſus, nempe ꝙ eſt flauum: Per accidens autem typus quoq; guſtus excitatus eſt, ꝙ cõmotus ſit typus viſus. Et hæc ad ſecundam dubitationem, in quibus ſcđm quo que caput adimpletur. Tertiũ caput eſt, in quo dubitat, cur vnam & eandem rem duo ſenſus apprehendunt, vel etiam plures. vt figuram viſus & tactus apprehendit, & magnitudinẽ, & numerũ rurſus quinq; ſenſus. Quare ergo hoc ita eſt, & non vnuſquiſq; ſenſus propriũ apprehendit? Hæc eſt dubõ, ad quã dicit Ariſt. ꝙ ꝓpterea plures ſenſus res eaſdẽ apprehendunt, vt ſint cõia ſenſilia. Et his quidem dictis Ariſto. dictionis cõtextum finiuit. Si quis autem dubitauerit, & quidnã omnino cõibus ſenſilibus opus erat: illi dicemus ea, quæ Plato in. 7. Reip. & in Timæo dicit. Dicimus ergo, ꝙ hæc cõia ſenſilia ſunt ipſa mathematicis ſcientiis ſubiecta. Figuræ. n. & numeri, & motus, & magnitudines, & quies, ſunt cõia ſenſilia, q̃ ſunt mathematicis ſcientijs ſubiecta. Qm̃ ergo mathematica ſubiecta exacte cognoſci oportebat: exacte aũt cognoſcuntur, ꝙ a multis ſenſibus cognoſcantur, & ꝓpterea ſunt cõia ſenſilia Sed ſi hæc ita habent, Ariſt. ſibijpſi aduerſatur. Ipſe enim ī. 2. lib huius tractatus dicit, ꝙ propria ſenſilia exactius cognoſcuntur. Qũo ergo nunc dicit, communia ſenſilia eſſe exactiora? Dicimus ergo eũ non eſſe ſibijpſi cõtrarium, ſed propria ſenſilia a proprio ſenſu exactius cognoſcuntur, q̃ communia ſenſilia. Vt proprium viſus album: eius autem commune ſenſile magnitudo. viſus ergo exactius cognoſcit album, q̃ magnitudinem Quare in vnoquoq; ſenſu ꝓprium ſenſile communi exactius cognoſcitur. Nouit ergo viſus obſcure commune ſenſile. nouit ipſum quoq; tactus obſcure: & vt ſemel dicam, vnuſquiſq; ipſum proprio ſenſili obſcurius, & imbecillius nouit. Sed pluriũ ſenſuum ſimul conueniens cognitio facit exactam communis ſenſilis cognitionem. Sic enim dicit Heſiodus,

Addas ſi paruum paruo, id faciaſq; frequenter:
Ex paruo magnum id fortaſſe euadere poſſit.

Sciendum autem, ꝙ etſi exactæ ſint ambæ cognitiones, & quæ eſt propriorũ ſenſilium, & quæ eſt cõium: ſed tamen propriorum ſenſilium cognitio eſt cõium ſenſilium cognitione exactior. vtraq; enim & communia ſenſilia, & propria per ſe cognoſcit viſus: ſed magis propria cognoſcit viſus. Et in ijs eſt contemplatio.

Atqui neque communium fieri poteſt, ut ſit aliquod propriũ ſenſorium, quæ unoquoq; ſenſu ſentimus per accidens, ut motum, ſtatum, figuram, magnitudinem numeri unius.

Rurſus cũ connexum non dixit, vel aſſumptionem, ſubuertit aſſumptionem. Cũ enim deberet dicere, ſi cõia ſenſilia nullus ſenſus vt propria apprehendit: quæ autẽ nullus ſenſus ſentit vt propria, ea ſunt alteri ſenſui ſubiecta. Cõia ergo ſenſilia ſunt alteri ſenſui ſubiecta. & erit ſextum ſenſorium, & ſenſus. Cum enim hæc deberet dicere. & ſubuertere, ꝙ non eſt ſextus ſenſus: ab eo incipit, & oſtendit, ꝙ non eſt ſextus ſenſus. Non eſt, inquit, proprium ſenſorium cõium, qm̃ ea per accidens alii ſenſus apprehendunt. Nunc autem ab ipſis patiuntur. Et vide, q̃ obſcure dixit illud, Per accidens. Cum enim deberet dicere, quandoquidẽ per accidẽs alii quoq; ſenſus ea ſentiunt, dicit, quæ vnoquoq; ſenſu ſentimus per accidens. Si enim eẽt reuera ſenſorium cõium ſenſilium, per accñs ea ſentirent quinq; ſenſus: Atqui per accidens ea non ſentimus, vt oſtendimus in contẽplatione. nõ eſt ergo ipſo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rum propriũ ſenſorium numeri vnius. Vide ꝙ numero vnũ oppoſuerit, & ab eo diſtinxerit necꝫ.n. vnitas eſt numerus, vt oſtenſum eſt in tractatibus Arithmeticæ.

Hæc enim omnia motu ſentimus, ut magnitudinem, motu. Quare & figuram. magnitudo enim aliqua & figura: quod quieſcit autem, eo ꝙ non mouetur.

Hic eſt dubõnis ſolutio. Quid.n. inq̃t, ꝙ cõia ſenſilia non ſunt per accñs ſenſilia? qm̃ ea motu ſentimus Motũ aũt dico, affectionem, nempe alterationem. Cõia ergo, inquit, ſenſilia affectionẽ efficiunt. nullum aũt ſenſile per accidens facit affectionem. Et fortaſſe quiſpiam dubitauerit, qũo dicit cõia ſenſilia per ſenſum cognoſci. i. motũ facere? ecce.n. quies & ipſa vna eſt cõium ſenſilium: & tñ nõ facit motũ in ſenſu, ſiquidem eſt quies. Et hanc ſoluẽs dubitationẽ Philoſophus Plutarchus inquit, ꝙ quando quidem ad oppoſitos motus iudicantes, quietẽ cognoſcimus hac rõne dicatur moueri. Omnis autẽ motus eſt quædã diſpoſitio: omnis aũt diſpoſitio eſt veluti quædã affectio, & paſsio. Quare merito etiam ſm quietem pati dicimur quodãmodo, & diſponi. Hic quoꝫ aliam dubitationẽ mouent. Qũo dicimus, inquit, quod ꝓpria ſenſilia agunt circa ſenſum i. ꝙ quæ ſunt per ſe ſenſilia, ꝓ motum mouentur: quæ aũt per accidens, non per motum? Atqui ecce, verbi gra., flauũ aliquod, & hic flaui typus alium typum excitauit, qui in me eſt, dulcis. ſ. & dixi hoc eſſe mel. ecce ergo & hoc quoque noui per aliquem motum. Dicit aũt ad hoc quoꝫ Plutarchus, ꝙ, quando dicimus nos cõia ſenſilia motu ſentire, oportet cum quadã diſtinctione id dicere, quam in præſenti quidem dictione prætermiſit Ariſtot. eam autem videtur alibi dicere. Quod cõia ſenſilia per motum ſentimus, non ſecundum ſenſitiuam proprietatem. neque enim in me per linguam excitata eſt dulcedo propria autem ſenſilia per ipſam ſenſitiuam proprietatem cognoſco. Video enim album, & guſto dulcia. Similiter & in alijs. Vide autem, ꝙ cõia ſenſilia dedit eſſe quinque ſenſuum communia: non ſunt autem niſi tria, vt dictum eſt. niſi forte dicas eum dicere magnitudinem, quæ eſt in vnoquoꝫ ſenſu, & non in quantitate: vt magnum ſonum: vel magnum album: tunc.n. eſt cõe omnium. Porro ſi & figuram acceperis ſecundũ leuitatem, & aſperitatem: & lene quidem iucundũ, aſperum autem moleſtum dixeris, id etiam inuenietur commune ſenſile omnis ſenſus. Magnitudo enim aliqua & figura. Dicunt nonnulli, ecce ipſe dicit figuram eſſe magnitudinem: & quomodo in prædicamentis dicebatur, magnitudinem eſſe quãtitatis ſpeciem: figuram autem qualitatis? ecce enim hic idem eſſe intellexit magnitudinem, & figuram. & dicimus. non dixit Ariſtote. idem eſſe magnitudinem, & figuram: ſed quoniam figuram omnino conſequitur magnitudo: & figura ſine magnitudine ne cogitari quidem poteſt: propterea dixit, ꝙ magnitudo quædam eſt figura. i. ꝙ magnitudo eſt, quod figuratum eſt, non figura. Quod quieſcit autem, eo ꝙ non mouetur, apprehendunt. Dic ad hoc, ꝙ ſuperius affectionem dixit motum: nunc autẽ, quoniam, quæ ſtant, videmus, affectione nec aucta, nec diminuta, eo quod ſtant: quæ autem mouentur, aliter & aliter mouentur, ad eorũ motum aucta, vel diminuta affectione: propterea dixit, qđ quieſcit ſentimus, ideſt ſimiliter.

Numerus aũt negatione cõtinui, & proprijs cognoſcitur.

Numerus, inquit, ex negatione, ꝙ nõ eſt continuus, ſiquidem diſcretorum eſt numerus. Quid aũt dicis continuũ? Vnitatem, quod ſuperius dixit, Vnius numeri. Sic autem eam vocat, ꝙ ſit indiuiſibile. Multos ergo numeros, inquit, ꝙ non ſint vnũ cognoſcimus. & recte dictũ eſt. Non ſolum autem in cõibus ſenſilibus hoc eſt, vt negatione cognoſcamus: ſed & in propriis ſenſilibus. Propria enim ſenſilia per ſe cognoſcuntur, & primo: cõmunia autem ſenſilia per ſe quidem, ſed ſecundo: vt decem non ſolum cognoſcuntur, ſed & eorum propria, decem alba, decem fulua, decẽ rubra. Quare oportet cõmunia ſenſilia habere etiam quędam propria ſenſilia. Numerus ergo dupliciter cognoſcitur, vel negatione continui, vel ꝙ cognoſcantur propria ſenſilia.

Vnuſquiſque enim unum ſentit ſenſus.

Vnuſquiſqꝫ, inquit, ſenſus aliquod vnũ apprehendit: & cur dicit vnum ſenſile, ideſt vnitatem? Ex hoc volens oſtendere ꝙ quinqꝫ ſenſibus ſubijcitur numerus. Quod ſi ita eſt, & alia ergo communia ſenſilia. ꝙ enim hoc dicit, declarat ipſe hoc in contextu dicens.

Quare clarũ eſt, ꝙ fieri nõ poteſt, ut cuiuſuis horũ ſit ꝓprius ſenſus, ut motus: ſic enim erit, ſicut nunc uiſu dulce ſentimus.

Perinde ac ſi diceret, clarum eſſe fieri non poſſe, vt ſit ſenſus, qui communia ſenſilia apprehendat. & motũ poſuit exemplum communium ſenſilium. Si enim, inquit, eſt alius ſenſus particularis ſextus, qui vt propria apprehendet communia ſenſilia: erunt hæc communia ſenſilia ab alijs quinqꝫ ſenſibus per accidẽs cognita. & exẽplum dicit ipſe, ꝙ dulce a viſu cognoſcitur. hoc autem ab eo cognoſcitur per accidens: hic autem dicit duo ſignificata eius, quod eſt ſenſile per accidens.

Hoc autem, ꝙ amborum ſenſum habemus, uel quando ſimul inciderint, cognoſcimus. Sin minus, nullo modo niſi per accidens ſentimus.

Quam conceperat ſententiam dicit, quomodo ex flauo dulce põt cognoſci, eo ꝙ amborum ſenſum prius habemus (deeſt n. in cõtextu illud, prius, vt ait Plutarchus) dulcis, verbi gratia, & flaui. Amborũ autem dicit cõem ſenſum. Quia, inquit, habemus ſenſum et dulcis, & flaui, viſum, & guſtum: ea ratione quando inciderit color flauus, dulcis typo cõmoto, cognoſcimus, ꝙ eſt mel, ex typo accepto, quando viſus & guſtus ſimul operabãtur, ſin minus nullo modo niſi per accidens ſentimus. Id ſpectat ad hoc, quod eſt ſuperius. Si dixeris, inquit, communia ſenſilia eſſe alteri ſenſui ſubiecta, nihil aliud dicis, quã ꝙ alij ſenſus ea per accidens ſentiunt: quod non eſt.

Vt Cleonis filium, non Cleonis filius, ſed ꝙ albus. Ei autẽ accidit eſſe Cleonis filium. ꝙ

Exẽplum dicit vnius, quod per accidẽs a ſenſu apprehenditur, ſubam. ea enim nulli eſt ſenſui ſubiecta. Cleonis enim, inquit, filius, nõ vt ſubſtantia, videtur, ſed quatenus eſt albus. Album aũt accidit Cleonis filio.

Communium autem communem iam ſenſum habemus, non per accidens.

Communia, inquit, ſenſilia habent communem ſenſum. Communem autem ſenſum dico, non de communi illo ſenſu, de quo deinceps diſputat: ſed communem ſenſum vocat quinqꝫ ſenſus. Eſt ergo hoc, quod dicit: Communia ſenſilia habent ſenſum communem alium, ſed qui nõ ea per accidens apprehendit hoc enim oſtẽdit, vt & nos in contemplatione oſtendimus.

Non ergo ſunt propria. nequaquam enim ſentiremus, ſed ſic ut dictum eſt, Cleonis filium nos uidere. Quæ ſunt autem inter ſe inuicem propria, per accidens ſentiunt ſenſus.

Hic orationis dicit concluſionem, & ait: non eſt ergo proprius ſenſus communium ſenſilium: ſed vel ſic, vt dicebamus Cleonis filium, ideſt, per accidens Oſtenſum eſt autem, quod quinque ſenſus non per accidens communia ſenſilia apprehendunt. Ea enim per motum apprehendunt. Hoc autem non ineſt ſenſilibus per accidens. Quæ ſunt autem inter ſe inuicem propria, per accidens. ſentiunt ſenſus.

Non quatenus ijdem, ſed quatenus unus, quando ſimul ſenſus in eodem fuerit, ut ꝙ bilis amara, & flaua.

Dicit aliud ſubiectũ eius, quod eſt ꝓ accñs, ꝙ eſt, vide licet, alteri ſenſui ſubiectum, vt ex flauo dulce cognoſcere. Superius enim dixit aliud accidens, quod eſt nulli ſenſui ſubiectũ Quid autem nunc dicit, ꝙ inter ſe inuicem ſenſilia apprehendunt ſenſus per accidens, non ijdem, ſed quatenus vnum habent communem ſenſum? Ipſe enim ex colore colligit per accidens de dulci. Recte dixit, In eodem, vt eiuſdem rei colorẽ, & guſtum iudicet per duos ſenſus communis. Tunc enim iudicat commu-

nis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nis ſenſus id, quod eſt per accidens, quãdo prius p duos ſenſus habuit eiuſdem rei typos. Vide aũt, quid dicit, ꝙ communis ſenſus per accidens nouit diſcretionem albi & dulcis. Nos autem dicebamus in contemplatione, ꝙ hoc per ſe ei ineſt: ex colore autem de dulci colligere, per accidens: quoniam alterum ex altero colligit.

Non eſt enim alius dicere, ꝙ ambo unum. Quare & fallitur. & ſi ſit flauum, bilem eſſe exiſtimat. Quæſiuerit autem quiſpiam, quam ob cauſam habemus plures ſenſus, ſed non unũ ſolum: an ne lateant conſequentia, & communia?

Communis, inquit, ſenſus eſt, & nõ vnius ſenſus parti cularis dicere, ꝙ mel res vna eſt, etiam ſi & guſtabile dul ce, & color flauus. Fallitur. n. particularis ſenſus: & quic quid flauum viderit, mel eſſe exiſtimat Quæ ſiuerit autẽ quiſpiam, quam ob cauſam plures habemus ſenſus, quã vnum? Sed cur, plures habentes ſenſus, communia ſenſi lia non vno ſenſu apprehendimus? & diſſoluit, vt non minus ſenſilia apprehendamus. Conſequentia autem vo cauit communia, & ſenſilia, non vt quædam ocioſa & ſuperuacanea, ſed ꝙ propria ſenſilia vniuſcuiuſque ſen ſus conſequuntur perfectiora quædam, & intellectu ma gis prædita, quæ concurrunt. Ipſe autem non dicit, vt di ximus, ꝙ magnis ſcientijs hæc communia ſenſilia ſubie cta ſunt. Motus enim & quies aſtronomiæ ſubijcitur. Si enim & immobilia ſunt aſtra, atqui & quomodo ea fixa & firmata ſint, ſcire vult, In imaginatione enim ea affi git & firmat, vt quæ ſint in aliquo loco. Figura autem, & magnitudo geometriæ ſubijcitur. Numerus autem, vt immaterialis quidem, Arithmeticæ: vt materialis ve ro, & in ſonis, Muſicæ.

Vt motus, magnitudo, & numerus.

Hæc dixit, per hæc alia quoq; cõprehendens. Per mo tum enim quietem comprehẽdit. Per magnitudinem au tem figuram. in magnitudine enim figura.

Si enim eſſet uiſus ſolus, & ipſe albi, magis lateret: etiam ſi hoc uideretur eſſe omnia: q; inter ſe inuicem conſequerentur ſi mul color, & magnitudo. Nunc autem, quoniam in altero ſen ſili communia inſunt, apertum fit, q; eſt quid aliud unumquodq; eorum.

Plutarchus Philoſophus, quam diximus dubitationẽ in tertio contẽplationis capite. ſic dicit: Cur natura com munia ſenſilia non vni ſenſui ſepoſita attribuit? ſiquidem videmus & in ipſis quinq; multas oppõnes ſenſilium: & hoc magis dicit Ariſtoteles. conuenit enim ſolutio, & ſol uit dubitationem per præſens dictum, dicens, ꝙ ſi ſub vnum ſolum ſenſum caderent cõia ſenſilia, vt, verbi gra tia, viſum, ſub eundem autem viſum caderent & ꝓpria ſenſilia, vt album, ſiue color: lacerent communia ſen ſilia, & idem putaretur, quod color, numerus, & figu ra, & motus, & reliqua. Nunc autem non ſolum in colo re conſideramus numerum, ſed & in ſonis, & ſuccis, & hac ratione a ſe inuicem diſcernuntur. Si autem vnus ex quinq; ſenſibus hæc iudicaret, multo magis nos falleret: quando & nunc ſunt apprehenſu nobis difficilia, cũ per quinque ſenſus cognoſcuntur. Si autem vnus quidem e quinque ſenſibus deeſſet, adhuc eſſent cognitu difficilia. Et quid hæc dico? ſi vnus hæc iudicaret, ne cognoſcerentur quidem. Nunc autem quoniã, inquit, diuerſis ſenſi bus inſunt communia ſenſilia, & in multis cõſiderantur: propterea clarum eſt, & quanam in re differunt, & a ſe inuicem, & a proprijs ſenſilibus. Et in his eſt praxis, pra xis, inquam, Dei gratia, ſecunda.

Quoniam autem ſentimus, quod uidemus, & audimus: ne ceſſe eſt uel uiſu ſentire, quod uidet, uel alio. ſed & ipſe erit & uiſus, & ſubiecti coloris.

Quoniam ſuperius oſtendit non eſſe ſextum ſenſum, qui cõia ſenſilia propria habet ſenſilia: nunc vult per hęc aliam quæſtionem proponere. Quærit enim nũquid nõ ſint quinq; ſenſus, ſed decem. Quoniam enim, inquit, vi demus, & ſentimus, quod videmus: rurſus audimus, & ſentimus, quod audimus: quærit vtrum eodem ſenſu & videmus, & ſentimus, quod videmus, an alius quidẽ eſt ſenſus, qui videt ſubiectos colores: alius aut, qui ſentit vi ſiuam operationẽ. i. qui ſentit ꝙ videmus. Duo ergo ſunt quærenda: vnum quidem, vtrum eodem ſenſu, dico au tem viſiuo, & videmus colores, & ſentimus operationẽ, quæ videt colores? Secundũ, an alius quidem eſt ſenſus, qui videt colores: alius autem, qui ſentit, ꝙ videmus idẽ eſt autem dicere, qui ſentit viſiuam operationem? nam quoniam nullum erit proprium ſenſile, alia omnia erũt cõia ſenſilia: Nã ſi colores dixeris, erunt cões facultatis, quæ videt, & eius quæ ſentit, ꝙ videmus, & ſi ſonus di xeris, erunt cões auditiuæ facultatis, & eius, quæ appre hendit auditiuam operationem. i. quę ſentit, ꝙ audimus. Similiter & in reliquis ſenſibus. ſed nullum eſſe propriũ ſenſile, ſed omnia cõmunia, nondum abſurdum eſſe vi detur. Atqui aliud abſurdum colligit Ait enim, ſi alio ſenſu, verbi gratia videmus, alio aũt ſenſu nouimus, ꝙ videmus: ſenſus ille, qui ſentit viſiuam operationẽ, num quid & ipſe ſentit operationem: an rurſus alius ẽ ſenſus, qui apprehendit ipſam operationem? Si enim dixeris, ꝙ ipſe quidem apprehendit propriam operationem: alius autem ſenſus apprehendit viſiuã operationem: qm̃ ergo eſt abſurda & reiicienda oratio, nõ eſt igitur alius, qui co lores apprehendit, & alius qui ſentit operationem. Sed neq; huius, qui ſentit, ꝙ audimus, vel videmus, fieri põt vt alius ſit ſenſus, qui operationem apprehendat. Erit. n. & huius alius: idq; in infinitum. Si autem, quod eſt in in finitum, falſum eſt, falſa ergo ẽ oratio, quæ dicit alios qui dem eſſe ſenſus, qui ſenſilia apprehendunt, alios vero, q apprehendunt ipſas operationes. Deinde & ad aliam ſe confert orationem, quæ dicit, quod ijdem ſenſus et ſubie cta apprehendunt, & proprias operationes. & affert du bitationem, eamq; ſoluit: vt ex hoc coniiciamus, in hac eſſe ſententia Ariſtotelem, vt exiſtimet, ꝙ ijdem ſenſus & ſubiecta ſenſilia, & operationes apprehendant. Eſt au tem hæc dubitatio, quæ dicit, ꝙ non idem ſenſus & ſibi ſubiecta apprehendit, & ipſam operationẽ ſentit: et ratio nem adducit, vt in viſu. & dicit, videre nihil eſſe aliud, q̃ colores apprehendere. ſenſuum autem operationes non ſunt colores, ſunt enim incorporeæ opationes. Ergo ope rationes viſus non apprehendit. Soluit autem dubitatio nem dicens, ꝙ non ſemper videre eſt colorum apprehen ſio. nam & tenebras apprehendimus. Atqui tenebræ nõ ſunt color. Quare falſa eſt oratio. & alioqui q̃n etiã con ceſſero, videre eſſe colorũ apprehẽſionem: & ſic nihil ab ſurdum. Nã & operationes ſunt quodãmodo coloratę, etſi nõ proprie: incorporea. n. quõ proprie colorata eſſe dicatur? atqui ſi colorata eſſe dicaſ, ex ſplendoribus, qui quodãmodo apparent etiã poſt abſentiam viſibilis. ma nent n. veluti lampades circa viſum. etiã poſt abſceſſum ſplendidi ſenſilis, quo, ſcilicet colorata eſt operatio. et hoc in animatis fit facultatibus, vt poſt ſenſilis abſentiam ty pos contineant: in inanimatis autem hoc non fit, vt in ſpe culo. poſt abſentiam enim ſenſilis nihil manet: non eſt. n. quod contineat. Nos autem ad hoc dicimus. Male dicis Ariſtote. neq; enim ſunt viſus operationes coloratæ, ſed perſpicuum ſplendorum cauſa eſt. ipſum enim perſpicuũ poſt abſentiam viſibilis ſplẽdores quoſdam ante viſum imprimit & præfigurat. Et hæc quidem ſunt, quę per di ctionis contextum apparent. & eſt, vt cõpendio abſoluã mens Ariſtote. aperta. Vult. n. particulares ſenſus & ſibi ſubiecta apprehendere, & proprias quoq; operationes. Alexander autem in cõmentario vult quinque ſenſus ſi bi ſubiectorum ſenſilium eſſe apprehenſiuos, cõm auẽ ſenſum eẽ vult & ſubiectorum, & ipſarum operationũ apprehenſiuum. Plutarchus vero ait eſſe opus rationalis animæ cognoſcere operationes ſenſuum. ait enim, ꝙ cir ca ignobilem rationalis animæ partem, quæ eſt opinio, hoc fit. opinio. n quæ eſt maxime cõis, & ignobilis pars animæ, rationalẽ irrationali cõnectit, ſemper enim vt fæ pe cognouimus, per ignobiles ſui partes prima ſecundis, cõiunguntur: vt nunc quoq; eſſe dicit. Opinionis ergo eſt hoc facere, & ſenſorium operationes apprehendere. Recentiores autẽ interpretes neq; Alexãdri ſupercilium.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

reuerlit, neq; Plutarchum audientes, ſed & ipſo extruſo Ariſtotele, recentiorē interpretationē inuenerunt. Dicūt ,n eſſe attentiuæ rationalis aīæ partis, quam προσεκτικὸν vocant, ſenſuum operationes apprehendere. Rationalis ,n. anima non ſolū habet in poteſtate intellectum, cogitationē, voluntatem, & electiones ſecundū eos: ſed & aliā quandam facultatem rōnali aīæ adtrudunt, quam attentiuam appellant. Quæ quidē attentiua, inquiunt, ea quæ rit, & aīaduertit, quæ fiunt in homine. & dicit, ego intellexi, ego cogitaui, ego opinatus ſum: ego iratus ſum, ego deſideraui. Et, vt ſemel dicam, hæc attentiua pars rationalis animæ tranſit per omnes facultates rōnales, & irrationales, & vegetatiuas ſeu naturales. Si ergo oportet, in quiunt, attentiuā per oēs tranſire: per ſenſus quoq; procedet, et dicet, ego vidi: ego audiui. Eius enim, quod operationes apprehendit, propriū eſt hæc dicere. Si ergo attentiua eſt, quæ hæc dicit, ipſa eſt, quæ operationes ſenſilium apprehendit. Oportet enim vnum ēē quod omnia apprehendat, quandoquidem vnus quoq; homo eſt. Si enim aliud quidem hæc apprehendat: aliud vero illa perinde eſt, vt ipſe alibi dicit, vt ſi tu quidem hoc ſentias, illud vero ego. Vnum ergo eſſe oportet, quod eſt pars attentiua. Hæc enim pars attentiua per omnes peruadit facultates, & cognitiuas, & vitales. Vnde quando ſecundum cognitiuas operationes aliquem animo diuagantē, & ſtertentem volumus increpare, ei dicimus. Attende tibiipſi. ſi autem per vitales procedit, dicitur Græce σύνοδος, Vnde & tragœdia dicit σύνισε. Cognoui, inquit, qđ me facere oportuerit. Eſt ergo attētiua pars, quę ſenſuum operationes apprehendit, & male, inquiunt, Plutarchus opinionē huius eſſe cauſam exiſtimauit. Oportet.n. vnū eſſe, quod omnium facultatum operationes apprehēdit. opinio aūt non apprehendit operationes intellectus. non dicit.n. Ego intellexi: ego cogitaui. etſi enim dicat, ego opinatus ſum: ego iratus ſum: ſed tñ meliorum operationes contemplari non poteſt. Hæc autem cum dicūt, Plutarchum nō reprehendunt: eum enim nuſquam dicentē inuenerunt, q̄ facultas, quæ ſentit ſenſuum operationes, eſt opīonis: ſed in hoc eis cū Alexandro conuenit, q̄ ſenſum cōem cauſatur & ipſe. Et vterq; male dicere conuincitur, cū dicunt cōem ſenſum operationes vniuſcuiuſq; ſenſus apprehendere. Cōis enim ſenſus nihil apprehendit, q̄ nō ſit ſenſile. Quicquid autem eſt ſenſile, eſt in corpore. non eſt autem operatio in corpore, nō eſt ergo ſenſilis. Si non eſt autem ſenſilis, nec in cōmunem ſenſum cadit. Et nos iſs aſſentimur, q̄ neq; eſt ſextus ſenſus, qui, q̄ ſentiatur, cognoſcat, neque q̄ idem & videt, & ſcit, q̄ videt: ſed q̄ hoc eſt rationalis animæ, huiuſque facultatis attentiuæ: q̄ enim non eſt ſextus ſenſus, qui, q̄ ſentiatur, videat, admittimus ſecundū ea, quæ ſunt dicta ab Ariſtotele. q̄ autem idem ſit, qui ſentit, & cognoſcit, q̄ ſenſu perceptū eſt, eum dicentem nō admittimus. Mihi enim non colligitur coloratam eſſe operationem, etiā ſi ipſa nouit, q̄ ſentiatur, eo q̄ non ſolum colorem videt viſus, ſed & lucem, & tenebras. Ei enim dicemus, q̄ ſolū per ſe colorem videt viſus. alia aūt, q̄ non ſint color, nouit ſecundum negationem: nec ab ipſis patitur. nullus autem propriam operationem ſimiliter nouit, vt ea, quæ ſunt ſecundum negationem. Quare quando colorem apprehendit, coloratur operatio. Quod autem abſurdum eſt hoc dicere, q̄ quodāmodo coloratur operatio, apertum eſt. ipſa enim eſt incorporea. incorporeū autem coloratum eſſe qui poteſt? eſt autem nigri ſimul & albi particeps: quoniam hæc ſimul videt: quod eſt abſurdū eſſet ergo melius dicere coloratum eſſe ſenſorium, non operationem, Si aūt & hoc ex lampadibus probatur, dicimus hoc non eſſe colorationē opationis, ſed vehementē ictū ſenſilis, q̄ affectum in ſenſorio effecit: cuius affectus typū cū accepit imaginatio, retinet, & ꝓpterea videtur ab ea lampades. Et q̄ non eſt coloratio, apertū eſt. nā & nobis oculos claudentibus videtur. ſcire enim oportet nihil eſſe aliud imaginationē, quam paruum ſenſum, ſicut ſenſus eſt vehemens imaginatio, & eſt alioqui abſurdū eūdem ſenſum ſcire, q̄ videt. Omnino enim poſtq̄ vidit colorē, ad ſeipſum cōuerſus ſe videre cognoſcit. Si aūt ad ſeipm conuertitur, eſt & ſeparabilis operationis. Quod aūt eſt ſeparabilis opationis, eſt & ſeparabilis ſubſtantiæ. & propterea & æternum & incorporeum. Qui ergo dubitabiliter animam rationalem immortalem eſſe dicit, is aperte clamat irrationalem eſſe īmortalem. quod eſt abſurdum, neq; n. ſunt ſenſus æterni: & ideo ad ſeipſos nō cōuertuntur. ſi aūt ad ſeipſos non cōuertuntur, non apprehendūt proprias opationes, nihil eſt. n. aliud ad ſeipſum conuerti, quā proprias operationes apprehendere. Quare non recte dicit Ariſtote. ſed, vt diximus, eſt attentiuæ aīæ partis ſenſuū opationes cognoſcere: et q̄ hoc ſic habet, ex rebus eſt videre. occupata.n. circa quidpiā rōne, etiāſi videt viſus, neſcimus quid viderit, eo q̄ occupata fuit ratio, & poſtea vbi ad ſe redijt rō, licet amicū nō v deat, nunc, inquit, ipſum vidi, vt quæ veluti paruū viſi typum recepe rit. & ſi ergo occupata fuerit, cum ad ſe redierit, ſe vidiſſe dicit. eſt ergo rationis dicere, vidi. Si quis aūt dubitauerit, quō dictū eſt rōnem circa vīa verſari, nunc aūt dicimus eā cū particularibus ſenſibus opari: dic ad hoc, q̄, qñ corpore quidē inſtrō, vtitur, circa ꝑticularia operat: qñ aūt eo, vt inſtrō, non vtitur, circa vīa īmoratur. nūc aūt corpore vtitur. Et hæc quidē hoc modo, alimentorū aūt gratiam Ariſto. non referimus, ſed quod ab eo dictū eſt, falſum eſſe aſſerimus? Dicimus ergo eum nobiſcum cōuenire. Qñ.n. dicit, ſenſum noſſe q̄ operatur, dicimus hoc dicere, ipſum ſcire. non vt ſenſum, ſed vt qui ſit rationis inſtrm. Sicut enim ſuperius dixit viſum noſſe dulce, non vt viſum, ſed vt cōem ſenſum: ita et nunc hoc dixit. & non ipſe ſolū hoc facit, ſed & cōis cōſuetudo huncha bet morē, qñ dicit: fecuris thronum fecit, & ecce opus inſtrumento honoratur: non q̄ hoc ipſum fecit, ſed is, qui illo vſus eſt, operarius. Et in his cōtemplatio, deo eſt gratia, adimpletur. Qm̄ autem ſentimus, inquit, q̄ videmus & nō dixit, qm̄ aut em videmus: non enim in viſu tantū id, quod dicit, comparat & exercet, ſed et in omni ſenſu. Quare id, quod cōe eſt, dicit a ſentiendo. Sed ipſe erit & viſus & ſubiecti coloris. Qm̄ autem ſecūdum diuiſionē dixit, inquiens, vel eodē ſenſu ſubiectum & operationē nouimus, vel alio quidem ſubiectum, alio autem operationem, per reliqua alterum diuiſionis membrum refellit, quod dicit: q̄ alius eſt qui viſum apprehendit. i. operationē, & alius qui ſubiectum. Ipſe aūt non dixit, & alius qui ſubiectum, & propterea obſcuram rationem reddidit. Deinde declarare volens quid eſt ſubiectum, ſubiunxit, colorē. Viſus enim ſubiectum eſt color.

Quare uel duo eiuſdem erunt, uel ipſe ſuiipſius:

Hinc infert abſurdum. Ait enim, q̄ ſi hæc ſic habent, & alius quidem ſubiectum ſentit: alius autem operationem, cōtinget duos eſſe eiuſdem ſenſus, vt coloris viſum & alium ſenſum, qui ſentit operationem viſus, & duo inuenientur idem ſententia per ſe, & non per accidens, qđ eſt abſurdum. Si autem rurſus idem eſt, & colorem ſentiens, & propriam operationem, ſequetur rurſus aliud abſurdum, q̄ idem ſit ſuiipſius ſenſus.

Præterea autem, ſi & alius fuerit ſenſus uiſus, uel procedit in infinitum: uel idem ipſe erit ſuiipſius. Quare hoc eſt in primo faciendum.

Hinc alterum abſurdum inducit in hāc ſuppoſitionē, quæ dicit, q̄ alia eſt facultas, quæ ſentit opationē Quare hoc eſt in primo faciendum. quaſi diceret, q̄ in prima ſtare oportet, & dicere q̄ ipſe ſeipſum apprehendit: & cognoſcit viſus, q̄ ſentit colorem, & auditus audibile: ſimiliter & reliqui. Si enim propterea q̄ alius ſenſus ſentiat q̄ quid ſentitur, ideo, quod dicitur, in dubium venit: ne ceſſe eſt, inquit, ad primum venire, & dicere, q̄ ipſe nouit propriam operationem. & oportebat magis dicere, recta, vt ſic diceret: quare hoc eſt recta in primo faciendum. Nonnulli autem & præſens dictum ſic interpretati ſunt. ſi ſenſus, qui apprehēdit propriam operationem alius ſenſus, apprehendit propriam operationem: cur nō & primus, qui apprehendit ſubiectum, apprehēdit propriam operationem? abſurdum enim tale eſt.

Habet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Habet autem dubitationem. Si enim uisu sentire, & uidere, uidetur aũt color, uel quod eũ habet: si uiderit quis id quod uidet, & colorem habebit id, quod pr mum uidet.

Hinc dubitationẽ aduersus alĩa ſuppõnem affert, quæ dicit ſi idem ſenſus & ſubiecta, & operationes apprehendit, etiã colorem habebit id, quod primũ videt. Recte addit. Primũ, quãdo quidem ſenſibiliũ ſpecies viſus in operando exterius accipit. Dicit autem, ꝙ & ipſe prius per ſe colorem habebit, ſi quidem eſt ab alio viſibilis.

Eſt itaq; apertum, ꝙ non unum uſu entire. etenim quando non uidemus, uiſu iudicamus & tenebras, & lucem.

Hic eſt ſolutio dictæ dubitationis & conſidera, ꝙ hãc quidem ſoluit dubitationem: vel ſi velis lenĩt vt qui in hac magis eſſet opinione: prætermiſit autẽ reliquam dubitationem inſolubilem, quæ aduerſus hanc fertur opinionem. ea autem ſic dicit: ſi vna eſt facultas, & quæ videt, & quæ operationem cognoſcit, idem erit ſenſile, & ſentiens. Sed quia oppoſitam perimit opinionem, videtur hanc quoque diſſoluere. Hæc autem faciunt ad mitigandas, & leniendas dubitationes.

Præterea aũt, eſt ut ſit coloratum id quod uidet: ſenſorium .n. ſenſilis eſt ſuſceptiuũ ſine materia unũquodq;. Quare & cũ receſſerunt ſenſilia, inſunt ſenſus, & imaginationes in ſenſorijs.

Illud eſt vt, pro eo quod eſt, vtcunq; inquit, colorata eſt operatio. Et in his praxis dei gratia impletur, praxis dei gratia tertia

Eius aũt quod eſt ſenſile, operatio, & ſenſus, eſt quidem eadem & unã eſſe aũt ipſum non idem. Dico aũt, ut ſonus, qui eſt ſcdm actum, & auditus, qui eſt ſecundum actum.

Poſtquã dixit ſuperius, ꝙ operatio eſt vtcunq; colorata hoc aũt oſtendit ex lampadibus quæ apparent etiã poſt abſentiã ſenſilis, & ꝙ ſenſus, qui eſt ſm actum, operatur recipiendo ſpecies ſenſilium, & hucuſque aduerſus priorem oppoſuit, in hoc loco vult hoc ipſum extendere, perinde ac ſi diceret: Atqui dico, ꝙ ſpecies ſenſiliũ procedũt ad ſenſum, ſm actum, per id quod eſt actu ſenſile. Eſt. n. duplex ſenſile, hoc quidẽ potẽtia, illud vero actu, & duplex ſenſus, hic quidem potentia, ille vero actu. Si ergo ſenſus actu idem eſt, quod actu ſenſile, ſiquidẽ ſenſus eſt actu coloratus, ſenſile autem eſt color. idem eſt ergo ſenſus, qui eſt ſecundũ actum, quod id, quod eſt ſm actum ſenſile Senſile aũt dicit. i. cõmoderatum. Immoderatum enim corrumpit viſum. Si autem idem eſſet, quod immoderatum, ſenſile, futurũ eſſet vt idem ſeipſum corrumperet quod eſt abſurdum. Ne exiſtima aũt, qm̃ idẽ eſſe dicit ſenſum ſm actũ, quod id, quod eſt ſecundum actum ſenſile, eum ſenſiliũ rationes dicere eſſe in ſenſu, quando nec animam quidem rationalem rerum rationes habere dicit, ſed non ſcriptæ eſſe tabulæ ſimilem. ꝙ ea enim rationes habeat, eſt Empedoclis, cum dicit, Nã terram terra conſpeximus. Ariſtote autem hoc non dicit, niſi propterea ꝙ eſt impreſſu facilis. Qui enim actu ſenſus eſt, ad ſuſcipiendas formas rerum ſecundum actũ ſenſilium facile imprimi & fingi poteſt, & ꝓpterea eundem eſſe dicit cum eo, quod eſt actu ſenſile, ſenſum ſcdm actũ. & hoc ſic probat Primũ quidem, ſi nihil aliud eſt, inquit, actus ſecundum actum, quã habere ea, quæ ſunt ſenſilia ſecundũ actum, ſenſilia autem ſecundum actum ſunt quæ a ſenſu habentur, quod habetur autem, & habet, idem eſt: ſenſus ergo ſm actum idem ẽ, quod ſecundum actum ſenſile. Porro & ex alio acriorem, & magis naturalem rationem demonſtrat. ſic enim dicit. Oſtẽſum eſt in tertio lib naturalis auſcultationis, ꝙ quicquid agit, & patitur, ſubiecto quidẽ idẽ eſt, habitudine diuerſum, nos itaq; dicere meminimus ꝙ diſciplina & doctrina eſt eadem ſubiecto, habitudine diuerſa. idem enim theorema, ſi diſcipulum quidem reſpicias, diſciplina: ſi autẽ doctorem, doctrina. Quare quicquid agit ꝙ patitur, eſt idẽ quidem ſubiecto, habitudine autem diuerſum. Si ergo & ſenſus ſecundum actum eſt aliquid patiens, & ſenſile ſecundum actum eſt aliquid agens: clarum eſt, ꝙ colligitur & ea eſſe quidem eadem ſubiecto habitudine autem diuerſa. Sic ergo & naturaliter rationẽ demonſtrat. ſcien dum autem, ꝙ eum ſint duæ habitudines ſeu relationes, hæc quidem ad ſenſum, qui eſt ſecũdum actum quæ eſt habere, illa vero ad actu ſenſile. quæ eſt haberi, duplicẽ eſſe habitudinem, & relationem nos latet, ꝙ in nonnullis vtraque habitudo non nominatur Cũ enim ſint quinque ſenſus, in vno ſolo, dico autem auditu, ambæ ſunt relationes nominatæ: & ſecundum actum ſenſilis, & ſenſus, ſecundum actum. In ſenſu enim ſecundum actum habitudo, auditio dicitur Senſilis autẽ ſecundum actum habitudo, ſonitus In reliquis autem ſenſibus non eſt inuenire nomen. Viſus enim ſecundum actum habitudinem, viſionem dicimus, viſibilis autem ſecundum actum habitudinẽ, debebamus quidem coloratiõnem dicere. non dicimus autem. & quare, in cõtextu dictionis diſcemus. Quoniam ergo nõ in omnibus ſenſibus duplex habitudo nominata eſt, ꝓpterea ſæpe latet: nec duplicem videmus habitudinem. Hæc cum dixerit Ariſt. hinc Alexander colligere videtur corollarium ijs, quæ ab ipſo Ariſt. in priore dicta ſunt. ꝙ quinq; ſenſus proprias operationes apprehendunt Dicit enim Alexander, ſi idem eſt q eſt ſecũdum actum, ſenſus, quod ſenſile ſecundũ actum: clarum eſt, ꝙ ſeipſum cõprehendit ſenſus, qui eſt ſecundum actum. Ipſe enim nihil eſt aliud, q̃ actus ſeu operatio ſenſus. tunc enim dicitur ſecundũ actum, quãdo agit. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ ſenſus ſecundũ actũ ſeipſum apprehendit Clarũ eſt ergo, ꝙ ſenſus ſuam operationẽ apprehendit. quod videtur Ariſtoteli. Et hæc quidem Alexander. Nos aũt dicimus, ꝙ non vera dicit: neq; hoc corollarium hinc colligitur. Primum enim verũ eſt dicere, ꝙ idem eſt, qui eſt ſecundum actum ſenſus, quod ſcdm actum ſenſile, ſcdm ſubiectum: & ꝙ apprehendit ſcdm actum ſenſus, ſcdm actum ſenſile. ſcdm autem non itidẽ verũ eſt, ꝙ dicit, ꝙ ſi ſentit ſecundum actum ſenſile, iam & ipſum apprehendit. Et alioqui non ſcdm id, quod eſt. cõe, cognoſcit, qui eſt ſecundũ actũ ſenſus, ſed ſm id, q̃ eſt diuerſum Quatenus enim patitur, cognoſcit Eſt autẽ diuerſum ſcdm hoc: ſenſus enim patitur, ſenſile aũt agit. Quare hoc non admitto o Alexander, ꝙ quatenus idẽ eſt ſenſus, qui eſt ſcdm actum, ꝙ id quod eſt ſcdm actũ ſenſile, ſcdm hoc cognoſcat. Si aũt hoc quoq; tibi cõceſſero. Sentit. n qui eſt ſcdm actum, ſenſus non habitum, ſed id per quod idẽ eſt quod ſenſile ſcdm actũ. Quid eſt hoc aũt? videlicet ſubiectum. ſubiecto n. idem eſt, ſed habitudine diuerſum. quid eſt autem ſubiectum? ſpecies. ſ. has ergo ſolum ſentit. Colligitur ergo ꝙ qui eſt ſecundũ actum ſenſus, ſuum ſubiectũ apprehendit non aũt ſuam operationẽ. Eius aũt ſubiecta ſunt colorũ ſpecies. & hæc quidem in his. Ariſto. vero ex his, quę dicta ſunt vnum quidem colligit, ꝙ ſi ſenſus, qui eſt ſcdm actũ, idem eſt quod ſm actum ſenſile, videlicet ſi eſt ſenſus, qui eſt ſm actum: eſt & id, quod eſt ſecundum actum ſenſile. & rurſus corrupto eo, qui eſt ſcdm actum, ſenſu corrumpit̃ et quod eſt ſecundum actum ſenſile, vt viſum, nõ vt ſubſiſtens. Id autem non eſt in ſenſu qui eſt potentia, & in eo, quod eſt potentia ſenſile non ꝙ non ſint ſimul: ſimul. n. ſunt ſm legem eorũ quæ ſunt ad aliquid. & ſi eſt potentia ſenſus, eſt & potentia ſenſile. & ſi ille non eſt, nec hoc erit Quare quoad eſſe quidẽ cõuenit, quod eſt potentia ſenſile, cũ eo, quod eſt ſenſile actu: & ſenſus, q̃ eſt potentia cum ſenſu qui actu eſt. Differt autẽ, quatenus ſenſus quidẽ, qui actu eſt idem eſt, quod id, quod eſt actu ſenſile. Senſus aũt potentia non eſt idẽ quod potentia ſenſile, idq; merito. Neq; n. hic eſt, quod ea vniat, & ſimul coalescere faciat In ijs. n quæ actu ſunt, ſpecies ſenſilium exiſtentes in operatione ſenſus, hinc quandã habitudinẽ faciunt, & quodãmodo cõgenerantur, & ſimul coalescũt. Ipſa n. operatio cõiuncta eſt, & facit ſenſum idem, qđ ſenſile In ijs autẽ, q̃ ſunt potentia, nõdum tranſierunt ſpẽs ſenſilium ad operationẽ ſenſus, & ꝓpterea nõdum facta eſt cõio aliqua, & vnio. Propterea ergo, qui actu quidẽ ſenſus eſt, idem eſt, quod actu ſenſile. Senſus autem qui ẽ potentia, nõ eſt idem quod id, quod eſt potentia ſenſile.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Protagorei vero non diſtinguebant quidē, ſed dicebant ſenſus idē eſſe quod ſenſile, nō diſtinguentes, & dicentes, ꝙ, qui actu quidē eſt, idem eſt: qui vero potentia, nō eſt idem. idq; merito. Protagorei.n. non dicebant oīno eſſe, qđ eſt potentia, neq; ſubſtantiam ſenſilibus p̄bebant, ſed ſenſili eſſe dicebant, q̄diu in ſenſum cadunt, quodq; tunc ſolum ſunt. nā neq; quod eſt potentia dicebant, ſed, qđ eſt actu tantū. & id ſenſus ꝓcreare affirmabant. ſi.n. vidimus, inquit, eſt color: ſin minus, nō eſt. Eadem lege dulce, & eadē lege albū Propterea ergo recte dicerent, q̄uis indiſtincte dicerent qđ ſenſus idem eſt, quod ſenſile. ſi vt cunq; dicerent, qđ actu eſt. Introduxit & hoc primū corollarium, ſc̄dm corollarium, in quo quærit, cur extremitates ſenſilium corrūpunt ſenſum, qui eſt ſm actum. et hoc ſic oſtēdit. Qui ſc̄dm actum, ſenſus eſt, eſt concentus. Concentus aūt ratio ſeu ꝓportio. Proportio aūt ex diminutione & exceſſu corrūpitur. Vt ſex ad tria habet proportionē duplam, & vnum ad duo. ſi duobus ergo vnū addideris, nō ſeruatur duplū. & ſi ex ſex ad duo vnū abſtuleris, non ſeruatur duplum. Proportio.n. non patitur vnius termini additionē, vel defectū. Recte autem dixit, Vnius termini. ſi.n. vtriſq; addideris, vt tribus quidem vnum, ſex autem duo, rurſus ſeruatur dupli proportio, q̄ eſt ad quatuor. Quāobrem dictum eſt, Vnius. Si ergo proportio vnius termini, additionem, vel defectū nō patitur, qm̄ corrūpit, nec ergo ſenſus admittit defectū, vel additionē ſenſilis. qm̄ corrumpitur. Sed exceſſus quidem coaceruate & extemplo corrumpit: cū primum.n. apprehenderit patitur, vel cōgregatus, vel diſgregatus, & corrūpitur: defectus aūt tpe lædit. eo.n. ꝙ nō operetur, lędit. qui.n. ſunt in ſpelunca ſi longo tpe nō viderint, excæcantur. Sicut & qui nō audiunt, idipſum patiunt: ob eam ſolū cauſam, ꝙ nō operetur, ꝓpter Hippocratē, qui dixit: Motus firmum, & validū reddit: ociū autem liquefacit. Et nos quidem in vniuerſum in ſenſu, & ſenſili id, de quo agebatur, tractauimus: ipſe aūt in auditu orationem inſtituit, & exercet, & merito, qm̄ in eo eſt & a ſubiecto nomen, vt ſonitus vel ſonatio, & a ſenſu auditio. in viſu aūt & guſtu dictū eſt non eſſe nomen a ſubiecto. Et propter aliud etiā id, ꝙ ab eo dicitur, in auditu verſatur. Concentus.n. meminit. Gōcētus aūt ꝓprie in voce dicit vt oſtendemus. Vox.n. auditui ſubiicitur. Propterea ergo in auditu eius verſat oīo. ſic aūt orationē producit. ſi ſm actū auditus idē eſt qđ vox: vox aūt eſt cōcentus, nō ſui ad ſe, ſed ad auditū: hoc.n. vult ꝓportio: concentus aūt cōionē dicit: ſi ergo vox eſt cōcentus: cōcentus aūt ꝓportio. i. vocis ad auditū ꝓportio (Proportionē aūt non dicit temperaturā: non eſt n. in hac opinione: ſed quēadmodum dicimus onus habere ꝓportionē ad humerū, vt ſeratur: nō aūt & tēperaturam, ſic & vox habet ꝓportionē ad auditū, ꝙ ſit eadē cum ſubiecto, non aūt ſm tēperaturā) ſi ergo cōcentus eſt, ꝓportio: Proportio aūt nō patitur vnius termini additionē, &c. vt ſuperius dictū eſt. Viſum ē aūt Syriano dicere, ꝙ etſi in cōtextu vocis non meminiſſet, non tñ manca fuiſſet oratio ſi.n. dixiſſet, qui eſt ſm actū auditus, eſt cōcentus, cōcentus eſt. ſ. auditus illius, cuius ē auditus. Cuius autē eſt, niſi vocis? quare ſimul cōprehenſa eſſet: ꝙ ſi vocem quoq; ſolum dixiſſet. auditum cōprehendiſſet. Cuius.n. eſt vox cōcentus, ſi nō eſt vox? auditus aūt eſt vox. Cur ergo meminit vocis? ꝓpter concentū: vt oſtendat in voce eſſe ꝓprie cōcentum. vel etiā propterea voluit vtrūq; dicere, vt dicat quæ nā ſunt ea, quæ habent cōionē. Philoſophus aūt Ammonius dubitauit, cur per mediū ſenſile ſc̄dm actū, collegit ſenſum, qui eſt ſm actum ſenſus eſt, eſt cōcentus quēadmodū ꝙ ſecūdū actū ſenſile eſt cōcentus? Si ergo vtrunque propter eam, quæ eſt ad alterum, harmoniam eſt concentus, cur non ſenſui cōcentum attribuit, ſed ſenſili ſecundū actū? Cum ſic ergo dubitaſſet, diſſoluit, dicens, ꝙ συμφωνία, quod eſt latine concentus, a voce, quæ græce eſt φωνή, accepta eſt. vt ipſa dictio declarat. vox autem eſt ſenſile. Propterea ergo concentum ei, quod eſt ſecundum actum ſenſile attribuit, & non ſenſui ſecundum actum. Et in his abſoluta eſti, Deo eſt gratia, contemplatio.

Eſt enim vt & quæ auditum habent, nō audiāt: & qđ ſonū hēt, non ſemp ſonat. Quādo aūt operatur, qđ pōt audire, & ſonat, quod pōt ſonare: tunc ſimul fit & qui eſt ſc̄dm actū, auditus, & qui eſt ſc̄dm actū ſonus. Quare quiſpiā etiā dixerit illud quidē eſſe auditionē, hoc uero ſonationem, ſeu ſonitum.

Poſtq; dixit, ꝙ qui eſt ſecundū actū, ſenſus, & quod eſt ſm actum ſenſile, ſubiecto quidē idem ſunt, quod au tē ad eſſe attinet, i. ſecundum rationē, differūt, ſicut aſcenſus & deſcenſus idem ſunt ſubiecto (vtraq;.n. ſunt in ſcala) ſunt aūt ratione diuerſa. eſt enim aliud aſcenſus, aliud deſcenſus. Dicit, hoc ſolum quadrare in ijs, quæ ſunt ſm actum: ſed non in ijs, quæ ſunt potētia. Fieri.n. poteſt, vt potentia ſenſum, & ſenſile potentia habens, nō audiat. ſi enim eſt auditus potentia, non audit: & rurſus, ſi eſt audibile potentia, nō audit ipſum.

Si autem & motus, & affectio, & actio, ſeu paßio ineſt in eo, quod mouetur: neceſſe eſt & ſonum, & auditum, qui eſt ſecundum actum, eſſe in eo, qui eſt ſecundum potentiam. Actiui enim, & motiui actus ineſt in patiente.

Oſtendit hinc **theorema** quod eſt ex naturali auſcultatione, ꝙ qui eſt ſm actum, ſenſus, ſubiecto, quidē idem eſt, quod ſenſile ſm actum: eſt autē habitudine diuerſus. Differt autē motus ab actione, ꝙ vbi eſt motus, illic & actio: nō aūt vbi actio, illic & motus Artifex.n. agit quidem, ſed agit exiſtens immobilis. Porro & affectio, ſiue paſsio & actio ſunt motus. Sed ipſe quidē motus, ſi ad id, quod eſt agens, cōfertur, actio dicitur: ſi autem ad id, quod patitur, affectio ſeu paſsio. In eo autem, quod mouetur, pro eo quod eſt, in patiente. Vult ergo colligere, ꝙ idem eſt affectio ſeu paſsio & actio, ſubiecto. vtraque enim motus. Motus aūt in eo, quod mouetur. i. in patiente: neceſſe eſt, inquit. & eum qui eſt ſm actū, ſenſum, & ſenſile ſm actum, eſſe idē. Quid eſt enim, quod patitur? ſenſus. Quid eſt quod agit? ſenſile. Quod autem motus eſt in patiente, clarum. Si enim in agente, quodcūq; mouet mouebitur: erit & prima cauſa, quod eſt abſurdum. Et auditum, qui eſt ſm actum, eſſe in eo, qui eſt ſecundū potentiam. Deeſt contextui dictio, In eo, Auditu, vt ſit, quod dicitur, in eo auditu, qui eſt ſm potentiam.

Quare non neceſſe eſt, quod mouet, moueri. Sonatiui itaq; operatio eſt ſonus, uel ſonatio ſeu ſonitus. auditiui autem auditus, uel auditio. Duplex eſt enim auditus, & duplex ſonus, eadem autem ratio & in aliis ſenſibus, & ſenſilibus. Sicut enim actio, & paßio in patiente, & non in agente: ſic & ſenſilis operatio in ſenſitiuo. Sed in nonnullis quidem etiam nominata eſt, ut ſonitus, & auditio: in nonnullis autem alterum caret nomine. Viſio.n. dicitur uiſus operatio. coloris autem nomen non habet: & guſtatio, guſtatiui. Succi autem, caret nomine.

Accepta occaſione, deineeps interpoſita oratione vtitur, & ait ꝙ motus non eſt in eo, quod mouet, ſed in eo quod mouetur. Si enim eēt in eo, quod mouet & ipſum moueretur. Auditiui aūt auditus, vel auditio. Aliud eſt auditus, aliud auditio. Auditus enim eſt ipſe actus ſiue operatio. Auditio vero eſt apprehēſio. Quēadmodū & ſonus dicitur quidem ipſe ſtrepitus. Quę autem in nobis ex ſtrepitu fit affectio, dicitur ſonitus. Cū ergo ſciret hęc differre, diſtīxit dicēs, Duplex auditus, & duplex ſonus. Hæc ſunt.n. potentia, illa vero actus: ſic & eius quod eſt ſenſile, actus, & ſenſitiui in ſenſitiuo. Vt aūt apertum reddamus, quod dicitur, ſubiecto exēplo id, quod dī, excutiamus, & agitemus. Quēadmodū cum faber facit portam, actio eius eſt in lignis: & affectio ſeu paſsio lignorū in ipſis lignis: ſic & qñ videmus, ſenſilis quidē actio, fortaſſe coloris, eſt in viſu: & ſenſitiui motus (ſenſitiuum autem dicit ſenſum ex ſubiecto) rurſus eſt in ipſo viſu, & non in ſenſili, ideſt colore: ſicut nec in fabro. Sed in nonnullis quidem etiam nominata eſt, vt ſonitus, et auditio. Quare autem, ſicut in auditu dicimus & a ſenſu auditionem, & a ſubiecto ſenſili ſonitum, non & in viſu quoq;

ſic

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſic dicimus? ſed a ſenſu quidem dicimus viſionem, a ſubiecto autem non dicimus colorationem? & dicimus, qm̃ coloratio non aliud ſignificat, quam coloratum corpus ex eo, ꝙ habent alium colorem. Quare non eſt ex ipſo ſubiecto. Sonitus autem ex ipſo ſubiecto. Deinde rurſus quærimus, cur non dicimus Græce χύμωσιν, a ſucco, qui eſt ſubiectum guſtus, ſicut dicimus guſtationem ex ſenſu? Dic ad hoc, ꝙ hoc nomen χύμωσις ad coquos pertinet: & ideo Phyſicis non dicitur.

Quoniam autem una quidem eſt actio eius, quod eſt ſenſile, & ſenſitiui, eſſe autem alterum: neceſſe eſt ſimul corrumpi, & ſeruari eum, qui ſic dicitur, auditum, & ſonum: ſuccum quoque, & guſtum, & reliqua ſimiliter.

Hinc infert primum corollarium, ꝙ qui eſt ſm actum ſenſus idem eſt, quod ſenſile ſm actum. i. ſubiecto, habitudine autem diuerſus. non enim eo, ꝙ ſint definitione diuerſa, ſequitur, ꝙ ſimul corrumpuntur, & ſeruantur: ſed quod ea ſit ad aliquid. Quare oportet hoc dicere alteram quæſtionem, & non corollarium.

Quæ aũt ſecundum potentiam dicuntur, non neceſſario. Sed priores phyſicorum ſcriptores hoc non recte dicebant, nihil eſſe putantes nec album, nec nigrum ſine uiſu, nec ſuccum ſine guſtu.

Quæ autem potentia, inquit, non neceſſario. Quid? nõ neceſſe eſt ea ſimul eſſe? Lege enim eorum, quæ ſunt ad aliquid, ea ſimul eſſe neceſſe eſt. Quod eſt enim potentia ſenſile, ſimul eſt cum ſenſu, qui eſt potentia: ſicut & quod eſt actu ſenſile, cum ſenſu qui eſt actu. Quid ergo dicit illud, Non neceſſario? an videlicet primum, ꝙ non neceſſe eſt ſenſum, qui eſt potentia, idem eſſe, ꝙ potentia ſenſile, vt in contemplatione dictum eſt.

Partim enim recte dicebant, partim autem non recte. Cum enim dupliciter dicatur ſenſus, & ſenſile: hæc quidem ſecundum potentiam: illa uero ſecundum actum: in his quidem euenit quod dictum eſt, in aliis uero non euenit. Sed illi ſimpliciter dicebant de iis, quæ dicuntur non ſimpliciter.

Protagoreos innuit. Dicit autem eos recte dicere in eo, ꝙ dicant ſenſum, qui eſt ſm actum, idem eſſe qđ ſenſile ſm actum. non recte autem dicebant, qm̃ & quæ ſunt eadem potentia, eadem quoq; ſimpliciter dicebant omnia, quę non oportet eadem dicere ſimpliciter. Refellit autem & Plato hanc opinionem in Protagora dialogo.

Siquidem concentus uox quædam eſt: uox autem, & auditus, eſt ut unum, & non unum idem.

Græce eſt, εἰ δὴ συμφωνία. Illud autem ει, quod eſt in ſecunda ſyllaba eius quod eſt εἰ δή, non eſt articulus, ſed pars coniunctionis, perinde ac ſi diceret. qm̃ vox quædã eſt concentus. Quæ eſt autem ea vox? ea. ſ. quæ ſe habet commoderate ad eum, qui eſt ſcđm actum, auditum. nõ poteſt autem eſſe articulus, qm̃ cum prædicato coniungitur. articuli. n diſtinctionibus, quæ adiiciuntur propoſitionibus, quas circunſtantias appellant. æquiualent. Diſtinctiones autem huiuſmodi ſemper ſubiecto coniũguntur. nunc autem accipit concentum, vt prædicatum auditus, & vocis. & propterea non oportet illud, ει, vt articulum accipere, ne inueniatur cum prædicato coniunctum. Dic itaq; εἰ δὴ vnam parte orationis. Hic autem eſt ſm cõtemplationis corollarium, in quo vult dicere cur extremitates ſenſilium corrumpunt ſenſus. hoc oſtendit ꝙ concentum & proportionem, vt dictum eſt. Vox aũt & auditus eſt vt vnum, & eſt vt non vnum. Hoc recte dixit: ſubiecto. n. vna eſt vox & auditus: rõne autem, et habitudine non vna, ſed diuerſa. quare et vnum eſt, & non vnũ.

Proportio autem concentus: neceſſe eſt & auditum eſſe quãdam proportionem.

Hoc dixit, vt oſtenderet non eſſe cõperaturam, auditum cum voce concentũ, ſed eum quadam proportione fieri. & dictum eſt quomodo in contemplatione.

Et propterea etiam unũquodq; excedens et acutum, & grue, auditum quoque corrumpere. Similiter & in ſuccis guſtum, & in colore uiſum, quod eſt ualde ſplẽdidum, uel tenebricoſum, & in odoratu uehemens odor & dulcis, & amarus.

Oportet communiter accipere illud, Excedens corrũpit, vt in auditu, guſtu, viſu, odoratu. Exceſſus n. ſenſus corrumpunt. Vnuſquiſque. n. ſenſus habet ea, quæ ſe poſſint corrumpere. Viſus quidem, quod eſt nimis ſplendidum, vt lucem ſolis. Auditus autem, ſonum, qui eſt ex tonitru. Odoratus graues, & tetros flatus. Guſtus venena. Tactus ignem, niuem. & ideo excogitatæ ſunt artes, quæ ſenſus voluptate afficiãt: viſui quidem pictura: auditui muſica: olfactui vnguentaria: guſtui coquinaria: tactui lauacra, & ars texendi.

Vtpote quod ſenſus ſit quædam proportio.

Volens exempla dicere ſenſilium, quæ corrumpunt ſenſus, poſuit & dulce. & nunquid, eo quo ſenſum diſſoluat, eum corrumpit, vt pinguem? Illud autem, Vtpote qđ ſenſus ſit quædam proportio: Qm̃ inquit, proportio, eſt ſenſus: proportio aũt exceſſum non patitur, propterea eſt ſenſus, vt proportio, & quædam commoderatio.

Quare & dulcia quidem, quando deducuntur, cum pura & immixta ſunt, ducuntur ad proportionem, ut acutum, uel dulce, uel ſalſum. tunc. n. dulcia. omnino autem magis, quod mixtum eſt, contentus, quam acutum, & graue.

Hic vult dicere qualenam eſt dulce ſenſile: & dicit qđ illud eſt dulce ſenſile, quod cum nuper eſſet purum, & immixtum, non manſerit purum, ſed ad proportionem ductum ſit. i. ad mixtionẽ. mixta n dulcia. Quare extrema pura, vt acutum & graue, non ſunt dulcia, niſi ea miſcueris Mixtionem. n. ſequitur, & dulcedo, vt immediate.

Tactui autem, quod calefieri poteſt, uel quod frigefieri. ſenſus autem proportio. Excedentia autem uel moleſtia afficiunt, uel corrumpunt.

Tactui, inquit, dulce eſt, ꝙ calefieri poteſt, vel quod frigefieri. & vide qũo Græce dixerit θερματὸν, calefacibile. i. quod poteſt calefieri, & ψυκτὸν refrigerabile, ꝙ poteſt frigefieri. tunc. n eſt dulce, qm̃ poteſt intentionem admittere: Immoderatum enim frigidum, & calidum eſt moleſtum. Recte ergo dixit, tactui dulce eſſe, quod calefieri poteſt, vel quod frigefieri, & non dixit calidum, vel frigidum. ſi enim hoc dixiſſet, extremum intellexiſſet calidum & frigidum, quod tactum voluptate non afficit, ſed & ipſum corrumpit. Et in his quidem eſt praxis, praxis, Deo eſt gratia, quarta.

Vnuſquiſque ergo ſenſus eſt ſubiecti ſenſilis: & eſt in ſenſorio, quatenus eſt ſenſorium: & ſubiecti ſenſilis iudicat differentias. ut album quidem & nigrum uiſus: dulce autem, & amarum guſtus. Similiter autem ſe habet hoc & in aliis.

Poſtquam diſſeruit de quinque ſenſibus: & docuit, nõ eſſe alium ſextum ſenſum, qui ab his quinque ſeiungat: ne quis exiſtimaret, ꝙ hac ratione ne communis quidem ſenſus eſt: per hæc vult oſtendere, ꝙ eſt communis ſenſus. & non hoc ſolum, ſed & quod incorporeus eſt hic cõmunis ſenſus. Ad hæc autem & tertium, ꝙ ſine tempore operatur, neq; n. in alio tempore nouit dulce: in alio vero album: ſed in eodem inſtanti & eo quod nunc eſt, cognoſcit hoc quidem eſſe dulce, illud vero album. quarto aũt dubitationem ponit aduerſus communem ſenſum, & dubitationem ſal o ſoluit. Deinde falſam ſolutionem euertit: & ſic deinceps dicit veram ſolutionem. & talis quidẽ eſt contemplationis apparatus. Age vero & vnumquodq; eorum explicemus. Primum ergo oſtendendum eſt eſſe communem ſenſum, hoc modo. Qm̃ non ſolum ſcimus differentiam eorum, quæ ſunt eiuſdem generis, vt albi & nigri & fuſci & flaui & eiuſmodi, ſed & eorum, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt albi & dulcis: quærendum eſt, quænam eſt pars aĩæ, quæ has nouit differentias. Etſi. n. mens cognoſcat talem differentiam & dicat differẽtiam albi ad dulce: ſed non per ſe mens dicit talem dđiam, ſed ſenſu vtens præterea inſtrumento. ſine ſenſu enim nõ eſſet ſenſilia cognoſcere. ſi ergo album & dulce ſunt ſenſi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lia, quomodo mens horum posset differẽtiam nosse, nisi sensu, instrumento, vsa esset? Quare non circa medium, neque per se, mens potuisset dicere horum dr̃iam. nec solum, quæ sunt intellectu prædita, sciunt horum dr̃iam, sed & canis, cum tantum viderit, non etiam gustauerit, nouit gustabilia scit itaq; esse carnem gustabilem, & si nõ gustauerit, sed eam solum aspexerit. & lapidem nouit nõ esse gustabilem etiam prius quam gustauerit. quare non est intellectus dicere dr̃iam dulcis ad album, sed sensus.

Et cuius igitur sensus? Vtrum vnius ex quinque, vel duorum, vt visus & gustus? Dicimus ergo, non esse vnius sensus nosse talem dr̃iam, si.n. vnus sensus nouit talem differentiam, sciet ergo non solum proprium sensile, sed & alienum. sensus ergo qui nouit dr̃iam albi ad dulce, cognoscet non solum album, sed & dulce. Atqui hoc est absurdum confundere sensilia, & dicere visum nosse qualitates gustabiles. est ergo absurdum vnum ex quinque sensibus nosse dr̃ias eorum, quæ sunt dissimilis generis. Et ne quis dicat non esse necessarium nosse aliena sensilia. semel.n. nouit propria, ꝙ est album: deinde ex negatione nouit, ꝙ non est album: & sic nouit dr̃iam, eo ꝙ scit non esse album. Ne quis ergo hæc dicat. Non.n. diximus qd est, ꝙ cognoscit dr̃iam albi ad non album, sed ad dulce. Quod.n. non est album potest sic esse, & non esse calidũ. nos autẽ diximus determinate dulce. Oportet ergo omnino nosse dulce, & ex affirmatione, vt eius dr̃iam ad album cognoscamus. Quare non est vnus sensus qui talem nouit dr̃iam. sed neque duo sensus, vt visus & gustus. Vnum.n. esse oportet, ꝙ dicat eorum dr̃iam. si.n. non est vnum, ꝙ formas vtriusque suscipiat, quo possit eorum diuersitatem nosse, siquidem alius quidem album, alius vero dulce suscipiat, spẽm? Nam & iudices volunt vtrasque partes audire, vt cognoscant eorum controuersiam. si ergo vnum est, ꝙ dicit dr̃iam albi ad dulce: vnum erit, & quod eam iudicat. Quare nec duorum quidem est sensuum propriũ horum nosse dr̃iam, nec alicuius alius particularis. Est ergo alius sensus præter quinque nosse differentiam albi & dulcis, & is est ergo a quinque sensibus separatus, an non? Dicimus non esse separatum, Diximus enim non esse alium a quinque separatum. est ergo cõis. Ostensum est ergo esse communem sensum. & hic primũ caput finitur. Scd̃m caput est, in quo ostendit sensum cõmunem non esse corpus. si.n. esset corpus, operaretur per partes. Omne.n corpus per partes operatur. si esset ergo corpus, nunq̃ in eodem & dulce, & album susciperet: sed in hac quidem sui parte dulce, in alia vero album. & non esset omnino, ꝙ iudicaret. Id.n. perinde esset, inquit, vt si tu hoc quidem sentires. ergo vero illud. Totius ergo, vt totus, communis sensus sentit dulce & album, si aũt non totus, vt totus apprehenderet. quo posset ea iudicare, si non vtrũq; cognosceret? si.n. etiam concessero, ꝙ potest album & dulce in eadem parte suscipere: sed non itidem vtique & contrarias qualitates, vt albi & nigri, calidi & frigidi. Et alioqui si esset corpus, oporteret ipsum tangentem sensilia operari. Omne.n corpus tangens agit. Atqui communis sensus non tangens sensilia agit. non est ergo corpus. & hoc est scd̃m caput. Tertium est caput, in quo ostendit, ꝙ sine tpe agit. Hoc autem sic ostendit. vt dicit communis sensus, sic & cognoscit. si ergo in vno instanti dicit dr̃iam dulcis & albi, & non in alio quidem instanti differentiam albi, in alio vero dr̃iam dulcis: clarum est ergo, ꝙ in vno instanti nouit dr̃iam dulcis, & albi. Qñ.n. dicit cõis sensus in vno instanti, non dicit per accns, sed p se, vt considera in exemplo, quod dico. Nunc audiui, ꝙ Plato, postquam fuisset in Sicilia, versatus est cum Socr. Ecce hic quidem illud, Nunc, ad meum quidem auditũ: per se est, ad Platonis autem aduentum, illud, Nunc, est per accidens, etsi.n ergo nunc audiui, non est absurdum diu abhinc illic fuisse. si autem contingat p̃lium nunc nauale fieri, & in eo instanti, in quo factum est p̃lium nauale, in eo dixero, nunc audiui factum p̃lium nauale: tunc illud, Nunc, & ad me est, nunc.n. audiui & ad p̃lium nauale, per se est. nunc.n. & illud factum est. Communis ergo sensus, in quo instanti dr̃iam albi ad dulce dicit, in eo ipso sentit & dr̃iam instantis, quod est per se & ad dicendum & ad cognoscendum. Quare sine tpe agit cõis sensus. & hoc est caput tertium. Quartum caput est, in quo dubitationem proponit. Qño, inquit, communis sensus contraria iudicat, vt album & nigrum, calidum vel frigidum? nec enim solum, quæ sunt diuersorum generum, sed & quæ sunt eiusdem generis. Est ergo æquum dubitare, quo fiant contrariæ species circa cõem sensum. si.n. esset corpus, non esset qd̃ dubitaretur. Dici.n. posset, ꝙ ſm aliam & aliam partem fiunt contraria: sed qm̃, cum sit incorporeus, est quoq; indiuisibilis: dubitamus, quo in eodem fiant cõtrariæ species etsi cum sit incorporeus, in tẽpore operaretur, rursus dici posset, ꝙ in alio, & alio tempore fiunt contraria: vt in hoc quidem tempore calidum, in illo vero frigidum. Sed quoniam sine tempore operatur, & in ipso instanti: propterea merito dubitatur. Ex duobus itaq; præcedentibus capitibus fit grauior dubitatio. Siue.n. esset corpus, non esset dubium: ſm aliam enim, & aliam partem posset suscipere contraria: siue, cũ sit incorporeus, in tempore operaretur, rursus posset in alio, & alio tempore suscipere contraria. sed quoniam est incorporeus, & sine tempore operatur propterea dubitamus, quomodo suscipit contraria: si quidem simul suscipit. Hæc est dubitatio, quã in communi quidem sensu exercet, & agitat: cõuenit autem & in aliis particularibus sensibus. hi.n. magis contraria apprehendunt, q̃ communis sensus. sed quoniam, quæ apprehendunt quidem particulares sensus, communis quoque apprehendit: quæ autem communis, non omnino & particulares: propterea, vt in cõmuni dubitationem commouet, & agitat: & sic quidem dubitauit. Deinde eam sic soluit, ꝙ communis sensus & vnus est, & multi: vnus quidem subiecto, multi autem, habitudine: idem autem dicere, ratione, seu definitione. Nam a communi fonte, nempe communi sensu, procedunt alij sensus. Quare ipse vnus quidem est subiecto: rõne autem multi. Quatenus ergo vnus est, ſm hoc iudicat differentiam. Quatenus autem multi ratione, secundum hoc suscipit contraria. Hæc est quidem falsa solutio: eam autem subuertit Arist. dicens, ꝙ quæ sunt subto eadem, ratione autem diuersa, cum sunt quidem potẽtia, possunt contraria suscipere: cum autem fuerint actu, non possunt suscipere contraria: vt calidum, vbi gra, & frigidum sunt eadem quidem subiecto. in vno enim subiecto fiunt: ratione autem diuersa, & tm̃ non possunt esse simul actu. Quare nec communis sensus: qm̃ subiecto quidem vnus est: ratione autem multi siquidem prꝛeter hoc potest contrarias sensilium formas suscipere. sic falsa subuersa solutione deinceps aliam dicit veram solutionem. Dicit.n. ꝙ communis sensus & vnus est subiecto, & multi rursus subiecto. ſm hoc enim differt hæc solutio a priore solutione, ꝙ illa quidem vnum dicit communem sensum subiecto, multos autem ratione: hæc autem & vnũ, & multos ipsum dicit subiecto. Quemadmodum, vt in exẽplo orationem discutiamus, cõsidera mihi centrum, & ex eo quinque rectas emissas, & postea a se inuicem diuisas. hoc quidem centrum vnum est ad propriam naturam: atqui est etiam multa. Vniuscuiusque.n. finis est, qui in illo est, etiam postquam fuerint a se inuicem diuisæ. Et ne dixeris, quomodo, quod est indiuisibile, vnicuiq; attribuitur? Talis.n. est incorporeum natura. Sicut ergo aĩal et vnum est ad naturam, & multa: totum.n vt totum est in vniuscuiusque indiuidui natura. Si ergo & vnum est cõis sensus, & multa: etiam si hæc sint contraria. Et hæc quidem dicuntur per dictionis contextum. Sed quoniam hæc est paulo magis logica traditio: age paulo magis naturalem excogitemus. hæc est autem. Communis sensus & ipse quidem est incorporeus: est autem in subiecto corpore: ei.n. subiectum est corpus spiritale: species itaque sensiliũ, etiam si sint contrariæ, in ipso spiritali fiunt, ſm aliam, & aliam eius partem. Deinceps hęc facultas affectiones, quę sunt in spiritu, iudicat. & sic obiectum dissoluimus. nec dicimus in indiuisibili fieri contrarias species, sed in diuisibili. i. in spiritali, ſm aliam & aliam eius partẽ. Dic autem & aliud, ꝙ materialiter quidem contraria simul non ap-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

prehendit, ſed iudicatiue, ſimul: quoniam ſimul iudicat contraria. Sed ſi animaduerteris, ne iudicatiue quidem. In libro enim peri herm. dictum eſt, ꝙ contrariæ ſunt opiniones, non quæ dicunt contraria de contrariis, vt quod album quidem diſgregat, nigrum vero congregat: ſed q̃ de eodem contraria dicunt, vt quod album & diſgregat, & congregat. Hæ ſunt ergo contrariæ opiniones. Si ergo communis ſenſus dicit, ꝙ album quidem diſgregat, nigrum vero congregat: nihil patietur, eo ꝙ ipſe contraria iudicauit: & ambo vere, & nõ de eodem contraria enunciauit. Quare nec iudicatiue contraria apprehendit. Quæ eſt ergo ante hãc ſolutio, recte habet. Vide autem, quod qui Platonem reprehendit, propterea ꝙ naturam mathematice tractauit, ipſe per mathematica naturalia diſſoluit. ecce.n. dixit puncti ſolutionem. Ad quod dicimus, ꝙ nõ propterea, ꝙ ex mathematicis diſſoluantur naturalia, ipſum reprehendit: ſed quod naturales magnitudines ex mathematicis conſtituit. His dictis, qm̃ idem dicit imaginationem, & communem ſenſum, de imaginatione tractat, & ad doctrinam de rationali aĩa ſe conuertit, vt oſtẽdat, quod hæc eſt, quæ primum mouet, & non irrationalis. Et in his eſt contemplatio.

Vnuſquiſque ergo ſenſus eſt ſubiecti ſenſilis, qui eſt in ſenſorio, quatenus eſt ſenſorium, & iudicat differentias ſubiecti ſenſilis: ut album quidem, & nigrum uiſus: dulce autem & amarũ guſtus. Similiter autem habet hoc & in aliis.

Vnuſquiſque inquit ſenſus propria ſenſilia apprehendit, in ſuo ſenſorio exiſtens, quando habet ſm naturam ſenſorium. Senſorium autem dicit, vel ſpiritum, vel teſtaceum. Senſus ergo, qui eſt in ſenſorio, ipſe nouit, quæ ſunt eiuſdem generis. Hinc apte & ingenioſe ad ſenſum communem ingreditur. Si.n. vnuſquiſque ſenſus nouit propria, quę ſunt eiuſdem generis, contraria: ſunt autem contraria diuerſi generis, quę communis ſenſus nouit, eſt ergo communis ſenſus. & Plato etiam ante Ariſt. appellat communem ſenſum, vbi dicit: Si.n. non eſt, ſumus ſimiles iis, qui ſunt in durio equo, in quibus non eſt communis ſenſus, qui eſt in durio equo.

Quoniam autem & album, & dulce, & unumquodq; ſenſile, ad unumquodq; iudicamus, & ſentimus quod differt: neceſſe eſt utique ſenſu: ſunt enim ſenſilia.

Neceſſe eſt, inquit, quæ ſunt diuerſi generis, ſenſu aliquo cognoſcere: quando quidẽ ſenſilia apprehendit. Senſilia autem ad ſenſuum relationem dñr: vtpote quia ratio non apprehendit ſenſilia. Quare ex hoc nihil oſtendit. ſed nos hoc pulchre ex irrationalibus oſtendimus nõ eſſe rationalis. nam & canis iudicat differentiam dulcis & albi: ſiquidem nõ quoduis album aggreditur. neq; n. lapidẽ, ſed id tantum, quod eſt ſucculentum.

Quo fit ut apertum quoque ſit, carnem non eſſe ultimum ſenſorium. Neceſſe enim eſſet ipſum tãgens iudicare, quod iudicat. neque uero ſeparatim contingit iudicare id, quod iudicat, quod dulce eſt aliud ab albo: ſed oportet uno aliquo eſſe utraque manifeſta. Sic enim habet, ut ſi hoc quidem ego, tu uero illud ſenſeris, apertum fuerit, ꝙ ſunt à ſe inuicem alia.

His eſt ſecundum caput, & nota, ꝙ corpus carnem vocauit, & ſenſum ſenſorium. Cum oporteret autem eum dicere, vltimum ſenſum non eſſe corpus, dixit ipſe, vltimum ſenſorium non eſſe carnem. Vltimum autem ſenſum audire oportet communem ſenſum, eo ꝙ ſenſus in eum terminantur, & qui ſunt in ipſis typi, poſtquam oĩa tranſierint, ad ipſum veniunt. Si autem eſſet corpus, inqt, communis ſenſus: neceſſe eſſet, inquit, ipſum tangentem, ſenſilia ea iudicare. non ſepatim in alia, & alia parte ſentire corporis, cuius eſt. Erit enim, vt ſi hoc quidem ego, tu vero illud ſenſeris. Si enim non vna eſt facultas, quæ iudicat album & dulce, perinde eſt, vt ſi duo diuerſa ſentientes, diuerſa ea dicerent: quorum vterque non nouit aliquid, quod alter ſenſit.

Oportet autem unum dicere, ꝙ alterum: alterum.n. dulce ab albo. Dicit ergo idem. Quare ut dicit, ſic intelligit, & ſentit. Quod itaque ſeparata iudicari nequeant, apertum:

Vnum, inquit, ſenſum dicere oportet, ꝙ aliud eſt dulce ab albo, & album a dulci. Idẽ enim dicit, & non oportet corpus eſſe ſeparatum, quod dicit. Quare vt dicit, ſic & intelligit, & ſentit. Intelligit dicit, pro eo quod eſt, imaginatur.

Quod autem nihil ſeparato eſt tempore, hinc. Sicut. n. idem dicit, alterum eſſe id, quod bonum & quod malum: ſic & quãdo alterum dicit alterum, & alterum: non ſecundum accidens illud, quando. Dico autem, ut nunc. dico alterum: non autem, nunc alterum: Sed ſic dicit & nunc, & quod nunc. ergo ſimul.

Hoc tertium caput contemplationis dicitur. ſ. quod ſine tempore communis ſenſus operatur. Sicut. n. inquit, vnus eſt incorporeus ſenſus, qui dicit, bonum differre a malo: ergo quando malum dicit differre a bono, in eodẽ tempore, quod primum, dicit. nunc. n. dicit vtrunque, & nunc, prout proprie eſt, nunc, & non ſcdm accidens, vt quando. quod olim factum eſt, nunc dicit fieri, vt quoniã nunc audiui, nunc Troiana facta ſunt. Dicitur etiam proprie, nunc, quando, quod nunc fit, nũc video. Sicut, inquit, & communis ſenſus nunc dicit diſcrimen, prout proprie, nunc eſt. quando enim ſentit, diſcernit. nam circa id, quod abeſt, operari eſt imaginationis.

Quare inſeparabile, & in inſeparabili tempore.

Hæc eſt duorum capitum communis concluſio. Dicit enim, quod ſi ſimul in eodem inſtanti diſcernit & dulce ab albo, & alterum, ideſt, album a dulci: ſcilicet & a corpore eſt inſeparabilis, & in inſeparabili tempore operatur, ideſt ſine tempore.

Atqui fieri non poteſt, ut contrariis motibus idem ſimul moueatur, quatenus eſt indiuiſibile, & in indiuiſibili tempore. Si enim dulce ſic mouet ſenſum, uel intelligentiam: amarum autem contrario modo: & album altero.

Hic eſt quartum caput contemplationis, in quo a dubitatione incipit, & dicit: ſi eſt incorporrus cõmunis ſenſus, & ſine tempore operatur: quomodo ſimul poteſt cõtraria apprehendere? Si eſſet enim corpus, poſſet ſecundum aliud, & aliud, & album, & nigrum apprehendere. Intelligentiam autem vel imaginationem, vel intellectus operationem dicit.

Nunquid ergo ſimul quidem & numero indiuiſibile, & tempore inſeparabile, quod iudicat: eo autem, ꝙ eſt ſeparatum? Eſt quidem utique, ut diuiſibile diuiſa ſentiat: & eſt, ut quatenus indiuiſibile. in eo enim, quod eſt quidem, diuiſibile: loco uero, & tempore, & numero indiuiſibile.

Hic eſt falſa dubitationis ſolutio. numero autem vnũ, & tempore inſeparabilem dicit. i. vnum quidẽ ſubiecto, ratione autem ſeu definitione multos. Pro eo autem, qd̃ eſt, definitione, dixit, in eo, quod eſt, multos. Quatenus ergo eſt multa, contraria ſuſcipit: quatenus aũt eſt vnum, ea iudicat. Ratione. n. eſt diuiſibile. i. multa, quod enim diuiditur, fit multa. quod ſubiecto autem eſt indiuiſibile, & vnum eſt. quod ſubiectum declarare volens dixit, Numero autem, & loco indiuiſibile.

An fieri non poteſt? potentia. n. idem diuiſibile & indiuiſibile, & contraria: eo autem quod ſit non: ſed quod agat, diuiſibile. nec fieri poteſt, ut ſit ſimul album, & nigrum. Quare nec eorum formæ patiantur, ſi tale eſt ſenſus, & intelligentia.

Hic eſt ſubuerſio falſæ ſolutionis dubitationis. Potẽtia enim, inquit, idem poteſt ſuſcipere contra indiuiſibilia. Eo autem, quod ſit, non: pro eo quod eſt, actu autem nõ poteſt ſuſcipere contraria. inter agendum enim diuiditur. Agente enim, verbi gratia, albo & nigro diuiditur ſubiectum, & diuellitur, & non manet indiuiſibile.

Sed ſicut, quem punctum quidam uocant, quatenus unus, & quatenus duo, ea eſt etiam ratione diuiſibilis. Quatenus ergo indiuiſibile, unum eſt, qd̃ iudicat, & ſimul. Quatenus autem eſt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

diuiſibile, non unum. bis. n. eodem ſimul ſigno utitur. Quatenus ergo duobus utitur, ſine duo iudicat, & ſunt ſeparata, ut ſeparatorum. Quatenus autem unum, uno & ſimul.

Hic eſt ſecunda ſolutio, quod ſicut pũctus & vnus eſt, vt punctus: & duo, & multi, quatenus in rectas terminatur: & vt multa, ſeparatus eſt: ſic & ſenſus, quatenus eſt vt punctus id quod ſentit, & ſimul quatenus cum ſenſilibus congreditur, vt punctus cum rectis, & duo, & multa iudicat: quatenus autem eſt vnum, ſimul, & ſine tempore apprehendit.

De principio ergo, quatenus eſſe dicimus animal ſenſitiuũ, hoc ſit modo definitum.

Non quod multa habeat principia animal, propterea dixit Ariſt. de illo dico principio, de quo dicimus animal ſentire: ſed quod vnum eſt & multa, vt ait Plutarchus. & in his praxis, & prima ſectio, Dei gratia, impletur: praxis, Dei gratia, quinta.

Quoniam autem duabus differentiis animam maxime definiunt, & motu ſecundum locum, & eo, quod eſt intelligere, iudicare, & ſentire.

Qm̃ repentina & ſubita mutatio, & in oratione, & in re agenda mala eſt, propterea non ſtatim ab irrationali ad rationem procedit, ſed prius quandam dicit dr̃iam cognitiuarum, irrationalis, & rationalis. Deinde & imaginationem diſcernit a cognitione rationis, & in medio diſcernit imaginationem a particularibus ſenſibus, ipſam irrationalem a ſeipſa diſcernens: quod quidem eius non erat inſtitutum, & dicit, qđ imaginatione nec ſenſus eſt, nec opinio, nec ex vtriſque conſtat. Priuſquam autem ea diſcernat, volens augere diſcrimen, ea in quibus inter ſe cõueniant, dicit. Hoc enim inquit, commune habent cognitiones irrationalis, & rationalis, quod ambarum ſunt iudicia. & in hoc quidem conueniunt. Porro & in eo etiã, quod antiqui confuderint cognitiuas facultates rationalis, & irrationalis. Senſuum enim operationes intelligentiam appellarunt, & nomen irrationalis operationis nomine rationalis operationis vocarunt, ſenſum, & imaginationem appellantes intelligentiam. Hoc autem fecit Empedocles cum dicit,

Nãque homini certe ad præſens prudentia creſcit.

Ex hac enim ſententia ratiocinatione colligimus, eũ prudentiam & intelligẽtiam dicere ex ſenſilibus. Talis eſt autem ſyllogiſmus. Senſus ſenſilia apprehendit: quod ſenſilia apprehendit, præſentia apprehendit: Senſus ergo ſenſilia apprehendit. ſic vna figura collectum eſt, ſenſum eſſe, qui præſentia apprehendit, quem ipſe græce μῆτιν. i. prudentiam ſeu conſilium appellauit. Confundit itaque nomina, ſenſum intellectum appellans. Aliqui vero dicunt, eum intellectum non appellaſſe μῆτιν, quod eſt, prudentiam ſeu conſilium, ſed διάνοιαν. i. cogitationem, quæ eſt media inter intellectum, & ſenſum. Ad præſens enim inquit, cogitatio operatur. illud enim αὔξεται, græce i. auget ur, vel creſcit, pro operatur accepit. Et recte dicit, augeꝛ. Actus enim & operatio auget potentiam, ſicut & cõtra quies lædit. Motus. n firmum & validum reddit. Si ergo circa præſentia dicit cogitationẽ operari, præſens autem ſenſus nouit: idem eſt ergo ſenſus, & cogitatio. Male aũt hoc accipit. neque. n. circa præſens ſenſus ſolum operatur, ſed & cogitatio. Immo & ipſa magis, ſiquidem ſenſus qdem habet extra ſenſile: cogitatio autem intus proprium negotium, & quando vult ipſum aggreditur. Sic etiam ſi dixerit cogitationem circa præſens agere, ipſam ſenſum non fecit. Idem eſt autem dicere, etſi ſenſum dicat intellectum. Et hæc eſt prima ſententia ab Empedocle ſumpta, quam nunc ad rem non facere oſtendimus. Affert & aliã Empedoclis ſniam, quæ re vera ad rem pertinet. Empedocles. n. ſomniorum dr̃ias dicens, ait ex diurnis actibus fieri nocturnas imaginationes. Hanc aũt imaginationem, φρόνησιν. i. prudentiam, appellat, cum dicit.

Vnde iis perpetuo quoq; adeſt aliena videre.

Videre autem græce eſt. φρονεῖν, quod ſapere, prouidere, & animo concipere ſignificat. Sic ergo aperte inquit, irrationalis cognitionem, imaginationem dico, prudentiam appellat, & non ſolum Empedocles, ſed & Homerus ipſe inquit.

Terrenorum hominum intellectus talis habetur.

Ad qualem ipſe diem deducit Iuppiter almus.

Intellectum. n. nunc dicit ſenſum: Diem autem ſenſile. Talis eſt ergo ſenſus, quale eſt ſenſile. Ecce ergo inquit, et Homerus ſenſum mentem appellat. et hinc nominum turba, & confuſio facta eſt. Nos autem pro Homero dicimus. O Ariſtoteles male intellexiſti diſtichon. Intellectum. n. mentem dicit: Diem autem non ſenſile, ſed fortunam, ſeu fatum. Hæc eſt ergo horum verſuum ſententia. Talis eſt mens hominum, qualis & eorum fortuna. Et eſt hoc diſtichon ſimile illi tragico, quod dicit:

Fortuna nobis prout eſt, eſt & ingenium.

Nam quiſpiam cum pauper eſt, morbus eſt modeſtus: Sed poſtquam diues euaſerit: fit flagitioſus, & nequam. Hoc autem non in quolibet hoĩe conuenit, vt prout fortuna eſt, ſit mens, & ingenium: ſed in ſolis ſocordibus, & intemperantibus, & qui vitam materialem habẽt. Vnde Poeta non ſolum dixit, Hominum, & tacuit, ſed addidit, Terrenorum, craſſam, et materialem vitam ex hoc nobis demõſtrans. Qui autem non materialiter viuunt: non ita conuertuntur. Quare Homeri ſententia non confudit nomina. Nonnulli autem & Empedoclem defendentes pro eo reſponderunt. qꝑ non ſolum ex reliquiis ſenſuum fiunt ſomnia, ſed ex aliis. Tres enim horum ſunt cauſæ, & qđ dictum eſt, quando imaginatio ex ſenſibus facit ſomnia: Atqui & rationalis anima eſt ſomniorum cauſa, quando quærens inuenerit, & diuina illuminatio, quando futura prædicimus. Si ergo dicit:

Vnde iis perpetuo quoq; adeſt aliena videre:

Tanq; ad ſomnia reſpexit, quæ ſunt ex rationali anima. Fit aũt mens aliena in ſomnis: eo quod noctu quidẽ apertiores, & viuidiores ſunt naturales facultates: rationalis autem hebes & obtuſa redditur: ipſa autem magis interdiu operatur. Rẽprehendit rurſus Ariſt. Empedoclem nõ ſolum qꝑ noĩa confuderit, ſed etiam, qꝑ cum dixerit, ſimile ſimili cognoſci, de cognitione quidem dixit, de decꝑtione vero non dixit. Atqui de decꝑtione magis q̃ de ſcientia dicere oportebat: eo qꝑ plus decipimur, q̃ cognoſcimus. Huius autem cauſa eſt generatio, & quę eſt in materia, animæ hebetudo. Sicut. n. eorum, qui in loco peſtilenti habitant, plures ægrotant, q̃ ſani ſunt: ſic & in animalibus, quæ ſunt in generatione, plus valet auctoritate ignorantia, q̃ cognitio. Qm̃ ergo magis decipimur: oportebat eum amplius de decꝑtione differere. Neq; n. Empedocles exiſtimat nõ eſſe decꝑtionem. ea enim opinio, quæ dicit non eſſe decꝑtionem, eſt a Platone confutata. Si ergo non opinatur eſſe decꝑtionem: confutetur rationibus, quę ſunt in Protagora. Si autem opinatur, cur eius cauſam non dixit? niſi forte colligemus, qꝑ ſi cognitio eſt eius, quod eſt ſimile, cognitio: decꝑtio ergo eſt eius, qđ diſſimile, attactus, & per oppoſitum voluit oppoſitum ſubaudiri. Et hoc quidem ipſi colligitur. nos autem non concedimus ſcientiam eſſe ſimilis cognitionem, per ſyllm hoc euertentes. Si contraria vna ſcientia nouit: Contraria autem ſunt diſſimilia: Non ergo ſimile ſimili cognoſcit. Ecce n. ſcientia vna eſt: & duo cõtraria nouit. Si ergo vni contrariorum eſt ſimilis ſcientia, alij ergo non eſt ſimilis, etſi ipſum cognoſcat. Quare non ſimile ſimili cognoſcit o Empedocles. Si ergo cognitio non eſt eius quod eſt ſimile, attactus, nec decꝑtio eius, quod eſt diſſimile, attactus eſt. Et hæc quidem aduerſus Empedoclẽ. Deinceps autem differẽtiam cognitiuarum facultatum irrationalis, quod eſt ſenſus, & imaginationis, ad cognitiuas animæ rationalis tradit. & primum quidem dicit dr̃iam ſenſus ad intellectum: qm̃ multa habent inter ſe communia, Hæ nſolæ ex irrationalis, & rationalis animæ facultatibus ſe rebus indiuiſibiliter applicant. Nam & ſenſus ſine tẽpore apprehendit propria ſenſilia, vt paulo ſuperius oſtenſum eſt, & intellectus ſimiliter ſine tẽpore operatur. Qm̃ ergo multa habent inter ſe cõia: eorum itaq; primum differentiam dicit. Differt ergo intellectus a ſenſu, qꝑ ſenſus quidẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eſt in omnibus animalibus. Intellectus autem non in omnibus, ſed in ſolo eſt homine. ſic ergo differt intellectus a ſenſu. Deinde dicit dr̃iam ſenſus, & cogitationis, quę græce διάνοια, quaſi permens, dicitur. Dicit.n. ſenſum quidem non cito decipi: cogitatio autem celeriter decipitur. Cito autem decipitur cogitatio propter duas cauſas, vel quod ſenſus quidem circa res apertas, & manifeſtas verſatur: cogitatio autem circa occultas. Vel quod ſenſus quidem ſine tempore, & vt ſemel dicam, prima applicatione, & primo impetu ſe rebus applicat. Cogitatio autem per intermedias propoſitiones, & cõcluſiones, ex quibus ſolet deceptio fieri. Sola eſt enim cogitatio, quæ ratiocinatur. vnde & decipitur. Et hæ ſunt duæ rationes per quas cogitatio decipitur. Vel ſenſus ergo a cogitatiõe differt hac ratione, vel quod ſenſus quidem ineſt oĩbus animalibus: cogitatio autem iis, quæ habent rationem. Deinde poſt hoc dicit differentiam imaginationis a ſenſu, & cogitatione, & dicit, ꝙ ab iis, differt imaginatio, quatenus eſt media inter ſenſum & cogitationem. incipit enim a ſenſu. Principium.n. dat ſenſus imaginationi: illa autem dat rurſus cogitationi principium. Sine imaginatione enim non poteſt cogitatio operari. Et in hoc quidem differt imaginatio a ſenſu & cogitatione. Deinde poſt hæc dicit opinionis, et imaginationis differentiam, ꝙ imaginari quidẽ, quod volumus, poſſumus: nam & trium cubitorum & viginti cubitorum, hoĩem imaginamur, et poſſumus etiã fingere hircoceruum, & hippocẽtaurum: opinari autem quæ volumus, non poſſumus. Q̃z.n. bis duo decem, dicere quidem poſſumus: opinari nõ poſſumus. & de igne quidem dicere, ꝙ non calefacit, poſſumus: hoc aũt opinari nõ poſſumus. Quare in nobis quidem eſt imaginatio: opinio autem non eſt in nobis Si aũt verum dicere oportet, nec oĩs quidem imaginatio eſt in nobis. Quæ.n. fit in ter dormiendum, non eſt in nobis. non.n. quæ volumus in ſomnis imaginamur. & quid dico eam, q̃ fit inter dormiendum? Sed nec oĩs quidem, quæ fit inter vigilandũ. Qñ.n. quæ ſunt, vt quæ ſint imaginor, non poſſum, niſi vt ſe habent, imaginari. vt ſi Socra. imaginari proponamus, non poſſum eum imaginari vrbanum, & album, & comatum: ſed caluum, & nigrũ, & ventre prominẽte. Quare hęc eſt exacta omnino dr̃ia, ꝙ opinio quidem eſt in nobis: imaginatio aũt eſt in nobis quodãmodo. Hæc eſt quidem prima dr̃ia. Dico aũt & talem ſecundam huiuſmodi dr̃iam. Bellum.n. imaginantes nunc̃ timemus, ſed ſic ſumus, vt ſi ipſum in pictura contẽplemur: bellum autem opinantes ſtatim quoc̃ timemus. Et hæc eſt ſecunda dr̃ia: ad quam ſic eſt dubitationem mouere. Quid ais? terribilia imaginantes non pertimeſcimus? Atqui etiam equus, qui non habet opinionẽ, ſi erectum flagellum viderit, oſtendet ſe formidabilium imaginatione terreri. Hæc eſt quidem dubitatio, ad q̃ dicemus, eſſe aſſenſionẽ quæ per ſe quidem ineſt opinioni, & eſt opinionis ſuba, ſed ea quoque imaginationi accidere. Qñ ergo terribilia opinatus aſſenſero, formido: & rurſus qñ terribilia imaginatus aſſenſero, pertimeſco. Ergo & equus ab imaginatione terretur, propter aſſenſionem. niſi.n. facta fuerit aſſenſio, non formidat. Qm̃ ergo hæc dicta ſunt, in iis, Deo eſt gratia, contemplatio impletur. Qm̃ autem duabus differentiis animam maxime definiunt, & motu ſm̃ locum, & eo, quod eſt intelligere, iudicare, & ſentire. Alexander exiſtimat fruſtra eſſe, illud, quoniam. Nec̃ n. habet redditionem. Plutarchus vero ait inferius eſſe redditionem, quando dicit, Quod ergo non eſt idem ſentire, & ſapere ſeu intelligere. Et hæc eſt totius huius contextus ſentẽtia. Quoniam duabus differentiis animam definiunt antiqui, & motu ſecundum locum, & eo, quod eſt intelligere, ſapere, & iudicare, & intelligere, & ſentire vnum & idem exiſtimant. quod autem non eſt idem ſapere, ſeu intelligere, & ſentire, ex hoc eſt apertum. Hoc autem fecit Ariſtoteles, vt errorem nominum refelleret Homeri & Empedoclis. Sciendum autem, quod illud, iudicare, vt communius accepit, vt quod de rationali, & irrationali dicatur. Intelligere autem de ſola dixit rationali. Sentire vero de ſola irrationali.

Videtur autem intelligere & ſapere, ſicut ſentire, aliquid eſſe. In utriſque enim his anima & iudicat, & diſcernit ea, quæ ſunt. Et antiqui quidem ſapere, ſeu intelligere, & ſentire idem eſſe dicunt. ſicut & Empedocles dixit,

Nãque homini certe ad præſens ſapientia creſcit.

Et alibi.

Vnde iis perpetuo quoque adeſt aliena uidere.

Græce φρονεῖν, ideſt ſapere, ſeu mente agitare. Idem quod hæc uult & illud Homeri.

Terrenorum hominum intellectus talis habetur,

Ad qualem ipſe diem deducit Iuppiter almus.

Omnes enim hi intelligere corporeum, ſicut & ſentire, exiſtimabant: & ſentire, & mente concipere ſimile ſimili: ſicut & in iis, quæ a principio diximus, definiuimus. Atqui oportebat & eos ſimul dicere de eo, quod eſt deceptum eſſe. eſt enim animalibus magis proprium, & plus temporis in his anima perſeuerat: Quare neceſſe eſt, uel ſicut nonnulli dicunt, omnia, quæ apparẽt, eſſe uera: uel diſſimilis contactum eſſe deceptionem. hoc eſt enim contrarium ei, quod eſt, ſimili ſimile cognoſcere. Videtur autem & deceptio, & ſcientia contrariorum eſſe eadem.

Per hæc, quæ in præſentia dixit, cauſam erroris antiquorum perſequitur Ariſt. videlicet qua ratione factum eſt, vt aberrauerint. Ait.n. quod quoniam cõ eſt ſenſui cum reliqua omni cognitione iudicium, propterea omnia idem exiſtimabant. & hoc fuit eis erroris cauſa, vt in principio definimus. Dictum eſt enim ꝙ ſimili fit cognitio, vbi diximus. Nam terram terra conſpeximus, & cætera Empedoclis verba. Hic autem aliud Empedocles reprehendit. Ait.n. eum idem facere tactum, ꝙ cogitationem. ſimilis.n. contactu dicit fieri intelligentiam. Cõtactu autem ſolus tactus apprehendit. Itaque tactum intelligentiam appellauit. Ariſtoteli autem dici poteſt, contactum eſſe, æquiuocum etiam in ipſis ſenſibus. Alius.n. eſt contactus tactus, & alius viſus. Eſto ergo eſſe etiam alium intelligentiæ contactu & non colligi idem eſſe intelligentiã quod tactum, vel diſſimilis attactum eſſe deceptionem: ſicut inquit ſimilis cõtactus eſt cognitio, ſic diſſimilis contactus eſt deceptio. vt contactum accipias non oĩno pro eo, quod eſt, tangere: eſt.n. æquiuocus, vt diximus. ſi ergo ita eſt inquit, & ſcis quid eſt cognitio: habes etiam, quid eſt deceptio. Vna eſt enim contrariorum cognitio. Non vulgaris autem quædam dubitatio nos excipit. ſi enim contactu eſt eius, quod eſt ſimile, cognitio, vna eſt autem contrariorum cognitio, erit ergo ſimul ſenſus oppoſitis aſſimilatus, quod eſt abſurdum. nam aſſimilatus operatur. ſimul autem contraria apprehendit. ſed non eſt abſurdum, aſſimilari contrariis ſecundum iudicium. ſi enim aer, cum ſit animatus, ſimul contraria diſcernit: quomodo non eſt abſurdum animatum ſenſum non ſimul contraria diſcernere?

Quod itaq; non eſt idem ſentire, & ſapere, ſeu prudentẽ eſſe, patet. Illud enim adeſt omnibus, hoc uero paucis animalibus.

Ecce redditionem eius, quod eſt ſuperius. Qm̃ autem duabus differentiis definitur anima, & motu, & in intelligendo. Quod itaque non eſt idem cognitio aĩæ, & ſenſus, hinc apertum. Illud autem, Itaq; propter multa, quæ interiecta ſunt, poſitum eſt. ſolebant.n. antiqui in longis redditionibus addere illud, itaq;. Vide autem ꝙ contemplatiuam mentem hoc in loco abuſiue, φρονεῖν, i. ſapere ſeu prudentem eſſe, dixit. hoc eſt enim eius, qui eſt potentia, intellectus. Qm̃ ergo quibuſdam dictionibus vtitur, alicubi quidem proprie, alibi vero abuſiue: age per diuiſionem dictionis aſperitatem explanemus. Cognitio ergo vel circa ea, quæ extra ſunt, verſatur, & facit ſenſum, vel circa ea, quæ intus ſunt, & facit cõiorem intelligentiam. Recte autem dixit cõiorem, nam & imaginatio circa ea, quæ ſunt intus, operatur, quæ mens etiam paſſiua appellatur. ſed operatio, quæ fit circa ea, quæ intus ſunt, vel circa vſe quid verſatur, vel circa particulare. Et ſi quidẽ circa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

particulare, facit imaginationem: ſi autem circa vñe, facit eum, qui eſt proprie intellectum. ſed ea, quæ eſt circa vniuerſalia, cognitio, vel melior eſt, q̃ vt fiat per ratiocinationem, & facit intellectum contemplatiuum, qui eſt ſm habitum, & operationem: Vel ſecundum ratiocinationem operatur, & facit eam, quæ græce proprie διάνοια. Latine cogitatio dicitur, et cõiorem exiſtimationem. exiſtimatio enim & de cogitatione, & de opinione dicitur. ſi autem deterius operabitur, q̃ ſm ratiocinationẽ, facit opinionẽ proprie, & exiſtimationem. Dianœa autem, ſeu cogitatio vel circa contemplabilia verſatur, & facit ſcĩam, vel circa agenda, & ſi conſilio quidem agenda indigeãt, facit φρονήσιν, i. ſapientiam, vel potius prudentiam, ſi vero conſilio agenda non indigent, facit artes. Artifex.n. quatenus quidem artifex, non conſultat, ſed quatenus homo. Ex diuiſione ergo apertum eſt, q̃ hic abuſiue contemplatiuum intellectum, φρονεῖν, i. ſapere, vel potius prudentem eſſe, appellauit. In hoc autem loco diſcernit intellectum, qui eſt actu, a ſenſu, q̃ ſenſus quidem ineſt omni animali. eſt enim ſubſtantia animata ſenſilis omne animal. Intellectus vero non omni animali ineſt. ſed, & quibus ineſt, nõ ſemper ſm actum ineſt, etiamſi inſit ſecundum habitum. Cuilibet.n. valde expetendum fuerit, ſi vel in ſenectute illi ſapientia acceſſerit.

Sed neque intelligere, in quo eſt, quod recte, & quod non recte. Quod enim recte, prudentia, & ſcientia, & uera opinio. Quod autem non recte, horum contraria. nec hoc quidem idem eſt quod ſentire. Senſus enim propriorum ſemper uerus, & omnibus ineſt animalibus. Cogitare autem contingit etiam falſo: & nulli ineſt, cui non eſt ratio.

Ne intellectus quidem potentia inquit idem eſt quod ſenſus. Volens autem dicere quis eſt potentia intellectus, in quo eſt inquit quod recte, & quod non recte. Hic aũt dicit differentiam cogitationis, & ſenſus. Intellectum.n. potentia cogitationem appellat. In ea enim conſideratur, quod eſt rectum, & non rectum. Qui enim actu eſt intellectus, ſemper recte intelligit. Vel enim attigit, vel non attigit. Quare aberrare non poteſt. Qui autem eſt potentia intellectus. i. cogitatio, aliquãdo quidem recte, aliquando vero non recte. aliquando.n. verum dicit, aliquando vero falſum. Diſcernit autem intellectum, qui eſt potẽtia, ſeu cogitationem a ſenſu, q̃ ſenſus quidẽ omnino verus ſit propriis eius ſeruatis circunſtantiis, vt ſi ſit commoderatum interuallum, & a vitio & perturbatione ſit remota affectio. Cogitatio autem, vt in vniuerſum quidem, fallitur, qm̃ eſt in regione deceptionis. Nec exiſtima ex eo, q̃ ſenſus ſit cogitatione veracior, eum quoq; iam eſſe prę ſtantiorem. Per ſenſus enim cogitatio eis connexa fallit. certe quando a pannis ſeiuncta & ſeparata fuerit, ſyllogiſmum facit demonſtratiuum, & fit, iuxta Poetam, Prudens, & multi conſilij, qui ſic dicit,

Sed poſtquam eſt pannis prudens exutus Vlyſſes.

Hoc autem eſſe anceps & dubium ne exiſtimaueris, q̃ ſi ſenſus quidem per ſe eſt, eſt verax: cogitationi autem coniunctus, vt ipſa fallatur, cauſa eſt: hoc enim fit, qm̃ quando per ſe quidem operatur, circa particularia verſatur, & eſt verax. Qm̃ autem fuerit cogitationi connexus, quę circa vniuerſalia operatur, facit, vt ea ex vniuerſalibus reddat indiuidua. Vnde fit deceptio. Semper n. meliora deteriorum præſentia adulterantur. Deteriora autem non adulterantur a melioribus. Q̃ recte quidem, prudentia, & ſcientia, & vera opinio. Q̃ autem non recte, his contraria. Qm̃ dixit, quod qui eſt potentia intellectus, & recte ſapit, & non recte: dicit recti eſſe propria, prudentiã, ſcientiam, veram opinionem: non recti autem imprudentiam ſeu ſtultitiam: inſcitiam: falſam opinionem. Et p prudentiam quidem, quod intellectus rectum eſt, abuſiue declarauit, vt dictum eſt: per ſcientiam autem quod cogitationis dictum eſt. alterum autem. ſ. de opinione dictũ eſt. Nec̃ hoc quidem idem eſt, quod ſentire. Quoniam cogitationem diuiſit in id, quod eſt recte cogitare, & non recte, dicit deinceps ſenſus differentiam ad vtrunque.

Imaginatio enim aliud & à ſenſu, & cogitatione: & ipſa fit ſine ſenſu: & ſine ea non eſt exiſtimatio.

Quid ſibi vult coniunctio, enim? Eſt vt ad dubitationem, vt ſi quis dubitet, ſi ſenſus differt ab intellectu, idem eſt ergo, quod imaginatio: & iõ ſoluens dicit, q̃ imaginatio eſt alia, q̃ ſenſus & cogitatio. Hic autem dicit dr̃iam imaginationis a ſenſu, & cogitatione, quæ & ipſa non fit ſine ſenſu, & ſine ea inquit cognitione nõ eſt exiſtimatio. Dictum eſt enim q̃ exiſtimatio de ſcientia, & prudentia, & opinione dicitur. Quidam autem interpretes dicunt neutrum eſſe verum: eſt.n. & ſine ſenſu imaginatio hircocerui ſed dixi, q̃ ſi circa ſenſilia eſt imaginatio, nõ eſt ſine ſenſu. Atqui eſt & opinio, q̃ dixit ſine imaginatione exiſtimare poſſe, vt eſt de diuinis opinio. Adde ergo, q̃ opinio, quæ eſt circa ea, quæ ſunt ex ſenſilibus, vel particularibus, imaginatione opus habet. Et vide, q̃ hinc habet imaginationem non eſſe idem, quod eſt opinio, et ſenſus, ſed eſt media, a ſenſu ſuſcipiens, & tradens opinioni: medium autem differt ab extremis: non quod idem ſit imaginatio, & opinio, & ſenſus.

Quod autem non eſt eadem imaginatio, & exiſtimatio, apertum. hæc enim affectio eſt in nobis, quando uolumus. eſt enim ante oculos id facere.

Opinionem exiſtimationem appellat: intelligentiam autem imaginationem. Dicit ergo dr̃iam opinionis, & imaginationis, q̃ imaginari quidem eſt in noſtra poteſtate: opinari autem non eſt. Vnde falſa quidem imaginari poſſumus: opinari nõ poſſumus. Bis enim duo quinque imaginari quidem licet: opinari autem non licet, niſi per diſſimulationem, vbi licet dicere.

Lingua iurauit mente iniurata tamen.

Quæ enim citra diſſimulationem quis opinatur, vt vera tenet: & non niſi ratione ſubuertitur. Quo quidem in loco apte dicitur.

Me ratio ſuaſit pharmacum quod optimum eſt.

Dubitant aũt nonnulli dicentes, Quid igitur, an non ſępe in viſa, & in phantaſmata, vel nolentes incidimus: non dicit, q̃ imaginari eſt in noſtra poteſtate: ſed, q̃ in noſtra eſt poteſtate imaginari, qm̃ volumus: & alioqui eſt in nobis imaginari, qm̃ volumus: non eſt autem in nobis, & quando non volumus. ſi ergo non eſt in nobis, qm̃ non volumus, imaginamur ergo & quando volumus.

Sicut ij, qui inter bona memoria præditos collocantur, & qui memoriæ gratia faciunt imagines.

Bona memoria præditos dicit, qui ex ſenſilibus typos accipiunt qui etiam ſunt veraces: imaginum autem factores, qui aliquid effingunt, qui etiam mentiuntur. Imaginatio ergo habet proportionem & conuenientiam cum imaginum factoribus: opinio vero cum bona memoria præditis. Ante oculos autem dicit, pro eo quod eſt, in promptu, vel ad manum.

Opinari autem non in nobis. neceſſe eſt enim eſſe falſum uel uerum.

In opinione, inquit, vel falſum oſtenditur, vel verum. Imaginatio autem etiam falſum habet, vt verum.

Præterea autem qm̃ opinati quidem fuerimus graue quidpiã, uel terribile, una protinus afficimur. Similiter & ſi quid ſit, quod audaciam, & confidentiam excitet. Secundum imaginationem autem ſimiliter non habemus, ut qui contemplantur in pictura horrenda, & quæ audaciam excitant.

Hic eſt differentia opinionis & imaginationis. q̃ in opinione quidem protinus timemus, ſi quid terribile opinati fuerimus. In imaginationem autem inquit, ſimiliter habemus. i. nec timemus, nec perturbamur: ſed ſicut nuper, ſic & tunc nos habemus, nihil immutati.

Sunt autem & ipſius exiſtimationis differentiæ, ſcientia, & opinio, & prudentia, & horum contraria. de quorum differentia alia erit oratio.

Exiſtimationem nunc cõius rationalem aĩam dicit. Habet autem ea, inquit, dr̃ias, quas poſtea dicemus: non q̃

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eas in alto velit tractatu dicere: sed, ꝙ talem differentiam inferius est dicturus. Nunc autem, inquit, oportet discernere imaginationem ab opinione, & sensu. & iam quidē ab opinione discreta est. oportet autem eam a sensu quoque discernere. Hoc autem tractat ea, quæ deinceps sequitur, cōtemplatio, si Deo placuerit. & in his est praxis: praxis, inquam, sexta.

De eo autem, quod est intelligere, quoniam aliud est quam sentire. eius autem hoc quidem imaginatio esse uidetur: illud uero existimatio: postquam de imaginatione definimus, iam de altero dicendum est.

Qm̄ per ea, quæ præcesserunt, discreuit Arist. imaginationem ab opinione: vult nūc ipsam imaginationem etiā a sensu discernere. Vnde & dubitare est operæprecium. si.n. tertij libri scopus erat, de rationali anima differere: & si irrationalis aīæ facultatum omnino meminit: earum propterea meminit, vt eas a rationalibus discerneret: quō nunc eas non a rationalibus discernit, sed ipsas discernit a seipsis? Imaginationem.n. nunc a sensu discernit, cum ambæ sint irrationalis facultates, & hæc est quidem dubitatio. Dicimus autem, ꝙ hoc fecit, vt sit perfecta oīo, ne quid intactum dimittat: vel quia deinceps est discreturus imaginationem ab opinione simul, & sensu. Qm̄ ergo nō erat futura aperta distinctio imaginationis ab opinione, & sensu, simul facta, nisi ea prius seorsum discreuisset: propterea cum prius sola opinione imaginationē discreuisset, vult nunc eam quoq; a sensibus discernere: vt deinceps sit aperta imaginationis discretio, qm̄ eam ab opinione, & sensu cōiter discernit. sex ergo rationibus discernit imaginationem a sensu: quarum hęc est prima. si idem esset imaginatio, & sensus: quoniā, qm̄ somniamus, imaginamur, oporteret nos tunc quoq; sentire. Atqui non sentimus, non est ergo idem imaginatio, & sensus. Quid.n dicis, ꝙ sensus, qui est pōtentia, sunt somnia? sed actus quidā sunt somnia. Qm̄ autem potentia est sensus, quiescit, & nō agit. sed neq; sunt eius sensus qui est actu. In somnis enim oīs sensus quiescit. Hoc est primum discrimen. Scdm autem discrimen a recenter natis infantibus assumptum est. Videmus enim, ꝙ in lucem nuper editi infantes ſm sensum quidem agunt: sensus.n. nobis ineſt: ſm imaginationem autem non agunt. si ergo in lucem nuper editi infantes, ſm sensum quidem agunt: ſm imaginationem autem nō agunt: Differt ergo sensus ab imaginatione. Et vndenam clarum erit, ꝙ nuper nati infantes non operantur ſm imaginationem? Eo qđ in principio cuiusuis vbera sugunt, etiamsi sint bouis, vel cuiusuis alius: postea autem matris tantum. hoc autem non fieret, nisi ꝙ typos materni vberis a principio non reponunt, sed postea. Et nō solum ex hoc ostenditur propositum: sed & ꝙ, cū iampridem igni assueuerint, & vsti sint, ad ignem rursus accedunt. Hoc autem fit, eo, ꝙ non agat imaginatio. si.n. ageret, combustionis, quæ iāpridem fuit, typum susciperet, & non se secundo admoueret. Ex hoc ergo ꝙ igni se admoueant, & cu iusuis vbera fugant, clarum est, ꝙ ſm imaginationem nō agunt. Tertiū discrimen est a vermibus, & muscis, & formicis. ecce.n. hęc sensum quidem habent: imaginationem autem non habēt, vt declarant eorum incessus errores. errant enim, vtpote ꝙ imaginatio viæ ab eis prīdem confectæ typos non susceperit. hoc est tertium argumentum. Videtur autem & hoc ipsum, & secunda ratio iis esse cōtraria, quæ in secundo libro dicta sunt. Illic.n. dicebatur, ꝙ vbi est sensus, illic est & appetitus, & vbi appetitus, illic & imaginatio, vtpote p medium appetitum imaginatione sensum oīno sequente. quō ergo dicit vermes sensum quidem habere, imaginationem autem non habere? Vel forte etiam vermes habet imaginationem, sed confusam, & exilem: & eo ꝙ est exilis, non operatur. nō sunt autem vera, & quæ hic, & quæ, illic sunt: quæ illic quidē, ꝙ vbi sensus, omnino & imaginatio: quæ hic autem, ꝙ non vbi sensus, iam & imaginatio. est.n. exilis & confusa. Est aliud quoq; eiusmodi dubiū operæprecium mouere. Esto vermes non habere imaginationem: cur & muscas, & formicas dicit non habere imaginationē? In hoc enim fallitur habent enim & formicæ imaginationem, vt declarat, ꝙ sciant suas cauernulas, quas subeunt. Atqui & apes habent imaginationem. sciunt.n. suos alueos, & in iis mellificant. Si ergo operatio ipsa dicit ea habere imaginationem: quō dicit ipse ea imaginationem non habere? Hæc est dubitatio, ad quam dicemus esse duplicem imaginationem: Hanc quidem recordatiuam: illam ꝟo quæ doceri potest, per q̄ docemur: q̄ Pſitacus quoque habet: Per eam enim humanum sermonem docet. Qz̄ ergo imaginationem ab his aīalibus aufert Aristoteles? & dico, ꝙ non recordatiuam, sed eam quę doceri pōt. Hoc est tertium discrimen. Quartum discrimen est, quod a modo cognitionis procedit. Sensus.n. circa res, quæ sunt, operatur. Imaginatio vero etiā circa ea, quæ non sunt. & propterea accidit quidem sensui ſm naturam habenti semper esse verum: imaginationi autem aliquando falli, fingunt.ur n. & quę non sunt, perinde ac si essent. & hæc est quarta differentia. Quinta est differentia, quæ dubitationi veluti se opponit. Hanc.n. dubitationem quispiam fortasse moueri, ꝙ idem est sensus, & imaginatio: qm̄ exilem sensum, & qui in alia non cadit, imaginationem vocamus. Cum itaq; quispiam aliquem procul videt, dicit, vel imaginor, vel hoc procul aspicio. Vnde si ipsum non videāt, qui astant, ei dicunt: imaginaris amice: pro eo, ꝙ est exiliter aspicis. Vides ergo, qūo exilis sensus imaginatio dr̄. Ad hanc ergo dubitationem veluti occurrit Aristot in quinta differentia, & dicit. Non quoniam exilis sensus imaginatio ex consuetudine dicitur idem esse existimandum est imaginationem, & sensum. Si.n. idem esset, non solum exilis sensus deberet dici imaginatio. sed & exactᵃ. Nunc autem nemo dicit exactum sensum imaginationē. non est ergo idem sensus & imaginatio. Sexta deinceps; & vltima differentia: Si clausis oculis aliquem accipiamᵃ; hic colores quidem non videt. Qūo enim potest videre clausis oculis? & tamen imaginatur colores. Si ergo non cooperantur, non est idem sensus, & imaginatio. Recte autem accepit Arist. aliquem, qui oculos clausit: & non accepit cæcum. Si.n. cæcum supposuisset, fortasse & cæcos a natiuitate intellexisset: qui quidem omnino de coloribus non imaginantur: eo ꝙ ipsos typos non habeant. sex sunt ergo differentiæ: a somnis a recenter natis infantibus: a vermibus: & muscis: & formicis: a modo cognitionis: a dubitatione: a claudentibus oculos. Et in his primum caput adimpletur. Secundum caput est, in quo discernit imaginationem ab oībus facultatibus animæ rationalis Earum.n. aliæ quidem sunt semper veræ, vt intellectus, & scīa: aliæ vero aliquādo quidem veræ, aliquando vero falsæ, vt cogitatio, & opinio. Imaginatio ergo a semper veris quidem differt, quatenus ipsa, aliquando etiam fallitur: illæ autem sunt veræ. Ab iis autem, quæ aliquando quidem veræ sunt, aliquando vero falluntur, differt: quatenus illæ quidem sunt in rationalibus aīalibus, hæc vero nō solum in rationalibus, sed in irrationalibus. Et vndenam clarum fiet, dicet quispiam, ꝙ & cogitatio, & opinio non sunt irrationalibus animalibus? Hinc deinceps nectuntur syllogismi, ꝙ opinio non est irrationalibus. & est hic primus syll̄s in secunda figura nexus. Quę habent opinionem, habent & fidem. irrationalia aīalia non habēt fidem. Irrationalia ergo aīalia non habent opinionem. Vnde autem fit apertum, ꝙ irrationalia nō credunt? Deinde nectitur alius talis syll̄s. Irrationalia non persuadentur. Quæ autem persuadentur, ipsa sunt quæ credunt. Fidei.n. effectiua causa est persuasio: & finis persuasionis est fides. Est hic ergo syllogismus, vt eum resumam, in prima figura. Irrationalia non persuadentur. Quæ non persuadentur, fidem non habent. Irrationalia ergo fidem non habent. Sed & ad hoc quoque dubium mouemus. Quonā modo oñdetur irrationalia non persuaderi? Atqui videmus serpentem adiurationis parentem seipsum in ignem inicere. Rursus leo cicur, & mansuetus efficitur parens venatori, & equus domitori. Ad hæc autem dicimus, ꝙ serpens non persuadetur: sed a sacramentorum necessitate vel inuitus ducitur. Nec leo, nec equus, nec quodcūq; mansuescit, persuadetur: sed assue-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſcit. Non eſt autem idem perſuaderi, & aſſuefieri. Aſſenſus.n. eſt genus cõe perſuaſionis, & aſſuefactionis. ſed aſſuefactio quidem fit quadam aĩali inclinatione: Perſuaſio autem fit cognitione. Quæ aũt manſuescunt non perſuadentur, ſed aſſuefiunt, eo ꝙ aſſentiuntur. Perſuaderi.n. vt dictum eſt, fit per rationem: & eſt rationalis aĩæ. Aſſuescere autem non eſt ſolum rationalis aĩæ, ſed & irrationalis. Et in his eſt contemplatio. De eo autem, ꝙ eſt intelligere, qm̃ aliud eſt, quã ſentire, dictum eſt iam ſuperius, ꝙ eius, quod eſt intelligere, nomine indifferentes vtitur, nunc autem intelligere dicit imaginationem, & exiſtimationem. Vnde & ipſum in hæc diuidit, & ait quod de prima imaginatione, quæ proprie dr̃, & non ex metaphora in ſenſibus, & de exiſtimatione diximus.

Si utique eſt imaginatio, ſecundum quam diximus, uiſu aliquod nobis fieri, uel non: ſi quid ſecundum translationem dicimus: una eſt horum potẽtia habitus, ſecundum quem iudicamus, & ueraces ſumus, uel fallimur; Hæc ſunt ſenſus, opinio, intellectus, ſcientia.

Qm̃ ſuperius dixit, in nobis eſſe imaginari quicqd volumus: idq; in ſpontanea imaginatione quadrabat: eſt autem & imaginatio, quæ nobis fit inuitis: ex viſis autem aſſumitur. i. ex ſenſilibus: & non ſolum eſt ſpontanea, q̃ merito dixit ex translatione, qm̃ ex iis, quæ ſunt, tranſfert figmentum eius, ꝙ non eſt, ex equo, ℣. gra. & tauro hippocentaurum: ſi ergo eſt imaginatio, quæ nobis fit in quitis: non ergo, ꝙ volo, imaginor: ſed vna quadam iudicatiua facultate falſum, vt falſum, imaginor, & vera, vt vera. Hac.n. ratione diſcernitur falſum a veritate: & opinio etiã & ſenſus ſic diſcernit falſum a veritate, ꝙ cognoſcat, ꝙ res ſunt. Tales aũt ſunt ſenſus opinio, intellectus, ſcientia. ſed dicet quiſpiam, qũo dixit ſuperius intellectum ſemper eſſe verum: nunc autem dicit, eum etiam qñq; falli? ait.n. ſm quem iudicamus, ſi veri ſumus, vel fallimur: vt ſcientia, & intellectus, & cum iis, quæ aliqñ falluntur, enumerauit intellectum, & ſciam. Et dicimus, ꝙ non oĩbus quæ dicta ſunt, conuenit verum, & falſum: ſed his quidẽ verum vt intellectui, & ſciæ (hæc.n. verum iudicant) illis vero vtrunq;, & verum, & falſum, vt opinioni & ſenſui. Aliam quoq; dr̃iam aſſequi poſſumus intellectus, & ſenſus. primum quidem hanc: Nam, quæ operatur ſenſus, opera, & intellectus, etiam ſenſu melius. neq;.n. abſurdũ exiſtimes, vt intellectus qñq; circa particularia verſetur, circa ea autem, quæ operatur intellectus, ſenſus non operatur. Nempe ſubſtantiam quidem nouit intellectus: ſed ſenſus ſubſtantiam non aſſequitur. ſecundo autem, ꝙ ſenſus propriam operationem non nouit. Intellectus autem nouit & propriam, & aliorum. Intellectus quidem circa vniuerſale operatur, & habet intus ſenſile: ſenſus autem circa particularia, & eſt, videlicet, extra.

Quod itaq; non eſt ſenſus imaginatio, ex his eſt manifeſtum. ſenſus.n. eſt facultas, uel operatio: ut uiſus & uiſio. Apparet aũt aliquid, & ſi neutrum eorum adſit, ut quæ uidentur in ſomnis.

Hic eſt primum diſcrimen ſenſus & imaginationis. Dixit autem ſenſum in id, ꝙ eſt potentia, & id, ꝙ eſt actu: & dicit imaginationem non eſſe idem, ꝙ ſenſus potentia, neque quod actu ſenſus. Potentia quidem, qm̃ in ſomnis manifeſte agimus: tunc autem ſenſus eſt potentia, & non agit. ſed neq; actu, qm̃ nunquam imaginaremur in ſomnis. nunc autem imaginamur, qm̃ ſunt potentia in ſomnis, & non actu. Quare non eſt idem imaginatio, quod ſenſus ſecundum actum. Si itaque oſtenſum eſt non eſſe eandem cum ſenſu potentia, neq; cum ſenſu, qui actu eſt: differt ergo ſenſus ab imaginatione.

Deinde ſenſus quidem ſemper adeſt, non aũt imaginatio.

Hic eſt ſecunda differentia ſenſus, & imaginationis.

Si autem actu idem, omnibus contingeret animalibus ineſſe imaginationem, uidetur aũt non ut formicæ, uel api, uel uermi.

Hic eſt tertia differentia. Quidam autem exiſtimarunt, ꝙ qm̃ ſenſum diuiſit id id, quod eſt potentia, & id, quod eſt actu, imaginationem a ſenſu, qui actu eſt, hic diſcernit. Sic.n. habet eorum diſcretio: Si idem eſſet imaginatio, quod ſenſus: oporteret quicquid habet actu ſenſum, imaginationem quoque habere: quod quidem non videtur. Imaginationem enim habere dicimus, quæ eam habent articulatam, & perfectam, vt poſsint aliquid etiam diſcere. Vermis autem, & formica, etſi habent imaginationẽ, ſed exilem tamen eam habent, & inarticulatam. Si ergo hæc non habent imaginationem, non eſt idem, videlicet, ſenſus, & imaginatio. Quidem autem dixerunt eum recte dixiſſe: Si autem actu idem: potentia enim poteſt imaginatio, & ſenſus idem eſſe. a ſenſu enim aliquando imaginatio ſuſcipit.

Deinde hi quidem ſunt ueri. plures autem fiunt imaginationes falſæ.

Hic quartam dicit dr̃iam ſenſus & imaginationis.

Deinde nec dicimus, quando exacte circa ſenſile agimus: hoc uidetur nobis homo: ſed magis, quando nõ aperte ſentimus, tunc uel falſa uel uera.

Hic eſt quinta differentia.

Et quod prius dicebamus, apparent uiſa uel oculos claudentibus.

Hic eſt ſexta differentia. Nonnulli autem dicunt, eum velle imaginationem a ſenſu, qui eſt potentia, diſcernere. Eſt autem hoc diſcrimen, ꝙ clauſis quiſpiam oculis colores imaginatur, Si enim, interim dum clauduntur oculi, eſt viſus potẽtia, imaginatur autem: & rurſus, poſtquam aperti ſunt oculi, imaginatur: non eſt idem imaginatio, .ſ. & ſenſus qui eſt potentia. Propterea autem dixit, Qd prius dicebamus, qm̃ ſuperius lucernarum quoq; meminit ſuper præ oculis manentium, quæ quidem & ſunt ſenſiles. vt quæ videntur: & non ſenſiles, quoniam abeſt ſenſile: & imaginatio, qm̃ eas clauſis oculis videmus: & non imaginatio, quoniam ſenſilis frequens ictus ſunt lucernæ. Vbi autem adeſt ictus, imaginatio non operetur. Si ergo quando ipſa lucerna non eſt ſenſus, eſt imaginationis, & quando eſt ſenſus, non eſt imaginationis: non ergo idem imaginatio & ſenſus.

Atqui neque eorum, quæ ſemper uera ſunt erit, ut ſcientia, uel intellectus. Eſt enim imaginatio etiam falſa. Reſtat ergo *uidere, an opinio.*

Hic eſt ſecundum caput, in quo diſcernit imaginationem ab intellectu, & ſcientia. Nunc autem intellectum cogitationem audiendum. Vide autem quomodo eius expoſitionem tanq̃ argumentum, appoſuit. ex eo enim, quod ſemper verus ſit intellectus, & ſcientia. imaginatio autem aliquando fallatur, diſcernuntur. Reſtat ergo, videre, an ſit opinio.

Eſt.n. opinio & uera & falſa. Sed opinionẽ quidem ſequitur fides Non contingit enim ea aliquem opinari, quibus non uidetur credere. *Nulli aũt brutorum ineſt fides: ſed multis imaginatio.*

Hic vult oſtendere, ꝙ non eſt idem imaginatio, quod opinio. Et eſt operæpreciũ dubitare, quomodo, cum hoc ſuperius oſtenderit hoc etiam rurſus oſtẽdit. & num dicere poſſumus, ꝙ quoniam magnam inter ſe habent ſocietatem, propterea ſæpe eorum dicit differentiã? Hoc enim inter ſe commune habent, ꝙ extremitates primorum eædem ſunt cum primis poſteriorum, vt nullum ſit vacuum. Extremitas autem rationis opinio. Irrationalis vero prima eſt imaginatio. Quare ſunt propemodum eædem. Dico autem & aliud, ꝙ ambæ, & opinio, & imaginatio, circa verum, & falſum verſantur. Quare & hac in re ſocietatem habent: & propterea earum dicit differentiam. Hæc autem ſic ſyllogiſtice diſcernit: imaginatio vel omnibus ineſt irrationalibus ſecundum ea, quæ iam pridem dixit Ariſtotcles, dum omnibus irrationalibus obſcuram, & exilem imaginationem inſerit: vel nonnullis, prout nunc Ariſtoteles non in quouis irrationali exactam ponit imaginationem. Si ergo imaginatio vel ineſt aliquibus irrationalibus, vel omnibus: Opinio autem

nulli

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nulli ineſt irrationali: non eſt ergo idē imaginatio, & opinio. Eſt in tertia figura connexio. Sed opinionem quidē ſequitur fides. Hoc quoque eſt differentia ab imaginatione, & demonſtratio vnius propoſitionis ſyllogiſmi, quæ dicit ꝙ opinio nulli ineſt irrationali. Vbi enim opinio & perſuaſio, & fides, & perſuaſum eſſe non enim contingit opinantem aliquem ijs, quæ opinatur, non credere. Vbi autem perſuaſio, & fides, ratio. Ratio autem non ineſt in irrationalibus, non ergo in irrationalibus opinio. Perſuaſio autem eſt operatio eius, quod perſuadet, ad id quod perſuadetur. Fides autē eſt effectus, & cognitio eius, qđ perſuadetur. Perſuaſum autem eſſe exilis, & imbecilla cognitio, & via ad opinionem. Opinio autē, quæ poſt hæc confirmata eſt mentis conceptio. Nulli autem brutorum ineſt fides. Dubitarunt de equo, quomodo timet flagellū & equorum domitori ſubijcitur? nonne perſuaſione? & diximus, ꝙ non per perſuaſionem, ſed per quandam aſſuefactionem. Quoniam ſemper verberari conſueuerat, ex eo & aſſentitur. Diximus enim aſſenſum eſſe cōmune genus perſuaſionis, & aſſuefactionis. Rurſus aūt dubitatū eſt, & quomodo ſerpens adiurationi paret, ſi perſuaſionē non habent irrationalia? Diximus autem, ꝙ ne ſic quidē perſuadetur. non enim ſermonem audit, ſed vocem. In ignem autem ſecedit iureiurando adactus, quoniam a ꝙbuſdam dæmonibus contenditur, qui iuſiurandum pertimeſcunt. Et vt ſemel dicam, quod perſuadetur, perſuaſione trāſmutatur. Perſuaſione autem tranſmutari eſt cognitionis. Cognitio enim circa idem non ſemper eodem modo ſe habet. Qui autem aſſueuit, ſemper eodē modo ſe habet circa idem. Equus enim ſemper timet flagellum. Cognitionis ergo non eſt aſſuefactio, neq; idem, quod perſuaſio. Quod autem cognitio non ſemper eodem modo ſe habet circa idem, clarum eſt. Araneam enim propterea non dicimus ex præmeditatione, ſeu præcedente conſultatione, & cognitione telam facere, quia ſemper eodē modo facit. Similiter & apes fauum. Si enim ex præcedē te eſſet conſultatione, hoc ipſum aliter, & aliter faceret.

Præterea omnem quidem opinionem conſequitur fides: fidē autem perſuaſum eſſe: Perſuaſionem autem ratio. nonnullis autem brutis imaginatio quidem ineſt, ratio non.

Illud, Præterea, videtur quidem iuducere aliud argumentum, ꝙ imaginatio differat ab opinione, non eſt autem: ſed eſt confirmatio primi argumenti, & in his praxis Dei gratia impletur, praxis Dei gratia ſeptima.

Manifeſtum igitur, ꝙ neq; opinio cum ſenſu, neq; per ſenſum, neq; connexio opinionis & ſenſus, ſuerit imaginatio. Per hæc autem eſt etiam manifeſtum, ꝙ nō eſt alia qnædam opinio, ſed illius eſt, cuius eſt & ſenſus, Dico autem, ex albi opinione, & ſenſu connexio, eſt imaginatio. Non enim ex opinione quidem boni, ſenſu uero albi.

Quoniam per præcedentia ab opinione & ſenſu imaginationem diſcreuit, & ſeorſum aduerſus vtrunq; eorū inſtitit: nūc vult oſtendere non eſſe imaginationem ſenſus & opinionis cōnexionem, neq; opinionem ſimul & ſenſum: nec opinionem per ſenſum. Hæc enim tria vult Ariſto. oſtendere non eſſe imaginationem. Oſtendit aūt imaginationem nihil horum eſſe per vnam rationem. Ne ꝙs autem exiſtimet hæc tria eſſe inter ſe eadem, habent enim inter ſe differentiam. Si enim dixero, imaginationem nō eſſe opinionem, ſimul & ſenſum dico non eſſe ex opinione & ſenſu connexionem, imaginationem, vt eius materijs Si autem dixero, opinionem eſſe imaginationem cū ſenſu, vtraque effectiua accipio imaginationis, vt ſi duo ſint medici ſanitatis effectiui. Quare hoc primum quidē dicit. non eſſe imaginationis effectricē opinionem, & ſenſum ſimul Si aūt dixero, nō eſſe imaginationē, opinionē ſenſum, hoc dico, nō eſſe imaginationis effectiuā cauſam per opinionem, quæ effectiua cauſa facit imaginationem per inſtrumentariam cauſam ſenſus, vt ſit opinio quidē effectiua cauſa imaginationis, ſenſus autem inſtrumentaria vt medicus phlebotomo id eſt ſcalpello, quo vena ſcindi tur, ſanitatem facere dicitur. Si ergo dixero, non eſſe imaginationem opinionem, hoc dico, non eſſe opinionem effectiuam cauſam imaginationis per inſtrumentariam cauſam ſenſus. Sed neque eſt connexio opinionis & ſenſus imaginatio id eſt materialis cauſa imaginationis, opinio, & ſenſus. Sicut enim materia mulſi eſt connexio vini & mellis, ſic & imaginationis materia eſt connexio opinionis, & ſenſus. Non eſt autem connexio, quoniam non vtique ſeruata opinio, & ſenſus facit imaginationem, ſed commixta. In duobus autem primis membris & opinio & ſenſus ſeruabatur, & quando erant vtraque effectiua, & quando erat vnum quidem effectiuum, alterum vero inſtrumētarium. Imaginatio ergo neq; eſt opinio & ſenſus ſimul, vt ſint ambo effectiua: neq; opinio per ſenſum, vt hoc quidem ſit effectiuum, illud vero inſtrumentariū. Sed nec connexio opinionis, & ſenſus, vt ſint ambo materialia. Quod nihil horum eſt imaginatio oſtendit Ariſtoteles per vnam huiuſmodi rationem. Opinio, inquit, cum ſenſu pugnat. nulla res autem ex duobus inter ſe pugnantibus, & in pugna operantibus conſiſtit. Non conſiſtit ergo imaginatio ex opinione, & ſenſu. Quod autem pugnat opinio & ſenſus, hinc clarum eſt. ſenſus remum in aqua confractum videt Opinio autem in eo ipſo inſtāti illum ſaluum eſſe credidit. Opinio ergo pugnat cū ſenſu. Rurſus, ſolem quidem viſus vnius pedis videt, & in eodem inſtanti oſtendit opinio eum eſſe tota terra multis partibus maiorem. Nihil autem ex pugnantibus in eodem inſtanti conſiſtit Nec imaginatio ergo componitur ex opinione, & ſenſu. Si enim circa idem opinio quidem vera eſt, ſenſus autem fallitur, ex ijs autem imaginatio cōſiſtit, erit ergo circa idem & vera, & falſa quod quidem ē abſurdū. Sed dicit quiſpiam, nunquid etſi opinio ſic ſolē exiſtimat per ſe operans, ſed tamen quando ſenſui connexa fuerit, cū eo commutatur, & fallitur? ſenſus enim habet dominationē, ſiquidē circa ſenſilia illi ſemper ſunt cōfœderati, & iureiurando aſtricti Quando enim inuenta fuerit opinio cum ſenſu conſentire, & non amplius pugnat, vno ſcilicet ex pugnantibus corrupto, non eſt abſurdum aliquid ex ipſis componi. Ad hoc ergo dicimus quod opinio quatuor modis corrumpitur, vel opinante corrupto, vt moriente homine, vel re opinabili mutata, vt ſi nunc opinor Socratem ſedere, & ſurgat Socrates, corrupta eſt ſcilicet ꝙ ipſe ſedeat, opinio, vt vera. Vel ergo opināte corrupto, vel re opinabili mutata, corrumpitur vera opinio, Corrumpitur autem opinio etiam ſubſequente obliuione, vel contraria opinione primam deijcīente Nunc autem nihil horum quatuor conſecutum eſt ne ꝙ enim homo opinatus interijt, neq; opinabile mutatū eſt. Sol enim manſit, vt eſt terra multis partibus maior. neque obliuio inceſſit Quando enim vult aſtronomia, cogit te ſolē terra maiorem dicere. Neque contraria opinio primam deiecit. Manſit. n eadē ēt cogens, Si ergo manent quatuor regulæ quæ opinionē nō corrumpunt: mā ſit ergo, & nihil ex pugnatibus corrūpitur, Eſt hæc ergo ratio Ariſt. Oſtendit autē imaginationē ex opinione & ſenſu non componi, ꝙ nihil expugnantibus cōponatur. pugnāt autē opinio & ſenſus, nō componitur ergo imaginatio ex opinione & ſenſu. Et hæc quidem eſt ratio Ariſto. Poſſumus autem & alias tres rationes extra aſſequi, quæ Ariſtotelis ſententiam vtentur. Quarum hæc eſt prima. Si imaginatio compon tur ex opinione, & ſenſu, oporteret irrationalia animalia nō habere imaginationē, eo ꝙ opinionē nō habēt, ex qua ſm nos imaginatio cōponitur. Qđ aūt non habent opinionē irrationalia, in præcedentibus iā fuit manifeſtum, qñ dicebamus opinionem eſſe rationalis animæ partē. Irrationalia autem animam rationalem non habent. ergo nec opinionem. Hæc eſt prima rō. Secunda ratio. Opinio, vt res continet, ſic & opinat. Sed ſenſus vt plurimum ē verus. Imaginatio aūt admodū ſæpe fallitur. Imaginatio ergo nō cōponitur ex opinione & ſenſu. Hæc aūt oratio falſa ē vt arbitror Cōtingit. n. aliq̄d eſſe i cōpoſito, ꝙ nō ē in ſimplicibus ſicut in animaliū corporibus ē color, uerbi gratia, ruber, q̄ nō erat in elementis. nō eſt ergo abſurdū, ēt imaginationē cōponi ex ſenſu & opinione, q̄ non fallantur, ipſam aūt fal

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lí.eo ꝙ ſit aliquid in compoſitó,qđ non eſt ī ſimplicibus. Quare hæc rō non eſt valde neceſſaria. Tertia ratio his ac cedit hæc.Nihil ex ijs,quæ non ſunt in noſtra poteſtate, compoſitum,eſt in noſtra poteſtate. Si itaque opinio nō eſt noſtra poteſtate.Sed neq; ſenſus ī noſtra poteſtate eſt, neq;.n.fieri poteſt, vt ſi adſint colores,, & ſit illuminatus aer,nec ſint clauſa cilia, vt non videamus, & ruſrus fieri non poteſt,vt qui albū videt colorē,nigrū videat,vel ſu/ ſcum,vel quid eiuſmodi. Si ergo ſimplicia,quæ ſunt opi nio,& ſenſus,non ſunt in noſtra poteſtate.Nec ergo ima ginatio,quæ ex his cōponitur in noſtra eſt poteſtate. At qui imaginatio eſt in noſtra poteſtate.effingo enim homi nem,qui vertice cœlum attingat, & hircoceruū. Si ergo imaginatio eſt in noſtra poteſtate,non ergo cōponitur ex opinione,& ſenſu. Nihil.n.eorum quæ ſunt in noſtra po teſtate,cōponitur ex ijs,quæ in noſtra poteſtate nō ſunt. Hæc eſt & tertia ratio Nos aūt oñdimns, ꝙ neq; opinio nis,& ſenſus commixtio eſt imaginatio.Si.n.eſſet horum cōmixtio,oporteret duorum mediū cognoſcere imagina tionē.& qm̄ opinio quidē ſolē cētū ſeptuaginta partibus eſſe terra maiorem dicit:ſenſus aūt ſolē vnius pedis nouit, deberet imaginatio, vt quæ ſit horum vtrorumq; extre morum media, cognitionē effugere, & dicere ſolē centū partibus eē terra maiorē. At qui hoc non dicit. Non eſt ergo imaginatio cōmixtio opinionis & ſenſus. Et hæc q dem in his. Videtur aūt Ariſtoteles aduerſus Platonem hæc dicere,ꝙ imaginatio nō ē ex cōmixtione opinionis, & ſenſus. Videtur.n Plato in ſophiſta dicere, imaginatio nem eſſe ex opinione & ſenſu. Sed nunquid hoc nō dicit Plato:ſed qm̄ imaginatio media eſt inter opinionē,& ſen ſum,ſolēt aūt media ab extremis dici fieri, propterea hoc ſic dixit.Nam & Timæo aīam dicit ex indiuiſibili ſubſtā tia fieri,& diuiſibili. Atqui indiuiſibilis non miſcetur, ſed quia inter hæc media eſt aīa, ꝓpterea dicit eā eſſe ex his cōpoſitā. Vel dic,ꝙ nec dicit eam quæ eſt proprie, ima ginationē,nēpe facultatē,ſed falſa viſa,quæ vera eſſe vidē tur,illic dicit viſa.Hic ẽſt.n.cuentus ſermonis,qui in ſophi ſta habetur.Cum diceret Socrates ſophiſte,Es præſtigia/ tor,verſaris.n.circa id.quod non eſt,reſpondens ſophiſta dicit.Secūdū te ergo,eſt,id,quod non eſt, ſiquidē circa il lud verſor.Quicquid.n.eſt,circa quod quis verſatur,& il lud eſt.Si ergo verſor circa id, quod non eſt. eſt ergo id ꝙ non eſt.Hæc cū dixiſſet ſophiſta,Socrates reſpondit,ꝙ multis modis eſt non ens,ſeu id,quod non eſt, Vel indi cibile,quod non vllo modo:nec vlla ē ratione, vel quod ſecundum diuerſitatē,& alteritatem, vel quod eſt ſubſtā tia maius,quod ſuper ſubſtantiale dicitur, vel ꝙ eſt ſub/ ſtantia deterius,quod dicitur particeps ſubſtantiæ. Dicit aūt & non ens ſeu ꝙ nō eſt,quod falſum eſt. Et multas il lic falſi differētias dicēs dicit & vnā ſpēm falſi quæ eſt circa ea,quæ apparēt vera, vt in remo fracto, quod quidē falſum dixit imaginationē ab opinione & ſenſu, quæ eſt horum media Nam & opinio & ſenſus eſt verus, vt plu rimum aūt ſenſus.Hæc pro Platone. põt aūt dici Ariſto. reprehendis Platonē,qui hæc dicit,cū ipſe dixeris exilem & obſcurum ſenſum,imaginationem,,& opinionē a ſen ſu & imaginatione differre dicas,eo quod hæc præcedāt opinionem. Hæc ergo cū dicas quomodo alios carpis? Et in his cōtemplatio Dei gratia impletur.Per hæc autē. Quid ſibi vult hoc verbum, quod nunc dixit. per hæc? an per ea quæ ſunt dicenda,vel per pręteritā? Si.n.oſten ſum eſt opinionē & ſenſum, & nō eſſe in noſtra poteſta te:nō eſt ergo ex his imaginatio ſic.n.fiet, vt ipſa non ſit in noſtra poteſtate, cur dicit, ꝙ ſi omnino eſſet imagina tio ab opinione & ſenſu, oporteret eas circa idē verſari? Opinionem dico & ſenſum?Non .n.opinio, ꝙ Socrates eſt iuſtus:& ſenſus,ꝙ ipſe ē albus, facit imaginationem, ſed oportet opinionē & ſenſum exiſtimare. Socratē eſſe iuſtum,& quando ambo circa idem fuerint, nō oportet hoc quidem per ſe eſſe,illud vero per accidens.vt opinio quidē Socratē rationalē opinatur,ſenſus vero per accidēs vt exiſtimet eſſe albū,ſed oportet vt & ipſe rationalē pu tet,& per ſe.Quare opinio,& ſenſus ſi circa idē verſentur & ambo per ſe,ſi oīno fieri poſſet, facerēt imaginationē.

Apparere itaq; eſt opinari,id quod ſentit non per accidens.

Apparere,pro eo quod eſt, ſmaginari, accepit, quaſi diceret. Imaginari ergo ſecundum eos qui dicunt eſſe ex connexione,eſt ex opinione,& ſenſu, & recte adiectū eſt illud:Non per accidens,vt per ſe ſentiat ipſum ſenſus, vt paulo ante dictum eſt.

Atqui apparent & falſa de quibus ſimul ueram habet exiſtimationē. ut apparet quidem ſol unius pedis, creditur autem eſſe maior terra habitabili.

Hic redarguit eos q dicunt imaginationem eſſe ex con nexione opinionis,& ſenſus. Ait.n.ſi ita eſſet,quoniā ſen ſus ſolem vnius pedis videt:opinio autem eum terra mul tis partibus maiorem eſſe putat, eueniet imaginationē ve rum & falſum dicere,quod eſt abſurdum. Exiſtimationē autem vocauit opinionem.

Euenit ergo,ut uel ſuā ueracē opinionē,quā habebat,amiſerit reſeruata,nō obliuiſcens,neque alia perſuaſione trāſmutatus.

Hic incipit enumerare,quot modis poteſt quis amitte re opinionem.Sunt aūt quatuor, quos nos in cōtēplatio ne diximꝰ.Dixit aūt reſeruata,vt oñdat,opinionē,& ſen ſum operantem non lædi.Et oportebat dicere,ſeruantem & ſeruato,& ſeruata,vt ſeruantem quidem,ſit ad opinan tem,ſeruato autem ad opinabile: ſeruata vero ad opera tionem.Si enim hæc ita ſint,non læditur opinio.

Vel quia habet,neceſſe eſt eam eſſe ueram,& falſam.

Abſurdum hic dicit.Ait enim quod ſi quidem habet eandem opinionem,& non perijt ex vna earum regula rum,quæ poſſunt eam perimere ſcilicet ſecundum nos q ea dicimus imaginatio conponitur ex veris ſimul, & fal ſis,quod eſt abſurdum,falſo quidem ſenſu ſolem uidēte, vera autem opinione, quæ illum multis partibus terra maiorem cognoſcit.

Sed falſa fuit,quando res,quæ incidit, obliuioni data eſt.

Hic dicit,ꝙ cōtingit ſimul opinionem & ſenſum falli, ſi obliuio inciderit, & fiat veluti mutatio rei opinabilis.

Non eſt ergo unum horum quidpiā, nec ex his imaginatio.

Non ergo,inquit,per ſe ſenſus,nec opinio eſt imagina tio,nec ex his,hoc eſt, nec ex connexione opinionis, & ſenſus, & in his praxis, Deo fauente, impletur praxis, Deo eſt gratia, octaua.

Sed quoniam eſt hoc moto,ab hoc moueri,imaginatio quidā motus eſſe uidetur,& non ſine ſenſu fieri.

Hæc præſens quarta cōtemplatio docet,primum qui dē qđ eſt imaginatio,& merito.Nam cum ſupius dixerit quid nō eſt,nunc dixit quid eſt, & propter aliud hoc fa cit,quia eius inſtitutū eſt ea, quæ in anima irrationali ra tionis ſpeciem præ ſe ferunt docere. Quoniam ergo ſupe rius de imaginatione nō docuit,nunc docet. Quod enim imaginatio rationis ſpeciē præ ſe ferat, declarat eo quod ea mens paſſiua dicatur. Propterea ergo docet, quid eſt imaginatio,Deinde in quibus conueniant imaginatio,& ſenſus.Et vt veriſimile.dubitauerit quiſpiam, dicens ma gis oportere dicere, quid cōmune habeant quæ longe di ſtāt opinio & imaginatio.Eſt enim dialectica ratio, quod oportet dicere,quid cōmune hēant,q̄ ſunt valde remota. Eſt aūt valde remota opinio ab imaginatione ſiqdē hæc qdēirrōnalis ē animæ,illa vero rationalis.Senſus vero nō multum diſtat ab imaginatiōe. Sunt enim vnius animæ, dico aūt irrationalis:cur ergo dicit, in quibus hæc cōmu nione habeant?Dic ad hoc, ꝙ hoc merito fecit. Quoniā .n.ſuperius dubitabatur, cur cū propoſuiſſet irrationales a rationalibus diſcernere,nūc irrationalē a ſeipſa diſcernit. Vt ergo oſtendat bonā eſſe,quæ ſupius facta eſt,diſcre tionē,propterea dicit horum inter ſe,cōmunionē: & hoc eſt ſecūdū caput.Tertiū eſt caput,in quo q̄rit, cur imagi natio dicitur.In quarto aūt capite quærit, cur ipſa nobis ab opifice data eſt.Incipiemus a primo, & dicemns,qđ ē imaginatio. Sed antea aliq̄d prius præſumamus, q̄ nob ad definitionem conferat. Scire ergo oportet, ꝙ ſicut in ijs,quæ ſunt, hoc quidem ſolum mouet, illud vero ſolū mouetur,alia aūt mouet: & mouentur,ſic eſteriam in no

bis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bis. Solum enim mouens eſt ſenſile quod mouet & mouetur, ſenſus, mouetur enim a ſenſili, mouet aũt imaginationem. Quod aũt ſolum mouetur in irrationalibus, imaginatio: ĩ noƀ autẽ a ſenſu mota mouet opinionẽ. His prius aſſumptis ſcire oportet, imaginationem eſſe facultatẽ ſuſceptricem per medium ſenſum ſenſilium formarum, & hec eſt definitio imaginationis. Statim autem aduerſus eam ex ipſo limine dubium mouent, quod hac ratione imaginatio nihil differt a cõiſenſu. Nam & cõis ſenſus eſt facultas ſuſceptiua ſenſilium formarum per medium ſenſum. Si quis autem dicat hanc definitionem cõi ſenſui nõ conuenire. Ipſe enim abſq; medio nouit differentiam albi, & dulcis ſimul ſenſibus operans, & non per medium ſenſum: Dicimus illi cõtra, ꝙ etiam ſi ſimul ſenſibus operatur, ſed tamen non ea citra medium apprehendit: ſed a uiſu quidẽ albi typũ ſuſcipiens, a guſtu aũt typũ dulcis & iudicans dicit differentiam. Quare non conuenit ei præſens definitio. Dicimus aũt ꝙ imaginatio quidem eſt ſuſceptiua formarum per omnem ſenſum intermedium, & cõem & particularẽ: Cõis aũt ſenſus per ſolũ intermediũ particularem ſenſum eſt formarũ ſuſceptor. Hæc eſt itaq; differentia cõis ſenſus & imaginationis. & hæc eſt ſolutio. Quod aũt vera eſt hæc definito, & per intermedium ſenſum imaginatio operatur, ex cæcis apertũ eſt. Qui enim ſunt a natiuitate cæci, de coloribus nihil penitus imaginãtur. Similiter, & qui ſunt a natiuitate ſurdi, de coloribus quidnam imaginẽtur? Clarũ eſt ergo, quod imaginatio ſemper per ſenſus intermedios operatur. Vnde & dubitare eſt operæpreciũ. Quid igitur? nõne quædã effingit imaginatio, quæ ſenſus non nouit? hircoceruũ videlicet, & hominem vertice ad cœlum pertingentem ſenſus quidem nõ nouit, & tamen imaginatio hæc effingit. Quare & effingit, que ſenſus non nouit imaginatio, & ſine ſenſu operatur. Hæc eſt dubitatio, ad quam dicimus, quod etiã quando effingit, principiũ ſumit a ſenſu. Qm̃ enim ſeorſum vidit hircũ, & ſeorſum ceruũ, accepit hæc principia, quæ ſunt ſimplicia, & compoſitũ effinxit. ſi aũt ẽt hominem effingit vel cœlũ attingentẽ, ſed prius nouit hominẽ qui eſt in ſingularibus. Hæc ergo ita ſoluenda dubitatio eſt. Et alioqui etiam recte dixit, per medium ſenſum, propter id, qđ intercedit. Nam & ipſum eſt ſuſceptiuũ ſenſiliũ formarum, ſed non per mediũ ſenſum. Ne putes autẽ ſenſum propterea eſſe meliorem imaginatione, quoniam per ipſum imaginatio operatur. Nõ enim vt imaginationis effectiuus, ſenſus ei conducit, ſed ſolũ vt ſeruiẽs, vt id, quod intercedit. Quare non eſt melior. Eadem ratione dicit imaginationem eſſe meliorẽ opinione, quandoquidem ea ſeruit opinioni. Atqui inconfeſſo eſt opinionem eſſe meliorem, vt quæ ſit rationalis animæ, cum imaginatio ſit irrationalis. Quando autem dico imaginationem eſſe ſuſceptricem ſenſilium formarum, ne putes ei typos a ſenſilibus imprimi, a ſecundis enim delerentur primi typi ſed tantum rõnes ſuſcipit. Ex eo aũt ꝙ dictum eſt imaginationẽ per ſenſum ĩtermedium operari, colligit Themiſtius, oſtendi imaginationem nõ ſolũ per ſenſus operari, ſed vna cum illis. Si enim inquit, operantibus ſenſibus ex eis typos ſuſcipit, non ſimiliter ac vias inanimatum, ſed ſimul ac ſuſceperit, ea cognoſcit: imaginatio. ſ. ſimul cum ſenſu operatur, quid, idq; in contextu Ariſto. dicere oſtẽdemus. Male aũt dicit. Non enim quando imaginatio a ſenſibus formas ſuſcipit, tunc & operatur, ſed poſtquam ceſſarunt ſenſus, tũc imaginatio operatur. Etenim ſi ſimul cum ſenſu operaretur, quid a cõmuni ſenſu differret imaginatio? communis enim ſenſus eſt, qui ſimul cum ſenſibus particularibus operatur. Quamobrem imaginatio poſt ſenſus operatur Oportet enim eum formas a ſenſu ſuſcipere, & ſic operari. Si itaq; ſenſus non miſerint, non operatur imaginatio. Oportet ergo eam operari, poſtq; ceſſarint ſenſus. Et dubitari merito poteſt, ccce fixis oculis ſolem aſpicio. & typũ ad imaginationẽ transmitto, & p maneo vna alia hora ſolem contemplans, & imaginatio interea operatur, dum fixis oculis ſolem intueor, Verum enimuero cõtemplatio, ſecundum quam formã miſi ad imaginationem ceſſauit. Quare poſt ſenſum opatur imaginatio, & cõfirmatũ eſt, quod dicit Ariſto. Et in his primũ caput completur. Scđm eſt caput, ĩ quo dicit, qđ cõe inter ſe habeant imaginatio & ſenſus. Nũc aũt ſcire oportet, eadem hẽre ſenſilia imaginationẽ & ſenſum, & ſimiliter vtraq; circa eadẽ verſantur. Sicut. n. hẽt ſenſus: & cõia, & ꝓpria ſenſilia, & per ſe, & p accidens, vt iam dictũ eſt, ſic & imaginatio circa ea verſatur. hæc eſt prima ſocietas. Secunda eſt ſocietas, ꝙ ſenſus ſemp quidem eſt verus circa ꝓpria ſenſilia: minus aũt circa ea, quæ ſunt per accidens, & adhuc minus circa cõia ſic & imaginatio, & hæ ſunt duæ ſocietates ſenſus, & imaginationis. Atq; hæc qđẽ Ariſt. Duæ aũt dubitationes iure moueri poſſunt, quarũ hæc eſt prima. Quomodo nũc dicit Ariſt. imaginationẽ circa ꝓpria ſenſilia ſemper eſſe veram. cũ ipſe ſuperius dixerit, imaginationẽ nõ eſſe ſemp verã, ſed aliqñ ẽt fallic? Et hæc eſt quidẽ dubitatio, ad quã dicere poſſumus eſſe duplicẽ imaginationẽ, hãc quidẽ, quæ formas tantũ ſuſcipit, & eſt veluti receptaculũ, illa vero, quæ effingit, & depingit, quod vult. Quare ergo formas ſuſcipit, ſemp vera eſt, & de ea verũ eſt, ꝙ hic dicitur, imaginationẽ ſemp eſſe verã circa ꝓpria ſenſilia. Quæ aũt quicquid vult effingit, ea eſt quæ fallitur. Qñ. n. ea quæ nõ ſunt, effingit fallitur. Et hac rõne ſuperius dicta vera ſunt, ꝙ imaginatio fallitur. Hæc eſt prima dubitatio, & eius ſolutio Secunda dubitatio Qũo ſuperius dixit circa cõia ſenſilia magis verum eſſe ſenſum, q̃ circa ea, quæ ſunt ſecundum accidens. nunc aũt cõtrariũ dicit, ꝙ circa ea, quæ ſunt per accidens, magis eſt verus, quã circa cõia? Et hæc eſt quidẽ dubitatio? Vt aũt ipm Ariſtotelẽ, nec ſecũ, nec cũ rebus ipſis pugnantem ſtatuamus, dubitationẽ ſic diſſoluemus, ꝙ ſunt vt ſuperius etiam dictum eſt, duplicia ſenſil a per accidẽs, & indiuiduæ ſubſtantiæ, quæ nulli ſenſui penitus ſunt ſubiecte. ſed ex ijs, quæ ſunt in ipſis, accidẽtibus intelligitur: Vel eſt per accidens ſenſile, quod alij ſenſui ſubĵcitur vt viſui dulce. Eſt enim per ſe guſtui ſenſile. Cum ergo ſic duplex ſenſile per accidens, poteſt & quod hic dicitur, eſſe verum, & quod ſuperius dictum ẽ. Si enim per accidẽs ſenſile acceperit indiuiduas ſubſtantias, verum eſt. quod ſuperius dictum eſt. Magis enim verus ẽ ſenſus circa cõia ſenſilia, q̃ circa indiuiduas ſubſtantias. Quod autem magis verus eſt ſenſus circa cõia ſenſilia, quam circa indiuiduas ſubſtantias, liquet ex hoc, quod magis afficitur ſenſus a cõibus ſenſilibus. A cõibus enim ſubſtantijs nihil omnino patitur, a ſubſtantia enim quatenus ſubſtantia, nihil patiur ſenſus, a cõibus aũt ſenſilibus patitur, vt iam oſtẽſum eſt. Diſgregatur enim a magna, & cõgregatur a parua magnitudine, Similiter & ab alijs patitur: A quo autem afficitur ſenſus, hoc magis cognoſcit. Quod autẽ magis cognoſcit, circa illud verus eſt. Circa communia ergo ſenſilia magis verus eſt ſenſus quam circa indiuiduas ſubſtantias, & hac ratione verum eſt, quod ſuperius dicitur. Si autem ſenſile per accidens acceperis aliud ſignificatum eius, quod eſt per accidens, quod eſt alio ſenſu ſenſile, magis verus eſt, quam circa cõmunia ſenſilia. Hoc autem ſic oſtẽditur. Quod ei quod eſt ſemper verum, eſt propinquum. eſt verius eo, quod nõ eſt propinquũ. Semper autem vera ſunt propria ſenſilia. Quod autem eſt alio ſenſu ſenſile, eſt magis propinquũ, vt oſtendam, proprijs ſenſilibus, quam communia ſenſilia. Magis ergo verum eſt, quod eſt alio ſenſu ſenſile, quam comunia ſenſilia. Qđ autem hoc eſt magis propinquum, non eſt difficile videre. Sciendũ. n. ꝙ neq; ꝓpria ſenſilia, neq; q̃ ſuntalio ſenſu ſenſilia, ſunt a materia ſeparabilia, quare ſunt inter ſe ꝓpinqua, eo ꝙ a materia nequeãt ſeparari. Neq; n. albedo q̃ eſt ꝓpriũ ſenſile viſus, nec dulcedo, q̃ ẽ ꝓpriũ ſenſile guſtus, põt ſine materia ĩtelligi. Cõia aũt ſenſilia põt ſine materia intelligi. Is. n. materia ſeparata Philoſophi mathematicas diſciplinas conſtituerunt ex cõibus. n ſunt ſenſibus mathematicæ diſciplinæ. Si ergo, quæ ſunt alio ſenſu ſenſilia, ſunt magis ꝓpinqua proprijs ſenſilibus quam cõia ſenſilia, Quæ aũt ſũt magis ꝓpinqua ꝓprijs ſenſilib', magis vera ſunt. Quæ ſunt ergo alio ſenſu ſenſilia, qđ ẽ vnũ ſignificatũ eius, qđ eſt p accidẽs, magis vera ſunt cõibus ſenſilibus. Quare verũ eſt hoc quod dicit, circa ea, q̃ ſunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

per accidens, veriorē esse sensum, quā circa cōia sensilia. Et rursus verum est, ꝙ superius dictū est circa cōia verio rem esse sensum quam circa ea, que sunt per accidēs. Sciē dū aūt, cōia sensilia esse & crassa & exacta. Vt.n.ab vno sensu cōprehensa, sunt crassa, vt aūt ab oībus exacta. Qđ autem vno sensu non exacte cognoscuntur cōia sensilia, declarant preter nauigantes, qui terrā moueri putant, na uigium autem stare. Ecce ēnim circa id, quod quiescit, er rabant, hoc est terram: & circa id, quod mouetur, hoc est nauigium, eo ꝙ hæc solo visu voluerunt cognoscere, Et est alioqui videre nos circa quietē errantes. Quæ.n.sunt semper mobilia, astra stare putamus. Et circa numerū ēt errat visus: existimans quæ i diuersis sunt sphæris: in vna esse. Ecce.n.dicimus lunam esse in ariete, vel in tauro, in alia aūt sphæra nēpe in primo mobili, est taurus: & in alia luna. Porro & circa figurā, & magnitudinē erram⁹. Quę enim sunt procul quadrangula, & magna, parua existi mamus, & rotunda, eo quod anguli non appareant. sed dicet quispiam quod quantum quidem ab hoc attinet, nec ea, quæ sunt per accidens, cognosci possunt. si enim dicis ꝓpter lōginquitatem cōia cognosci non posse, nec quæ sunt per accidens, propter longinquitatem videbun tur. quod enim qui procul accedit, albus est: scimus autē, quod Thætetus, vel Socrates, nescimus. Ad quod dicere possumus. quod quæ sunt per accidens. solum propter longiquitatem non videntur, cōia aūt ne ex propinquo quidem, ut sunt, videntur. Ecce enim dictum rudentem, qui est rotundus, perpendiculariter contemplati, eum exi stimamus esse recta extensum. Iam & in pictura videmus alba quidem eminentia nigra vero, vt insculpta, & ideo mămas quoq; albas faciūt. Huius aūt figura cā est solutū ē ergo & hoc, & in his secūdum caput completur. Tertiū caput est, in quo quærimus, cur imaginatio dicitur, & ea quidā Græce φαντάσια appellatur, quia status est sensiliū n maginatione, ꝙa ea ergo est τῶν φαινέντων στάσις .i. eorū iquæ apparuerunt status, ꝓpterea Græce dicitur φαντα σια. φαινεντα autem i. quæ apparuerunt, dicit oia manife stata sensilia. Omnium.n.sensuum typos suscipit, sed ꝙa visus est oībus melior, propterea ab ei subiecta a luce no minata est ἀπὸ τοῦ φαως .i.a luce.n. denominata est imagi natio, & in his tertium caput completur. quartum est & vltimum contemplationis caput in quo quærimus, cur nobis data est imaginatio, & quis est eius finis sciendum est ergo, quod irrationalibus quidē data est, vel, ꝙ ea ha beant, quod cum ratione proportionem, & cōuenientiā habet, vel quod per eam sibi alimentum parant. secundū imaginationē.n. operantes formicæ, prius parata hordei grana sibi ad alimentum recondunt. Rationalibus autem data est imaginatio, vel vt sit efficacius & accommoda tius corpus ad melioris susceptionem. Nisi.n.esse aptū ad suscipiendam imaginationē, quomodo etiam rationalem animam admitteret? Et propter aliud data est nobis ima ginatio, vt quando delirat ratio a quibusdam affectibus obruta, habeamus eā administrātem: vt ī morbis. in ebrie tatibus, quia non possunt fere secundum rationalē aīam operari, eo ꝙ non sit aptū instrumentū. Et in his & quar tum caput & contemplatio, & secunda sectio Deo fauen te completur, in qua rationalem animam ab irrationali se creuit. In prima.n.sectione irrationalis aīe discrimen ad se ipsam constituit. In hac autem presenti sectione, vt dixi mus, aiam rationalem ab irrationali secreuit. in sequenti aūt sectione aīam rationalem cōgregat ad seipsam, & co git sed qm̄ est hoc moto alterum ab hoc moueri, ab eo, quod presumitur, incipit, & dicit, quod quoniam in his, quæ sunt, est aliquid quod mouetur ab aliquo, & ab eo, quod motum est alterum mouetur, id quoque est in ani ma. sicut.n. videmus non rebus, quod vectem quidē ma nus mouet, vectis autē lapidem, sic sensus quidem a sensi li mouetur. ipse aūt mouet imaginationem. Postquam.n. sensus se sensili applicarit, & sensilis ipse formam suscepe rit, ipsam continet, & ei formæ se applicat imaginatio, & hac ratione fit imaginatio, vt inquit Plutarchus. Vnde & eā definit aīe motū, qui ab eo sensu, qui est secūdum actū proxime excitatur. Ne dubitaueris autem, quomodo no ctu forte imaginamur hunc hominem; tunc non operan te sensu. Manet.n. imaginatio habens typos a spectaculo, quod iam fuit, & ꝓpea, ēt nō operante noctu sensu: imagi nor. Illud autē, sed qm̄ est ad superiora Quoniā n. superi us dixit. nō esse opinionē, sensum, nunc dicit: sed qm̄ mo uetur a sensu imaginatio, ea fuerit facultas susceptrix sen silium formarum per medium sensum.

Sed sentientibus, & quorum sunt sensus. fieri autem potest motus ab operatione sensus.

Oportet, inquit, sentire, & sic imaginari. Qui.n sunt a principio manci, nō imaginantur, & ideo dixit sentienti bus. Quare aūt dixit: Et quorū sunt sensus? ꝓpter eos, q̄ nō sunt ex natiuitate quidē cæci, sed visum amiserunt cir citer secūdum annū priusq̄ imaginari sint. Ii enim nō pos sunt de coloribus imaginati. Et ij ergo, quibus est sensus, si eum a principio amiserint, non imaginatur. Quāobrē de ijs, quæ in nos nō cadunt per sensus, nō est magīari.

Et hanc esse sensui similem necesse est, nec sine sensu hunc mo tum esse contingat, neque non sentientibus in esse, & multa per eam & facere & pati quod eam habet, & esse & uera & fal sa, Hoc autem propter hæc euenit.

Hic est secundum caput in quo dicit, quid cōe habeāt imaginatio & sensus, cū nōdum definierit, quid est imagi natio. Vnde rursus recurrit, & eam definit, & sic rursus latius, in quonam societate habeant, dicit. Nunc ita dicit necesse esse, vt imaginatio sit similis sensui, eo quod fieri non potest, vt sit sine sensu imaginatio, quæ est circa sen silia. Recte autem additur, Contingat, ne quis putet, quod non contingat sine sensu imaginari? hoc enim ne cessario sequitur. Et multa per eam & facere & pati? quod eam habet. Recte dixit. Multa: non enim oīa faci unt secundum imaginationem, sed quæ eam habent, sine ratione, secundum eam agunt. Vt formicæ per eam im pelluntur, vt nutrimentum cogant. sed nec̄ semper pati mur secundum imaginationem. Quando.n. coeuntes se men emittimus nihil prius imaginati, vt aliquando no bis in somnis accidit, tunc non ab imaginatione patimur Recte ergo dixit, quod neque facimus, neque patimur omnia per imaginationem, & vide quod priusquam cō pleuerit, in quibusnam inter se conueniant, quis est finis imaginationis, percurrit. Et este vera & falsa. Ad societa tem rursus reuertitur. Dicit ergo, ꝙ societatem habent sen sus, & imaginatio in eo, quod est verum esse, & falli. Qđ aūt, hanc habēt societatem, id illis euenit quod habeant ea dem sensilia, & ea similiter apprehendant.

Sensus propriorū quidem uerus est, uel quā minimū falsi bñs.

Nunc tutius dixit quam superius dixerat, superius .n. dixit sensum non omnino falli circa propria sensilia. Hic autem dicit eum aliquando etiam falli. Cur autem dicit sensum parum habere falsi circa propria sensilia? Propter eorum paruitatem. nigri enim guttam multo albo com mixtam non potest discernere.

Secundū autem est eius, cui hæc quoque accidunt, & hic falli contingit.

Secunda sensilia, inquit, quæ sunt per accidens. Et du bitamus, si per accidens sensilia substantias esse dicimus, quomodo dicimus eas accidisse, cum sint substantiæ? Di cimus nihil esse absurdi. Quo enim mō dicimus, Accidit domino esse hominem, eodem modo & nunc dicimus substantiam accidere coloribus. Ecce.n. illic hominem, q̄ est subā, dicimus accidisse domino, quod est accidēs ꝓter naturam prædicantes. Et hic aūt dixit, ꝓ eo quod est, in imaginatione. Nam & in ea sunt sensilia per accidens.

Quod enim album, non fallitur, si autem hoc album, uel ali quid aliud, fallitur.

Hic rursus de sensu disserit. Quod enim est album, no uit visus. Est enim album uisus proprium sensile circa pro pria enim sensilia est omnino uerus, cuius aūt est hoc albū vtpote cuius individuæ substantiæ, nunquid Cleonis, vel Alcibiadis, fallitur, neque enim nouit hoc album an sit Cleonis, etiam si nouit, quod est simpliciter album.

Tertiū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Tertium autē communium, & eorum quæ ſequuntur accidentia, quibus inſunt, ppria. Dico aūt, ut motus, & magnitudo, q̄ ſenſilibus accidunt, circa q̄ eſt maxime decipi ſecūdum ſenſum.

Tertium, inqt ſenſile coīa ſunt ſenſilia. Deinde volens declarare q̄ nam dicit, inqt ea quā ſequuntur ſenſilia per accñs, in q̄bus & ppria inſunt. Per accñs.n. ſenſilia eſſe dicebamus indiuiduas ſubas. In indiuidua aūt ſuba eſt motus, magnitudo, & alia communia ſenſilia, ſicut & propria. Color enim in indiuidua ſubſtantia.

Motus autem, qui fit ab operatione, differet a ſenſu, qui eſt ab his tribus ſenſibus.

Hic dicit ſecundum quod eſt cōe ſenſus, & imaginatio nis. Legendum eſt autem, quod hic dicitur, in hyperbato Motus inquit, qui fit a ſenſu, q̄ eſt ſecundum opationem hoc eſt imaginatio quæ ab his tribus dictis ſenſibus excitatur, ſenſu priorum, & ſenſu per accñs, & ſenſu communium, Hæc ergo, inqt, imaginatio differt ab oībus ſenſibus. ex quibus facta eſt, ſi q̄dem manifeſtū eſt aliud eſſe id, q̄ omnino fit p̄ti ſenſili, ab eo, quod aliquando ēt ab ſente. Habet autē, inquit, verum & falſum iuxta ſenſuum proportionē, & cōuenientiam. Sicut .n. in illis: qui dictus eſt primus propriorum ſenſilium, verus eſt, ſic & imaginatio tali maxime ſenſu preſente vera fuerit, ſicut duo, q̄ reſtant, ſenſus, & ſenſus per accidens, & ſenſus communium, ſunt aliquando quidem veri, aliquando vero falſi, ſic itaque habeant & quæ ſunt ex illis, imaginationes, ſiue ſint præſentes ſenſus, ſiue non

Et primus quidem præſente ſenſu uerus. alij autem, & præſente, & abſente, ſenſu, falſi fuerint: & maxime, quando ſenſorium procul fuerit. Si ergo nihil quidem aliud habēt, quæ dicta ſunt, quā imaginationem: hoc eſt autem, quod dictum eſt: imaginatio fuerit motus a ſenſu, qui eſt ſecundum actum.

Ex hoc dicto colligens Themiſtius dixit, q̄ ſimul cum ſenſu imaginatio operatur, quia dicit præſente ſenſu veram eſſe imaginationem. Si ergo nihil aliud habent, quæ dicta ſunt, quam imaginationem, Imaginatio autem eſt quæ habet quæ dicta ſunt, quæ quidem ¦eius complent ſubſtantiam. dico autem definitionem, Imaginatio. ſ. eſt motus, qui fit a ſenſu ſecundum actum, & conſidera, vbi imaginationē definierit, cum tot & tanta interea dixiſſet.

Quoniam autem uiſus eſt maxime ſenſus: nomen quoque ἐκ τῦ φάους ideſt imagiatio, φαντασία ideſt a luce accepit: quia ſine luce non eſt uidere, & quoniam permanet, & eſt ſimiliter ac ſenſus.

Hic vult imaginationis dicere etymologiam.

Multa ſecundum eā agunt animalia. Hæc quidem, quod nō habeant intellectum, ut bruta.

Poſtquā dixit, cur imaginatio dicatur φαντασία: vult etiam dicere, cur data ſit nobis. Hæc quidem, q̄ non habeat intellectum, vt bruta. Sciēdum, q̄ id, quod eſt in nobis intellectus, hoc in irrationalibus eſt imaginatio. Nos enim a ſenſilibus abducti, p̄ intellectū operamur. Irrationalia aūt per imaginationē, ſenſilia .n. celeriter ſeparātur. Intellectus autem, & imaginatio ſemper eſt in ijs, quæ habent. Imaginationem aūt duplicē arbitratur. Plutarchus & eius q̄dem, finis qui eſt ad ſuperiora, ſed eius principiū eſt finis cogitatiuæ facultatis. Alius autē eius finis eſt vertex, ſeu cacumen ſenſuum. Imaginatio ergo intellectui, & cogitationi nihil conſert, ſed etiam cōtra ab intellectu, & cogitatione expurgatur, & quod eſt eius imperfectū, ab illis perficitur, ſed & ab illis ad veritatē deducitur, quatenus natura aptum eſt habere veritatem. Vnde imaginatio & vbique ſequi vult, & vna commoueri, rationis, & veritatis volens eſſe particeps Admirabilis autem Plutarchus pulchrum ipſius exemplum quoque dixit. Vnde id etiam eſt operæpreciū referre. Dicit enim quod ſi cut ſunt duæ lineæ, ¦que in vno puncto ſe inuicem attingunt, ſic eſt ſuperior pars imaginationis, quæ cogitatiuæ facultati connectitur. Sicut enim ille punctus & idem eſt, & alius, idem quidem, vt vnus, alius autem, eo quod & cū ſuperiori recta accipi poteſt & cum inferiori, ſic imagi natio poteſt vt vnum, & vt duo accipi, eo q̄ ſenſilium q dem, quod eſt diuiſum. in vnum cogit, quod aūt diuinorum eſt ſimplex, & vt dixerit quiſpiam, ſingulariū, in typos quoſdam, & diuerſas formas effingit & exprimit.

Illa uero, q̄ nonnunq̄ intellectus obtegatur & obruatur affectu, uel morbis, uel ſomno, ut homines. De imaginatione ergo quid ſit, & quam ob cauſam ſit, hucuſq̄ dictum ſit.

Recte dixit, Obtegatur, in nobis. n. ſemper eſt intellectus & operatur. Occultatur autem nonnunquam propter morbum, vel iram, vel ebrietatem, ea enim ipſum obſæpiunt, & intercludunt, vt cognoſci non poſſit eius operatio. Si autem hæc ita habent, ſatis clarum eſt eum opinari eſſe immortalem aīam rōnalem. Non enim dixit eam in delirio pati, ſed obtegi. Et in his, Dei gratia, ſecunda ſectio, & praxis completur.

De particula autem animæ, qua & cognoſcit anima, & eſt ſapiens, & prudens, ſiue ſit ſeparabilis, ſiue non ſeparabilis ſecundum magnitudinem, ſed ſecundum rationem conſiderandū quam habet differentiam, & quoniam modo fit intelligere.

Poſtquam animam irrationalem a rationali diſcreuit, nūc aggreditur ipſam animam rationalem a ſeipſa diſcernere. Itaque in rationali tria quærit. Primum quidem, an ſit corruptibilis, vel incorruptibilis. Secundo aūt rationalē aīam diſcernit a ſenſu. Nec dubites, quomodo cum ſuperius diſcreuerit ſenſum ab anima rationali, nunc hoc rurſus facit. Quoniam enim ei confert hæc diſcretio, ad oñendū, quod eſt æterna rationalis anima eā, propterea dicit. Deinde tertiū caput quærit: quōmodo fit ītelligere. Præſens autem conſideratio duo prima capita quærit. Incipit autem a ſecundo capite ideſt a differentia rōnis, & ſenſus eo q̄ ipſa confert, & argumēti rōnem obtinet ad oſtēdendum, q̄ eſt immortalis aīa rōnalis. Volens autem vrgentem facere dīam, primū dicit, in quo conueniant rō, & ſenſus. Nec dubites q̄ cū ſupius dixerit, quid rōne habeāt, hoc quoque nunc dicit. Scias enim q̄ eorum ēt cōio, & ſocietas confert ad offendendum immortalē animam. Incipit, ergo a communione rōnis, & ſenſus. Et primā quidē cō munionē dicit, q̄ ſint ambo potentia, & rō & ſenſus, & quod nec aīa habet rōnes intelligibilium, nō pictæ. n. tabulæ ſimilis eſt ſecūdū Ariſt. nec ſenſus habet rationes ſenſilium, ſed typos tantum, & formas ſuſcipit. Senſus n. ſenſile non apprehendit, ſed typū aliquē ſenſilis. Subſtātiā. n. nō aſſequitur ſenſus. Rōnalia vero aīa, & ſi ītelligat ſubſtantiā, ipſa tamen non hēt typos intelligibiliū & hæc eſt prima cōio. Secunda cōio. Si eſt potentia & rōnalis aīa, & ſenſus, ſed rōnalis quidē ſecūdum aptitudinē ſenſus vero ſecundum habitum, ſed ambo tñ potētia. Si ergo ſunt oīno potentia, p̄ affectionem veniunt ad operationē. eſt ergo in eis cōe, q̄ afficiuntur, ſeu patiuntur. Sed q̄n affici, corruptibilē oſtenderet rōnalem aīam, propterea dicit, q̄ afficiūtur affectione, quæ ea perficiat, nō corrūpat. Non .n. ſecundū ſubſtantiā afficitur, ſed ſecundū operationē. Cognitio .n. eſt mentis operatio, quæ mutatur ab eo, quod eſt potentia, in id, quod eſt actu. Et hæc eſt tertia cōio, q̄ ambo habeant perfectiuos affectus. ſed vt ex cōione intelligas æternitatē aīæ, ſciendum eſt aīam ¦prie magis affici perfectiua affectione, quā ſenſum. Senſus .n. corrumpitur ab exceſſibus, aīa aūt magis ab exceſſibus exercetur, quod eam declarat immortalē. Neq̄ .n. vnquam corrumpitur. Hæ ſunt quidem communiones. Differt autem ſenſus ab anima rationali, quod ſenſus quidem circa magis ſenſilia operans, circa minora hebetatur. Rationalis aūt aīa circa ea quæ magis ſunt, operās, circa minora plus operatur. Vt ſi viſus immoderatū viderit albū, vel labyrinthi ſpēm præ ſe ferentē figurā ex ijs afficitur, & minus album non apprehendit, intellectus vero, ēt ſi circa magna operetur, in ijs exercetur, & circa minora magis operatur. Et quæ eſt huius cauſa? Quoniam ſenſus quidē eget corpore, nec ſine eo opatur. Et quoniā id ab exceſſibus vel cōgregatur, vel diſgregatur, & afficitur, p̄ terea circa minora operari non poteſt. Intellus aūt cor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pore non indiget, vt illo affecto, afficiatur: sed circa præstantiora exercetur: & minora facile apprehendit. Porro id quoq; animæ æternitatẽ proclamat. Ex sensus itaq;, & animæ differentia ostensa est æternitas. Ostendemus aũt proprio quoq; argumento esse animã æternam, quod erat primum caput. Si omnia intelligit aïa, est æterna, Neq; n. si sit corpus, põt omnia intelligere: nec si forma materialis. Si est. n. corpus: est. n omnino tẽperatura quæ dam calida vel frigida. Temperatura aũt non intelligit similes temperaturas Ergo similes tẽperaturas non intelliget, & nõ erit oïa intelligens. Nam & tactus dicebatur nõ apprehendere, quod est similiter frigidum, vel calidum. Atqui eam dicis formã materialem, eamq; vti instrumento corpore. Sed si ipso vtitur instrumẽto, instrumentũ nõ intelliget, & rursus fiet, vt non oïa intelligat. Si aũt & ipsum intelligit, alio opus erit instrumento, idq; in infinitũ. Et alioqui instrumentũ confert illi, cuius est instrumentũ. Corpus autem animam impedit ad operandum. Nõ est ergo eius instrumentũ. Qm̃ ergo hoc quoq; dictũ est, in his contemplatio, Deo adiuuante cõpletur. De parte aũt aïæ,, qua aïa & cognoscit nõ põt ex hoc colligi id quod dicit Plutarchus, oẽs aïas esse vnã substantia multis facultatibus præditã, & hoc esse verum declarat, q; ipse dicit vnã partem aïæ rationalem. Partem. n. nũc dicit hoc modo. Qm̃. n. multa sunt, quæ conferunt ad constitutionem corporis, dicit, q; hæc quoq; vna est eorum quæ corpori conferunt pars animæ i. anima rõnalis. Qui. n. posset dicere vnã substantiã multis facultatibus præditã, cum anima posuerit corruptilẽ, & incorruptilẽ? Eiusdem autem substãtiæ nõ põt hoc quidem esse corruptile Sic ergo aduersus eũ dicere possumus. Ita ẽt aduersus Alexandrum, qũo intellectum partẽ dixit animæ. Quando ergo dicit intellectum æternũ, ne dicas eum dicere intellectum, qui exterius aduenit, eum enim dicit: qui est in nobis Sciendum autẽ q; intellectus tria quædam significat apud Aristotelem. Hæc autem tria aliter quidem dicit Alexander, Aphrodisieus, aliter vero Plutarchus. Sed Alexãder quidem primum dicit significatũ intellectus, intellectũ, qui est potentia, qui quidem est in pueris. In pueris enim est intellectus potentia. Secundum intellectus significatum, est intellectus secundum habitum, qui est in perfectis hominibus Perfecti enim homines, rerum deinceps cognitionem habentes, intellectum secũdum habitũ habere dicuntur. Tertium est significatũ intellectus, qui est actu intellectus, qui exterius accedit, qui est omni ex parte, perfectus, qui non est secundum habitum, vel secundum id, quod est potentia, vt etiam si simplex vt qui semper est. actu, qui omnia gubernat. Hæc sunt tria intellectus significata secundũ Alexandrũ. Plutarchus autẽ hæc non admittit. sed aliter dicit significata intellectus. Dicit enim, primum quidẽ significatũ intellectus, esse intellectũ secundũ habitũ, qualis est in pueris. Vult enim Plutarchus secundum Aristotelem pueros rerũ habere rationes, & rationalẽ aïam omnia scire, & disciplinas non esse proprie disciplinas, sed reminiscentias, & propterea dat in pueris intellectum secundum habitũ & rerum habentẽ rationes. Sed res, inquit, ignorãt, q; disciplina egeant, quæ disciplina est reminiscentia. Scdm intellectus signãtum est intellectus, q; est secũdũ habitũ, & secũdũ actũ, vt est intellus in pfectis hoibus. In ijs. n. est & secundũ habitũ: & fm operationẽ. Res n. iã didicit, & cognouit, & eas p disciplinã velut in memoriã redegit. Tertiũ significatũ, est intellectus qui est secundũ actũ tantũ, cuiusmodi est intellectus exterius aduenies, qui est pfectus. Hæc sunt tria intellectus signãta secundũ Plutarchũ. Hãmonius aũt vtrũq; reprehendit Alexã. & Plutarchũ, dicẽs vtrũq; admisisse & ꝓpriũ & cõmune erratũ, commune quidẽ, q; tertiũ intellectus significatum dixerunt intellectum secundũ operationẽ, q; est exterius, qui est vt verbo dicã Deus. Neq; enim Aristoteles nunc loquitur de intellectu, qui est exterius, cum nõ Theologicum tractatum instituerit. & alioqui nũc de intellectu verba facit, qui intellectus est pars animæ. Incipiens ergo dicit de parte animæ, qua intelligit, & cognoscit. Si ergo nunc dicit de intellectu, qui est pars animæ, quomodo hic significat eum qui est exterius intellectũ? Qui autem est exterius is non est pars animæ. Et quod hunc intellectum, qui actu est, ex intellectu: qui est in nobis potentia, dicit fieri, inferius ostendit. Qui autem exterius accedit intellectus, non est ex intellectu, qui est in nobis potentia. Si autem dicant, quod quando dicit intellectum omnia intelligere, de intellectu, qui exterius est differt: in hoc quoque falluntur Qui enim est in nobis potentia. intellectus, habet omnium intelligentiã, sicut & adumbratio in imagine habet omnium typos, licet non apros, omnium, quæ susceptura est. Et intellectus ergo habet omnium intelligentias, etiam si non apertas. Quãdo autem intellexerit, tunc apertæ fiunt. Quod autem, & quam dixit partem animæ, eam dicit æternam, inferius declarat, cum dicit. Hæc autem sola pars animæ, rationalis scilicet est æterna, & non aliæ. Vterque ergo cõmune hoc erratum admisit. Seorsum autem vnusque sic errat. Alexander quidem, quod nihil dictionis contextui vult addere: sed eum semper sequens, in contradictiones quoque nunc incidit. Accepta enim ex contextu occasione, putat ipsum intellectum, & eius substantiam esse potentia: & non dicit, quod secundum eius operationes est potentia, quemadmodum, qui est in pueris, intellectus, est secundum nos potentia eo, quod rerum formas nondum nouit: habet autem aptitudinem ad eas cognoscendas, & sic est potentia, eo quod eius actus nondum nouit ea, quæ sunt. Alexander autem ipsam intellectus substantiam dicit esse in pueris potentia, & hoc confirmat dicens, quod intellectus est potentia: Si autem est potentia, secundũ aptitudinem scilicet non habet formam, sed est tantũ materia. Quicquid enim est primũ potentia, est in materia. Intellectus ergo ẽ materia: & formã non habet, nẽ a forma perturbata, ad propriæ formæ cognitionem tendat, & formas sibi contrarias non cognoscat. Sicut enim perspicuum est coloris expers, vt nullo penitus retento, & circa omnem auaritiæ notam, colores subministret: sic & intellectus, inquit, est formæ expers, vt omnes formas cognoscat. Hæc quidem Alexander: valde autem errat. Si enim propterea est formæ expers, vt omnia, quæ sunt, cognoscat, certe si eam rationẽ oportet extendere, neq; vsquam vlla ratione esse deberet. Scit enim & id quod nullo modo est. Et non solum ex hoc Alexandrum subuertimus sed & ex ipso Aristotele. Ipse enim Aristo. animam formam formarum dicit, & hoc est proprium Alexandri erratum, quod intellectum formæ expertem dixit. Dicit enim, potentia esse eius substantiam in pueris. Quod est autem potentia, est formæ expers. Plutarchi autem proprium est erratum, quod, quæ sunt Platonis, Aristoteli tribuit. Est enim Plato, qui existimat, puerorum mentem esse secundum habitũ, & rerum habere rationes. non autem Aristoteles. Plutarchus autem existimat ipsum quoque Aristotelem hæc dicere. Qui fieri autem potest, vt non fallatur, cum id Aristoteles refellat? Puerorum enim intellectum dicit nondum pictæ tabulæ esse similem, eo quod sit aptus ad rerum rationes suscipiendas, non adhuc autem suscepit. Quare & communiter, & separatim errant Alexander, & Plutarchus. Age ergo nos veritatem dicamus. Sciendum ergo, nos opinari intellectum esse formam est enim intellectus puerorum, forma, qui potentia formarum est susceptor. Et quatenus quidem forma est, non est potentia. vt videtur Alexandro. Quatenus autem est potentia formarum susceptor, non habet rerum rationes, vt Plutarcho videtur. Dicamus ergo deinceps significata intellectus. Primum quidem significatum, est intellectus potentia ad res, sicut est in pueris. Est & intellectus secundum habitum. qui res scit, vt in perfectis, qui res sciunt, quiescunt autem & secundũ eas non operantur Tertium significatum est intellectus non qui exterius quidẽ venit, vt illi arbitrãtur, sed est simul secundum habitum, & operationem, sicut est intellectus perfectorum, qui res sciunt, & cognitionem tractant, & secũdum eã operatur. Sic nos ergo dicimus significata intellectus De particula autem animæ: qua anima cognoscit, &

est

eſt ſapiens, & prudens. Intellectum appellat particulã animæ, non quod ſit minima pars animæ. Sed vt ſi quis vniuerſum mundum enumerauerit, & cum ijs ſolem quoq; ſtatuerit. deinde poſtremo dicat ſolem eſſe vniuerſi particulam Recte autẽ dixit, quia anima cognoſcit, & eſt ſapiens & prudens. Anima enim & cõtemplatiuã habet partem, & actiuam, & per id quidem quoq; dixit, quia eſt ſapiens, & prudens, actiuam eius partem declarauit. per id vero quod dixit, qua cognoſcit, contemplatiuã. Quid autẽ vult dicere, ꝙ de ea parte animæ, qua cognoſcit, & eſt ſapiẽs & prudẽs, quærere oportet an ſit æterna vel nõ, ſiue ea ſit ſeparabilis, vel non ſeparabilis ſm magnitudinem ſed ſm rationẽ? Quidã autẽ pñtem cõtextũ ſic ſunt interpretati, ſiue ſit intellectus a corpore ſeparabilis ſiue nõ a corpore ſeparabilis, ſed ſolo ſit mentis ꝯceptu ſeparabilis, nõ autem etiam actu. Hoc eſt ergo primũ problema, ſeu diſputabilis quæſtio: An ſit intellectus ſeparabilis, & æternus. Plutarcho autem nequaquã placet præſens interpretatio, ſed eam quoq; valde damnat. Ipſe autem interpretans inquit, ꝙ Ariſtoteles volens dicere, ſiue ſit intellectus ſeparabilis ab imaginatione & ſenſu, ſiue eſt vna ſubſtantia, quæ ante intellectum quidem ſtatuit imaginationem & ſenſum, ſola autem ratione multa ſunt, hæc dicit, Quod enim ad ea reſpexit, lex hoc clarũ eſt, quod & ipſe nuper de his ceſſauit diſſerere. Neq; enim an ſit a corpore ſeparabilis, an nõ quærit. Qui enim imaginationem a corpore ſeparatam eſſe dedit, quomodo de intellectu, qui omnes tranſcendit facultates, dubitare poſſet an ſit a corpore ſeparabilis, an nõ? Magnitudinẽ autẽ accepit ſubſtantiam. Quare hæc eſt quoq; prima quæſtio an ſit intellectus ſubſtantia ſeparabilis ab imaginatione & ſenſu, an ſit vna omniũ ſubſtantia, & ſola ratione differunt. Quoniam autem meminit Ariſto. immixti, & impaſſibilis, & ſeparabilis, ad oſtendẽdum, quod eſt aĩa immortalis: Alexander hæc tria corrumpit. Primũ quidem Immixtum. Dicit enim eum immixtã dicere aĩam, quoniam lex eſt in ijs, quæ miſcentur, vt primum quidem p ſe ſint, & ſic cõmiſceantur. Ecce enim in mulſo primum q dem erat mel per ſe & vinum, & ſic deinde cõiuncta ſunt. Quoniam ergo non prius quidem per ſe exiſtens anima corpori cõmixta eſt, ſed ſimul cum generatione corpori cõmixta eſt, propterea immixtam dicit animam. Impaſſibilem autem, inquit, dicit, quoniam non ipſa animæ aptitudo paſſa eſt, ſed corpus ſecundum aptitudinem. Quoniam autẽ affectionem, ſeu paſſionẽ dicimus, ꝙ patiatur aptitudo, nunc autem non paſſa eſt, propterea ipſam dicit impaſſibilẽ. Separabilem autem, inquit, eam dicit ſecundum alteritatem, qua ratione omnino differt a corpore, vocans eam ſeparabilem. Hic autem male dicit. Qua enim ratione offendit animam rationalem, immixtã, impaſſibilem, ſeparabilem, eadẽ ratione in ſenſu quoq; oſtẽdi poteſt. Nunc autem a ſenſu rationem diſcernẽs, hæc dixit ineſſe rationali animæ. Non ergo ſenſui quoq; inerũt. Tu aũt hæc, tanquam animæ æternitatẽ ſignificent, & nõ vt Alexã. Si enim eſt æterna, omnino eſt & a materia immixta, & ab ea iſeparabilis, & impaſſibilis, & hæc quidẽ obiter. Præſens aũt dictionis contextus, vt diximus, dicit obiter primum caput in enumeratione, ſiue eſt incorruptibilis anima, vel non, conſiderandum quã habet differentiã, & quomodo ſit intelligere. Ex hoc quidẽ quod dicit, quam habet differentiã, ſecũdum caput enumerat: in quo vult dicere differẽtiã rationis, & ſenſus. Ex eo aũt, quod dicit, quomodo ſit intelligere, tertium dicit caput.

Si quidem intelligere eſt ſicut ſentire, uel aliquid pati fuerit a ſenſili, uel aliud tale. Oportet ergo id affectione uacare.

Hic incipit a cõmunionibus rationis, & ſenſus. & videtur qnidẽ a ſecunda cõmunione incipere, etſi inordinate. Oportebat enim eam, quæ eſt ex illo, quod eſt potentia, præcedere ex ea enim fit ſecunda communio. Si enim ambo potentia, Quod autem eſt potentia: vt actu ſit, paſſione, ſeu affectione opus habet: propterea & pati quoq; cõmune habent: Sed dici poteſt, ꝙ a prima communione incepit. Poſtquã enim dixit, ꝙ intelligere eſt vt ſentire, ſentire autem potentia: & intelligere ergo potentia. Inferit autem aperte dicit hanc communionem. Eſt autẽ, vt ſum matim dicam, eius quod hic dicitur, ſententia. Si eſt ſicut ſenſus intellectus, pro eo, quod eſt, ſi ſuppoſueris intellectum eſſe ſimilem ſenſui: omnino intellectus aliquid fuerit patiens ab intelligibili, vt ſenſus patitur a ſenſili. Si aũt non patitur ab intelligibili, aliud quid tale eſt, pro eo ꝙ eſt impaſſibilis. Quoniam enim durum eſſe videbatur dicere, pati aut affici rationalem animam: propterea dixit, vel tale aliud ideſt affectio & paſſio, quæ perficiat, & nõ quæ corrumpat. Deinde tanq; de ratione ſuum iudicium afferens, infert. Oportet ergo eſſe impaſſibile. Quare autẽ additur illud, Ergo non ꝙ formarum eſt ſuſceptiua ratione anima, propterea colligitur, eam eſſe impaſſibilem, & affectionibus non obnoxiam, hoc enim non ſequitur ſed quia dixit, Vel aliquid tale patitur, perfectiuam. ſ. & paſſionem, & affectionem, propterea collegit, quod quo ad hoc, eſt impaſſibile.

Suſceptiuum aũt eſſe formæ, & potentia tale, ſed nõ hoc. & ſimiliter habet, ut ſenſitiuum ad ſenſilia, ſic intelligens ad intelligibilia.

Hic falſus eſt Alexander, & exiſtimauit eum eſſe formarum ſuſceptiuũ: Dico autem intellectum, & eſſe potentia, ſed non hoc, id eſt, non formam. Male autem accepit illud: ſed non hoc Oportet autem illud, ſed non hoc, intelligere, ſed non actu hoc, quod intelligit, vt ſuperius diximus. Habet enim formam, vel potius forma eſt intellectus. ſed formam, quam cognoſcit, non habet actu, ſed potentia. Potentia enim eſt intellectus intelligibilia, & ſenſus ſenſilia, & non actu.

Neceſſe eſt ergo, quoniam omnia intelligit, eſſe impermixtũ ſicut dixit Anaxagoras, ut contineat, id eſt, ut cognoſcat.

Si vis, inquit intellectum omnia intelligere, eum a materia impermixtum præſupponere oportet. Si enim dixeris eum ex materia, ipſam non intelliget. Certe & ob eam cauſam tactus, quod eſt ſibi ſimile, calidum non apprehẽdit. Propterea autem & Anaxagoras, cum omnia eſſe ex ſimilaribus diceret, intellectum ex ijs non ſuppoſuit, vt omnia contineat ideſt vt omnia cognoſcat. Apud Anaxagoram enim κρατεῖν, ideſt continere, eſt apud Ariſotelem cognoſcere. & merito ea ex quibus eſt aliquid, ipſum nõ cognoſcit. Alterũ. n. eſſe vult id, qd cognoſcit, ab eo, qd cognoſcit. Alexãder aũt rurſus aliter intelligit. Ait .n. ꝙ ſi oĩa intelligit: eſſe formis impermixtus, & formã non habet. Nos autem cum adiecta circũſtantia dicimus, eum eſſe formis impermixtum, quas cognoſcit. Nam & ipſe ex ſeipſo quoque forma eſt. Ad hæc autem dixerit Alexander. Si ſecundum vos intellectus eſt impermixtus ijs formis, quas cognoſcit, quoniam & ſeipſum cognoſcit: dicitur autem ipſe eſſe forma: ergo & ſeipſo eſt impermixtus intellectus: quod eſt abſurdum. Nos autem ei dicimus, quod vt intelligens, ab eo, quod intelligitur eſt impermixtus & alius.

Quod enim intus apparet, alienum arcet. & intercludit. Quare fieri non poteſt, ut eius ſit alia natura, quam hæc.

Quid dicit? Quod ſi eſſet intellectus ex materia ipſa materia intus apparens, & intercludens, prohiberet ipſum intelligere non ſolum ſeipſum, ſed & aliena intelligibilia, id eſt alia, Non eſt ergo ex materia. Potes autem & aliter ipſum interpretari, & dicere. Si aliquas formas eorum, quæ cognoſcuntur, haberet actu intellectus, ſed nõ omnes potentia, perturbaretur, & non exacte cognoſceret. Sicut nec viſus, ſi ſit coloratum perſpicuum omnes colores exacte cognoſcet. Ac nos quidem ſic. Alexander vero dicit, quod hic etiam vult intellectum non habere formam ex ijs quoq; quæ infert. Ait enim non eſſe eius naturam, ſed tantum, quod eſt potentia. Nos autem dicimus, quod per hoc dicit non eſſe eius naturam Ariſtoteles, quatenus non eſt eius naturalis, vt actu habeat formas intelligibilium, vt Platoni videtur, ſed tantum potentia. Ipſe enim eſt forma, & actu eſt eius ſubſtantia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Qui ergo dicitur intellectus animæ (Dico autem intellectum, quo cogitat, & existimat anima) nihil est actu eorum, quæ sunt priusquam intelligat. Quare nec eum corpori esse mixtum rationi consentaneum, Qualitate enim præditus esset, calidus: uel frigidus: uel etiam instrumentum aliquod esset, sicut sensitiuo. Nunc uero nullum est.

Quoniam imaginatio quoq; dicitur mens passiua, dicit, ꝙ de ea nunc verba non facimus, sed de intellectu, per quem cogitamus, & existimamus. Intellectum autem hic communius dixit. per id enim quod est cogitare, cogitationem introducit: per id autem, quod est existimare, opinionem. Dicit, ꝙ intellectus nihil est actu, priusquam intellexerit, sed potentia, & potentia non eius substantia, sed actus. & propterea intellectus, non est corpus. esset enim qualitate præditus, calidus, vel frigidus. Neq; vero vtitur instrumento corpore. Potest enim magna, & parua similiter intelligere: quod sensus vtens instrumento, corpore, facere non potest.

Et recte quidem ii, qui dicunt animam esse locum formarum nisi ꝙ non tota, sed intellectiua, neque actu sed potentia formæ. Quod autem non est similis affectionum uacuitas sensitiui, & intellectiui, manifestum in sensorijs, & sensu. Sensus enim sentire non potest ex uehementi sensili, ut sono, & magnis sonis: nec ex uehementibus coloribus, & odoribus, uidere, & odorari. Sed intellectus, quando aliquid intellexerit ualde intelligibile, non minus intelligit, quæ sunt minora, sed etiam magis. Quod est enim sensitiuum, non sine corpore: intellectus autem separabilis. Quando autem sic unaquæq; fiunt, ut sciens dicitur, qui est secundum actum.

Laudat Platonem. Quoniam enim superius dixit, ꝙ suscipit anima formas intelligibilium, & sic operatur, propterea laudat Platonem qui dixit animã esse locum formarum. Sed cum in duobus reprehendit: primum quidẽ ꝙ omnem animam dicit locum formarum, & non solũ rationalem, etiam si pro Platone dici potest, ꝙ solum rationalem animam dicit, alias autem animationes. & ideo dicit, Omnis anima immortalis etsi ergo animam formarum locum dicit, solam tamen dicit rationalem. Eum autem etiam in alio reprehendit, ꝙ actu dicit in anima formas, & non potentia. Aristotelis enim non pictæ tabulæ eam assimilat, & proprie dicit esse disciplinam, Plato vero pictæ tabulæ, & disciplinam dicit reminiscentiam.

Hoc autem euenit: quando potest per se operari.

Quid dicit? Quod intellectus, qui est potentia, tunc est actu, quando ex scientia potest, & contemplatiue operari. Euenit autem intellectum ex scientia operari, quando per se potest anima operari. hoc autem non semper, vix enim in senectute.

Est quidem similiter & tunc potentia quodãmodo, non autem similiter ac priusquam didicerit, uel inuenerit. & ipse quidem seipsum tunc non potest intelligere

Et postquam res, inquit, didicerit, & quiescit, est potentia intellectu. Non est autem similiter potentia, ac erat, priusquam didicerit, vel inuenerit. Priusquam enim didicerit, vel inuenerit, est potentia intellectus secundum priorem significationem eius quod est potentia, id est, secundum aptitudinem. Postquam autem didicerit, est potentia secundum habitum, ꝙ erat secundum significatũ eius quod est potentia, quod ipse dixit, potentia quodammodo. Recte autem meminit disciplinæ, & inuẽtionis, quia omnis scientia disciplina, vel inuẽtione comprehenditur & in his finitur praxis, Dei benignitate, decima.

Quoniam autem aliud est esse magnitudinem, & esse magnitudine, & aquam, & esse aqua, sic autem & in multis alijs, sed non in omnibus. In nonnullis enim idem est esse carne, & esse carnem.

Cum tria de intellectu quærere proposuisset, vnũ quidem an æternus, vel corruptibilis, secundum autem, eius communionem, & differentiam ad sensum, ex quo eius rursus apprehendebatur æternitas, & tertium, quomodo fit intelligere, prima quidem duo satis per præcedẽtia demonstrauit, nunc autem reliquum ei demonstrandum proponitur, & nunc examinat quomodo fit intelligere. Dubitat itaq; in principio Aristo. Cum enim sit duplex in nobis cognitio, hæc quidem irrationalis, vt sensus, illa vero rationalis vt intellectus, sunt duplicia & ea, quæ cognoscuntur, hæc quidem materialia & sensilia, illa vero immaterialia. Querit ergo per hæc Aristoteles, vtrum vnaquæq; cognitio proprium cognoscit, vt irrationalis quidem materialia tãtum nouit, Rationalis vero, vt quæ sit prestantior, non solum nouit, quæ sunt immaterialia, sed & quæ materialia Et cum hæc esset dubitatio, fert sententiam Aristoteles dicens, ꝙ rationalis nõ solum nouit immaterialia, sed & materialia. Qui enim nouit potiora, multo magis nouit, & deteriora. Si itaq; nouit immaterialia, considerabit omnino & immaterialibus deteriora, quod est, materialia Si enim intellectus, quod est rationalis cognitio, immaterialia solum nouit, materialia autem non cognoscit, erit aliqua ex parte mens amens, & intellectus aliqua ex parte non intelligens. Cum materialia enim non intelligat, erit ex ea parte non intelligens. Atq absurdum est intellectum in aliquibus esse non intelligentem. Non solum ergo nouit immaterialia, sed & materialia. Et hæc quidem Aristoteles. Possumus autem & nos exterius ostendere, ꝙ materialia quoq; nouit intellectus. Si materialia enim nõ intelligeret, quomodo sensum corrigeret? Sensus enim remum in aqua confractum videt, & solum vnius pedis magnitudine. Intellectus autem corrigit, ostendens, ꝙ neq; remus fractus est: & ꝙ sol est maior terra. Quomodo ergo posset sensum intellectus corrigere, nisi materialia cognosceret, hoc est sensilia? Et alio qui habemus regulam, ꝙ id quod scit rerum differentiã multo magis & resipsas differentes nouit. Si ergo intellectus nouit differentiam immaterialium a materialibus, nouit ergo & materialia. Sed dices fortasis, est absurdũ intellectum nosse ea: quæ extra sunt. Hæc enim scit sensus eo ꝙ materialia, & particularia cognoscat. Intellectus enim quod est uniuersale, tantum nouit. Est autem sensus scire particularia, quæ quidem sunt materialia, Tibi autẽ ad hæc dicam, quod intellectus subiecto quidem vnus est, ratione autem diuersus. Intellectus enim uel secundũ se solum operatur, & tunc vniuersalia solum nouit. uel cũ sensu operatur, eo vtens instrumento, & tunc materialia nouit, & particularia, sicut eadem recta subiecto quidem eadem, ratione autem diuersa. Si enim quæ nunc recta est confringi potest, & inflecti, sic & intellectus subiecto idẽ existens, aliquando quidem cum recta habet conuenientiam, quando per seipsum operatur, & nouit immaterialia, aliquando vero cum recta confracta, quando ad sensum inflectitur. & eo instrumento vtitur, quando nouit materialia. Hoc est quidem primum dubium, & eius solutio. Secundum est dubium. pro quo tale quid prius presumendum est, quod id, quod ab eo, quod est potentia in id, quod est actu, agitur, omnino alteratur. Alteratio autem est affectio, seu passio. Hoc presumpto procedit deinceps dubium, Si materialia intellectus cognoscit, sci licet ab eis patitur. Ab eis enim ducitur a cognitione quæ est potentia, ad cognitionem, quæ est actu. Quod autem ab eo, quod potentia, ad id quod est actu, ducitur, alteratur. Qđ aũt alteratur, patitur, Intellectus ergo a materialibus patitur. Et quoniam nihil patitur ab eo, quod est dissimilis materiæ, clarum est ergo, ꝙ intellectus est eiusdem materiæ cum materialibus. & est ipse materialis, & corruptibilis, materialia enim corruptibilia. Quomodo ergo erit incorruptibilis, vel secũdum Aristote. vel secũdum Anaxagoram, qui eum esse dicunt materiam impermixtum? Hæc est dubitatio, quam dissoluentes dicimus. Male accepistis. ꝙ quicquid agit, etiam patitur. Hæc est enim falsa oratio. Tunc enim quod agit vicissim patitur, quando est eiusdem materiæ cum eo, quod patitur. Quoniam ergo intellis non est eiusdem materiæ cum materialibus, nõ est necesse ipm a mãlibus pati, qñ ipsa cognoscit. Agit.n. & opifex nos bñficio afficiẽs, & tñ a nobis non ꝫ

patitur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

patif. Quare exagentibus ea ſola viciſſim patiũtur, quæ ſunt eiuſdem materiæ cum patientibus. Et hæc quidẽ ſolutio exterius aſſumpta, dicta eſt. Ariſtoteles autem aliã dicit ſolutionem, quam etiam alibi dixit, ꝙ duplex eſt paſſio, ſeu affectio, hæc quidem perfectiua, illa vero corruptiua. In corruptiua ergo validum eſt, quod dicit quod ſimile ſit agenti, quod patitur: Intellectus autem ſenſilia cognoſcens, perfectiua affectione afficitur: quæ impaſſibilitas potius dicitur quam paſſio. Quare rurſus non patitur intellectus. Quæ enim ab aliquo perficiuntur, non ſunt omnino eiuſdem cum eo materiæ, Ecce enim mundus perficitur ab opifice, & tamen non eſt eiuſdem cum ipſo materiæ. Rurſus quæ hic ſunt, reguntur a cœleſtibus. & perficiuntur, & non ſunt eiuſdem cum illis materiæ. Rurſus aer perficitur a lumine, & non eſt eiuſdem cũ ipſo materiæ. Quare & intellectus patitur quidem a ſenſilibus perfectiuam affectionem, ab eis autem perfectus, non eſt eiuſdem cum ipſis materiæ. Notandum autem, ꝙ etiam ſi dicimus eum perfectiuam pati affectionem, non ſubſtãtiam intellectus attingit affectio, ſed eius operationem. Hæc eſt ſecũda dubitatio, & eius ſolutio. Quoniam autem hæc duæ dubitationes a materialibus occaſionem ſumpſere, æqum eſt & de materialibus hoc modo dubitare. Quoniam intellectus ſeipſum nouit, & ad ſe conuertitur, quomodo ergo nouit? Vtrum quatenus eſt intellectus, vel ſecundum aliud quidem eſt intellectus, ſecundum aliud vero intelligibilis? Si itaq; ſecundum aliud quidem eſt intellectus, ſecundum aliud autem intelligitur, clarum eſt ergo intellectum non eſſe ſimplicem, ſed compoſitum. Eſt enim compoſitus, quatenus intelligit, & quatenus intelligitur. Si autem, vt hoc abſurdum euites, dicas ꝙ quatenus eſt intellectus, intelligitur, in aliud abſurdum incidit. in tractatu enim de demõſtratiuo oſtẽſum eſt, ꝙ illud, ſecundum quod, conuertitur. Si ergo quatenus eſt intellectus intelligitur, ergo & quatenus intelligitur, eſt intellectus, vt conuertatur. Si ergo quatenus intelligitur, eſt intellectus, colligitur, ꝙ id quod intelligitur, eſt intellectus. Et quoniam diſciplinæ intelliguntur, erunt & illæ intellectus: quod eſt abſurdum. Si autem dicis eum ſeipſum non intelligere, falſum dicis. Si enim ſeipſum non intelligit, quomodo nouit, ꝙ ſeparatur a corpore? Talis quidem eſt omnis dubitatio. ſed quia eſt obſcurior, eam in compendium redactam repetamus. Quoniam intellectus ſeipſum intelligit, vel quatenus, id eſt intellectus, intelligit ſeipſum, & quoniam illud, quatenus conuertitur: erit & quatenus eſt intelligibilis intellectus, vt colligatur omnia intelligibilia, & omnes diſciplinas eſſe intellectus. Vel ſecundum aliud quidem intelligitur, ſecundum aliud autem intelligit, & erit intellectus compoſitus, quod eſt abſurdum. Soluit autem dubitationẽ vno membro dicens, ꝙ quicquid eſt ꝓprie intelligibile, eſt intellectus. Diſciplinæ enim non ſunt proprie intelligibiles, & propterea non ſunt intellectus. Sunt enim a nobis excogitatæ, & nos eas a materia ſeparauimus, quoniam ſunt materiales. Quæcunq; ergo non ex nobis, ſed ex ſe habent, vt ſint intelligibilia, ea ſunt intellectus. Nam & ſi angelos dixeris, ſunt & ij, ſecundum Ariſto. intellectus, & ſi eum dicas, qui in primo mobili circumagitur, quem opificẽ dicit, hic quoq;, ſecundum Ariſto. eſt intellectus. Sed quoniam nec Platoni videtur Deum eſſe intellectũ, nec pꝛis dogmatibus, Deus enim eſt ſuper mentem ſeu intellectum: Vnde & πρόνοια quod eſt prouidentia, nominatus eſt, vt qui ſit πρὸ τοῦ νοῦ. i. ante mentem ſeu intellectum, age nos aliter dubitationem ſoluamus. Dicimus. n. ꝙ non colligitur, quicquid eſt intelligibile eſſe intellectũ. Primum enim intelligibilia, vel ſunt proprie intelligibilia, vt quæ ſunt penitus immaterialia, vel non proprie, ſed quatenus ſenſilia, ſunt intelligibilia, vt lapis. Nunc autem de proprie intelligibilibus agitur. ſi autẽ ita eſt, erũt, quæ ſunt proprie intelligibilia, intellectus. & nihil abſurdum ſequetur. Secundo autem, ꝙ non colligitur, quicqd eſt intelligibile, eſſe intellectum: ſed quicquid ſeipſum intelligit eſſe intellectum. quid enim dicit dubitatio? Quatenus eſt intellectus, intelligitur ab aliquo, videlicet a ſeipſo. ſi vis ergo, cõuerte, per illud, quatenus, propõnem illam, & dic quatenus a ſeipſo intelligitur, eſt intellectus, Hæc eſt enim vera & recta conuerſio. Si ergo ex conuerſione collectum eſt, ꝙ non vtiq; intelligibile, intellectus ſed quicquid a ſeipſo eſt intelligibile, intellectus, nõ vtiq; quicquid eſt intelligibile, eſt intellectus, & non ſolum propter Deum Ariſtotelis ſolutione non contenti ſumus, ſed ꝙ etiam vniuerſalia ſunt intelligibilia, & non intellectus. Dicere autem ꝙ nõ quatenus intellectus, ſeipſum cognoſcit abſurdum. Primum enim, vt diximus, erit duplex, eiuſdem formæ, & ipſe intelligens, & intellectus, & non totum ſeipſum cognoſcens. Quatenus enim intelligitur ſeipſum intelligit, & non quatenus intelligit, quare. quatenus intellectus, ſeipſum cognoſcit intellectus. Et hæc eſt tertia quæſtio. Quarta eſt quæſtio. ſi intellectus, ſeipſum intelligit, ſibi autem ſemper adeſt intellectus, cur non ſeipſum intelligit? Videmus enim, raro nos homines ad nos ipſos conuerti, ſed vel de Deo mente aliquid agitamus, vel de mundo: raro autem de nobis ipſis. Atqui oportebat ſeipſos ſemper intelligere, eõ ꝙ ſemper ſibi adeſt intellectus, hæc quidem dubitatio. Dicimus autem ꝙ propter commixtionem, & conſiderationẽ eorum quæ ſunt hoc fit. ſicut enim, ſi duo adſint, & vnus quidem ſit amicus, alius autem illuſtris, & ſplendidus quiſpiam, amicum ne ſalutamus quidem, vt qui ſit familiaris, alteri autem dextram iungimus, ſic & intellectus cognoſcens, qđ ſibi ſemper adeſt, raro ſeipſum intelligit: ſed res mundanas, vel ſupermundanas ſepæ. Non quatenus ergo intellectus, intellectus nõ ſeipſum ſemper cognoſcit, ſed hoc ſit, propter eius operationem. ſicut enim in furore intellectus oĩno non intelligit, eo ꝙ a ſe diuertitur, ſic & quando circa corpus ſtudens, res alienas agit, non ſeipſum cognoſcit, quo tempore non eſt actu intellectus, ſed potentia. Plotinus vero dicit, eſſe intellectum, qui ſeipſum ſemper cognoſcit: qui ſemper non ſeipſum cognoſcit. Vt rurſum accipias hunc quidem actu, qui ſeipſum ſemper cognoſcit, illum autem qui & potentia, non ſemper. Illud autem, ſemper cognoſcere, dicebat propter Platonẽ, qui dicit animam ſemper mobilem. Illud autem, ſemper mobilem, in hoc. ꝙ ſemper viuum corpus faciat, accepit, ſed & in hoc, ꝙ ipſum ſemper cognitiuum reddat. Et ſemper quidem inquit, cognoſcit intellectus. Si autem non ſentimus etiam eum ſemper cognoſcere: hoc fit propter turbam & tumultũ corporis. & in his cõtemplatio, Dei gratia, completur. Quoniam autem aliud eſt eſſe magnitudinem, & eſſe magnitudine: & aquam, & eſſe aqua. Dictum eſt & in predicamentis, & in Phyſica, ꝙ aliud eſt verbi gratia, hoc, & aliud, quod per hoc. Illud nempe, hoc, vtrunq; ſimul ſignificat, quod eſt formam cum materia, vt aqua, & magnitudo, Illud autem, per hoc, formã tantum ſine materia ſignificat, vt eſſe aqua, & magnitudine. Et in materialibus quidem rebus ſic eſt ſignificatio: In rebus vero immaterialibus idem eſt illud, hoc. & per hoc vt in Deo. & ſigno, & talibus. Idẽ enim ſignificat in duobus caſibus. Hæc eſt ergo tota Ariſtotelis ſententia. Nunquid intellectus nouit in quibus aliud eſt eſſe hoc, & per hoc, id eſt materialia. an intellectus illa ſolum nouit, in q̃bus idem eſt hoc, & per hoc. ideſt immaterialia. Magnitudinem ergo dicit vtrunque ſimul: magnitudine aũt eſſe, formam tantum & aquã: dicit vtrunq; ſimul: aqua autẽ eſſe: formam tantum. In nonnullis enim idem eſſe carnẽ: & eſſe carne non apto exemplo uſus eſt. In carne enim nõ idem ſignificat hoc & per hoc. Hoc eſt enim in ſolis intelligibilibus alioqui diximus quod in materialibus quidẽ aliud ſignificat accuſatiuus & aliud ablatiuus. Hoc autem fecit propter ingenĩ magnitudinem contemptis exemplis vt ſæpe mos eſt.

Et alio, uel aliter habente, iudicat intellectus.

Adhuc quidem dubitat. ſunt hæc autem ſuperioribus coniungenda. ſuperius enim dubitabat an intellectus intelligit materialia. Nunc autem tanquam tacite conceſſerit eum materialia intelligere dubitat nunquid alia quidẽ ſui parte intellectus materialia intelligit, alia vero imma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

terialia. Hoc est ergo quod dicit. Vel alio, & alio iudicat, pro eo quod est, alia quidem sui parte intelligibilia, alia vero materialia. Plutarchus itaq; & Alexander vult immateriali quidē immaterialia cognosci, materiali autē materialia. Aristoteles autem dicit, q̄ eodem intellectu ambo cognoscuntur, & materialia, & immaterialia, sed aliter & aliter habente, aliquando quidem vtens instrumento, corpore, in materialibus, aliquando autem non, vt in materialibus, & intelligibilibus.

Caro enim non sine materia, sed sicut hoc simum, in hoc.

Hoc dictū est defensio oppositi dogmatis, vel nuper dicte dubitationis, quoniam enim dubitauit dicens, nunquid intellectus alia quidē sui parte materialia intelligit, alia vero immaterialia, per hæc defendit dubitationem, & dicit. Caro enim non est sine materia, sed res est materialis. sicut enim hæc simitas in hoc est, pro eo quod est, forma immateria, sic & caro forma est in materia. quare est rationi consentaneum intellectum non eadem sui parte intelligere materialia, & immaterialia.

Sensitiuo ergo calidum, & frigidum iudicat, & quorum ratio quædam caro.

Hinc Plutarchus, & Alexander sui dicti fidem faciunt. Ecce, inquiunt, dicit ipse materiali materialia cognosci. sensitiuo enim dixit calidum cognosci. Quid nos ergo dicimus? quod nō hoc dicit, sed defendens dubitationem, deinde ab hoc loco veram solutionē adducit. Dicit enim intellectum sensitiuo vtentem instrumento, iudicare materialia, id est calidum, & frigidum. Deinde quoniam frigidi, & calidi meminit, non solum autem hæc caro iudicat, sed & ex quibuscunqu aliis est eius commoderatio, vt siccum, humidum, & huiusmodi alia, non poterat autem in dictionis contextu omnium meminisse, ne nimis eam produceret, propterea breuiter reliqua significauit subiungens. Et quorum ratio quædam est caro, hoc est, ex quibus constat ratio carnis, vel eius definitio. Intellectus ergo vtens sensitiuo instrumento, iudicat frigidū, & calidum, & alia ex quibus constat carnis definitio. Et huius est opinionis Aristoteles, primum quidem ex hoc q̄ soluit dubitationem, quæ dicit, q̄ si intelligibile intellectus, erit, & lapis, qui est intelligibilis, intellectus. Illic enim dicit, q̄ intelligibilia vel sunt proprie intelligibilia, vel nō ꝓprie, vt sensilia. sensilia ergo intelligibilia dixit, & nō proprie. Q̄d si ita est, sic videlicet, ab intellectu ea intelligi existimat. Et ex alio etiam probari potest. Ipse est. n. qui dicit, q̄ sicut disciplinæ ratione separātur, sic & intellectus ratione a seipso differt. si autem differt a seipso ratione scilicet, ideo differt, vt cognoscat materialia, & immaterialia. si sola enim immaterialia cognosceret quid opus esset differentia.

Alio autem, siue separabili, uel ut obliqua, & inflexa habet ad ipsam, quāto extēsa fuerit. Carne enim esse etiā iudicat.

Hoc dictum rursus interrogatiue procedit ex diuisione interrogans. Est autem hæc sententia, quoniam alio quidem intellectus materialia iudicat, alia vero immaterialia, nunquid hæ partes intellectus, per quas materialia iudicat, & immaterialia, sunt a teinuicem separatæ, vel sicut recta est subiecto quidem eadem: ratione autem diuersa? Aliud est enim esse rectam, & aliud obliquam, & inflexam. Et hic est quidē scopus interrogatiue autē oportet & sic dictionē circumloqui, quæ in hyperbato dicta est. Aliud enim iudicat carne esse, pro eo quod est, alia parte iudicat immaterialia, sic in hyperbato. Alio autem siue separato, ab alia parte quæ materialia iudicat, vel vt recta inflexa subiecto quidem vnus est intellectus, ratione autem diuersus.

Rursus autem, in ijs, quæ sunt in abstractione quod est rectum, ut quod est simum cum continuo enim.

Ad aliud venit exemplum disciplinarum, & quid dicit? Quod sicut simum, & rectum est omnino in subiecto montinuitate sunt enim in aliquo corpore, continuo, & ratione ea continuitatis ratione separamus, & dicimus, q̄ quod est in his, q̄ quid est esse, idest forma separata, & aliud materia ipsa cōtinuitas. Declarauit id per hoc quod dixit, rectum esse. sicut ergo in his formam a materia ratione separamus, sic & intellectus a seipso differt ratione. Nunc autem pro hoc facit, quod sunt materiales disciplinæ. Materia enim est, vt dicit, figurarum continuitas Forma autem ipsæ figuræ. sunt itaq; materiales disciplinæ.

Quod quid est autē esse, si aliud est esse recto, & rectū alio.

Si inquit, quod quid est esse, id est forma disciplinarū (quod quid est enim esse formam significat) aliud habet esse rectū id est aliud est hoc ab eo quod est per hoc, tūc aliquid aliud est quod alio, pro eo quod est, tunc alia sui parte disciplinas iudicat intellectus, & non ea, qua immaterialia iudicat si enim aliud est hoc ab eo, quod per hoc, sunt. sic immaterialia. Et notandum est, vt Plutarchus in cōmentario significat, q̄ disciplinas habere subiectum dicit Aristoteles, Est autem hoc, quod dicit, videlicet, si quod quid est esse. i. si forma aliud habet esse recto, quod est, p hoc, & alterum rectum. quod est hoc, sunt materialia, si autem materialia, alia sui parte intellectus hæc iudicat, & non, qua immaterialia iudicat.

Si enim dualitas alio ergo, uel aliter habente, iudicat, & omnino ergo, ut res a materia separabiles. Sic & quæ sunt circa intellectum.

Hoc vt ad aliquid, vt ad formas, quæ sunt in continuitate. quæ enim sunt in abstractione, vnam tantum formam significant, quæ autem nō sunt in abstractione, duo declarant formam simul cum materia. Et hæc merito dicuntur, vt materialia, & que diuisionem recipiūt vt duo, q̄ enim sunt in abstractione, vt q̄ sunt indiuisibilia sunt vnitati similia. Certe & inflexa recta, vt quæ sit duo, materiale aliquid significabat. Sunt ergo & disciplinæ duplices, hæ quidem secundum ipsarum formam, q̄ significauit, cum dixit, Esse recto, vel secundum formam, & materiam, quod significauit, cū dixit, Rectum, Alio ergo, vel aliter habente, iudicat. Cōclusio q̄ necesse est vel alio & alio iudicare materialia: & immaterialia, vel eodem aliter habente, Deinde totius dicens dubij solutionē inquit. Omnino ergo, vt res a materia separabiles, sic & quæ sunt circa intellectiuum idest vt compendio dici possit, sicut formæ solo mentis conceptu. & ratione a materia separantur, non autem ipsa substantia, sic & intellectus inseparabilis, quod ad se quidem attinet, semper est vt q̄ sit subiecto semper idem, mentis autem conceptu, & ratione separatur ad ea quæ cognoscuntur.

Dubitauerit autem quispiam, si intellectus est simplex quid & affectione uacat, nec cum ullo quid quam commune, habet, ut dicit Anaxagoras: quomodo intelliget, si intelligere est aliquid pati? Si aliquid enim est ambobus commune, hoc quidem uidetur facere, illud pati.

Hic est secūda dubitatio, quæ dicit, q̄ si intellectus sensilia cognoscit, patietur ab ipsis. Nihil autem ab eis patitur, quod non sit eiusdem cum eis substantiæ. Hoc enim significauit, in cōtextu subiungens, si enim aliquid est cōmune ambobus, hoc quidem facit, illud vero patitur, pro eo quod est, secundum commune, id est, secundum materiam patitur. si ergo ea cognoscit intellectus, & ab eis patitur. si autem ab eis patitur, est eiusdem cū eis materiæ. si autem eiusdem cum sensilibus materiæ, non est intellectus simplex, sed compositus. Hoc autem dictum est secundum resolutionem.

Præterea, si intelligibilis & ipse, uel enim etiam aliis intellectus inerit, si non secundum aliud sit ipse intelligibilis, unum aūt aliquod specie intelligibile, uel mixtum quid habebit, quod faci ipsum intelligibilem, sicut alia.

Antequam secundi dubij solutionem dicat, tertium hic dubium proponit, & dicit, si ipse intellectus est intelligibilis, quomodo ergo seipsum intelligit? Et primum dicit, q̄ si quatenus intellectus, seipsum cognoscit, erit in oībus intelligibilibus intellectus, ergo & in lapide, & erit lapis intellectus. Conuertitur enim. Hoc autem innuit contextu, cum dicit, Vel enim etiam alijs intellectus in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

erit, pro eo ꝙ est, alijs intelligibilibus inerit, hoc est esse intellectus vt omnia intelligibilia sint intellectus, deinde priusquam diceret aliud absurdum, vtpote, si autem nō, quatenus est intellectus, cognoscit, erit duplex & intelligens, & intellectus & non vndique seipsum cognoscens' nec enim intelligens, ante hoc infert secundi dubij solutionem, ꝙ intelligibile non est vnum numero, sed specie. est enim proprie inteligibile, & non specie. Quod autem est, proprie intelligibile est & intellectus. Deinde infert aliud absurdum a secundo: ꝙ si non quatenus est intellectus, cognoscit, erit duplex, vt sit diuisibilis, & intelligēs. Hoc autem significauit cum dixit, Aliquid habebit mixtum, quod facit ipsum intelligibilem, vt alia pro eo quod est, habebit aliquam compositionem. quæ cōpositio secundum aliud quidem facit ipsum intellectū, secūdum aliud vero intelligibilem, sicut & alia intelligibilia. Non hoc autem dico, ꝙ alia intelligibilia sunt composita: sunt enim simplicia omnia intelligibilia: sed habebit, inquit, aliquid intellectus, quod facit ipsum intelligibilem, vt faciebat alia immaterialia, intelligibilia.

Vel pati quidem est secundum aliquid commune.

Hic soluit duas dubitationes. & primū quidem secundam, quæ collegit, intellectum esse eiusdem materiæ cum sensilibus, & dicit, esse nomen commune passionis seu affectionis. Hic est enim perfectiua; illa vero corruptiua. Affectio ergo, q̄ patitur intellectus, est perfectiua. quod autem est perfectiuum, non dicitur proprie affectio, vel passio.

Quare prius dictum est, quod potentia quodammodo est intelligibilia intellectus, sed nullum actu, priusquam intelligat. Sic autem oportet, ut in tabula, in qua nihil actu depictum est, quod euenit in intellectu. Ac ipse quidem est intelligibilis, ut intelligibilia. In his enim, quæ sunt sine materia, idem est quod intelligit et q̄ intelligitur. Scia.n. contēplatiua, & scibile idē est.

Cum paulo superius dixisset esse duplex intelligibile, & quod proprie, & quod non proprie, nunc dicit, quod intellectus potentia proprie est intelligibilia, quando autem ea intelligit, actu. Nec enim habet, inquit, intelligibilia intellectus, nisi ea intelligat. Non pictæ enim tabulæ similis est. Et vide inquit, Iamblicus, ꝙ γραμματεύω græce dixit, & non charte. γραμματεῖον autem non diceret, nisi γράμματα hoc est literas haberet. Hoc autem dixit, volēs animam puerorum, quod est intellectus potentia, habere rerum rationes. Quare si eam γραμματεύω assimilauit, habet rerū vȝ rōnes, sicut γραμματεῖον habet γράμματα, hoc est literas. Si aūt ἀγράφω dixit, i. nō scriptæ: intelligit male scriptę eo ꝙ, hēat exiles, & obscuras literas. Nā & ἄφωνον dicimus tragœdū ideſt mutum, eum qui est κακόφωνος. i. qui malam habet uocem. Quare & Aristo. inquit, existimat esse in anima intelligibilia, vt Plato. & omnium rationes, & esse reminiscentiam, non disciplinam. Hæc autem dixit, vt ostenderet Aristo. quoq; esse in eadē opinione.

At ipse quidem est intelligibilis, sicut intelligibilia.

Hic est tertij dubij solutio: ꝙ quidquid est proprie intelligibile, est intellectus. scientia enim contemplatiua, qđ est autem sic scibile, idem est. quid dicit? Quod nihil absurdum idem esse intellectum, & quod intelligitur. Quod est enim proprie intelligibile, quod dicit scibile, & qui est proprie intellectus, quod dixit scientiam, idem est. Illud autem, Proprie, additum est, ꝙ disciplinæ non sunt proprie intelligibiles, a nobis autem omnino intelligibiles dicuntur, quod a nobis effectæ sint, & in nostræ mentis agitatione versentur.

Cur autem non semper intelligat, causa est considerandā. in his autem, quæ habent materiam, potentia solum est unumquodque intelligibile. Quare illis quidem non erit intellectus, sine materia enim potentia est intellectus talium: Illi autem erit intelligibile.

Hic est quarum dubium, cur non semper intelligit intellectus & dubitat quidem, ipsum autem non soluit, nos autem iam solu imus. Sed post hoc rursus euenit ad solutionem dubij dicentis, quod erūt intelligibilia intellectus, Cum enim dixisset, quod in proprie intelligibilibus verum est, nunc dicit, quod in materialibus, quæ sunt intelligibilia potentia. & non proprie, non est idem intelligibile, quod intellectus. Intellectus enim res est materialia. Et in his praxis, Deo est gratia. completur.

Quoniam autem, sicut in omni natura est aliquid, hoc quidē materia unicuique generi, id uero est, quod est, quod omnia illa potentia, alterum autem quod est causa, & effectiuum, quod omnia faciat, quomodo ars ad materiam affecta est, necesse est & in anima has esse differentias. & est hic quidem intellectus talis, quod omnia fiat, ille uero, quod omnia faciat, ut quidam habitus, ut lux. quodammodo enim etiam lux facit eos, qui sunt potentia, colores actu.

Postquam quatuor quæsiuit in intellectu, qui est potētia, venit deinceps & ad intellectum, qui est actu, & in eo decem quæsit. Primum quidem, quod omnia facit intellectus. Secundum autem, ꝙ substantia operatur. Nec enim, vt aliæ substātiæ operationes proponunt, sic est & ī intellectu, qui actu est. Nec enim substantia intellectus, qui actu est, proponit operationem, sed ex seipsa, ipsa substātia ipsius est operatio, & non est substantia intellectus, q̄ actu est, aliud ab eius operatione. Tertium, inquit, inest intellectui, qui actu est, quod semper intelligat & operetur, & ab operando nunquam desistat. Quartum, quod est animalis. Quintum, quod immortalis, & quod separabilis. Sextum, quod cum habitu, & luce habet proportionem. Sicut enim lux non ipsa facit colores, sed quæ sunt, formas apertas reddit, sic & intellectus, qui actu est, res non facit, sed formas imprimit & insculpit in eo, quod potest. Octauum, quod qui est potentia intellectus, ab eo qui actu est, differt tempore, & ipso subiecto. Nonum, obliuiscitur intellectus. Decimum, quod semper cum imaginatione operatur. Hæc sunt capita dictionis cōtextus, quæ dicit inesse intellectui, qui actu est. Et cum nihil aliud dixisset, interpretes ad multas, & varias vias versi sunt, alijs aliter accipientibus intellectum, qui actu est. Alexander quidem actu intellectum appellauit vnum omnium principium, siue intellectum, qui est foris. Marinus autē intellectum actu dixit, non vnum omnium principium, sed quēdam dæmonis intellectum: vel Angelicum. Vt semel iteraq; dicam, nec nostrū dicit intellectum, qui actu est, nec eum, qui est vnius omnium principij. Plotinus autem actu intellectum intellexit humanum intellectum, hunc quidem semper operantem, illum vero aliquando. Errauit autem Plotinus ex Platone. Cum enim ex illo audiuisset, esse semper mobilem aīam, existimauit eum illā semper mobilem dicere, quod semper intelligat, & propterea esse existimat intellectum semper intelligētem. Plutarchus autem, quod & nos ponimus non existimat esse apud nos duplicem intellectum: sed simplicem. & hunc simplicem dicit non semper intelligentem, sed aliquando intelligentem. Existimat ergo Plutarchus intellectum: q̄ actu est, eum dicere humanum, quem putat etiam quandoque intelligere. Tot fuerunt opiniones de intellectu q̄ actu est, quatuor numero, Alexandri, Marini, Plotini, Plutarchi. Est vnaquæque earum probabilibus ad sui defensionem rationibus vtitur. æquum est ergo exponere, quid vnaquæque pro se afferat. Alexander quidē dicebat esse actu intellectum, primam causam. Errabat autem ex eo, ꝙ audiret, eum omnia facere. Quis est enim, q̄ omnia facit, nisi prima causa? Si ergo dicit Aristoteles, ꝙ qui secundum actum est, intellectus omnia facit: videlicet intellectum secundum actum, primam causam dicit, & quod rursus dicit cum substantia concurrentem habere operationem intellectum, qui actu est: quod est soli Deo proprium. Neque enim noster videtur intellectus per potentiam facere operationem. Et rursus quod semper operatur. Hinc ergo fallebatur Alexāder, & dicebat hæc nulli, nisi soli Deo, conuenire. Est enim solius Dei proprium cum substantia concurrentem habere operationem, & semper operari, & agere, Plotinus autem fallebatur, ex

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eo quod eſt ſemper operari, & ſupponebat eſſe in nobis intellectum ſemper operantem, & eum dicebat eſſe actu ītellectum. Marinus autem vtriuſq; rationibus vtens, Dęmonis intellectum dicebat Ariſtotelem diceret. Humanus enim non eſt, eo quod dicit eum omnia facere, & per ſubſtātiam operatur, & ſemper intelligit. Sed neque, qui exterius eſt, intellectus, Si enim dicit, Cum luce & habitu habet proportionem, & ꝙ cum imaginatione operatur & obliuiſci tur, non ſunt autem hæc itellectus, qui exterius aduenit. Dicere ergo, quod cum luce, & habitu habet proportionem, oſtendit hæc eſſe propria alicuius intellectus, qui eſt medius inter exterius accedentem, & humanum, nempe angelici intellectus. Nam & lumē eſt medium inter id, quod illuminat, & quod illuminatur. & habitus eſt medius inter aptitudinem, & propenſionē, his autem intellectum aſsimilauit. Quare intellectum ſcilicet dicit medium quendam inter eum, qui exterius intercedit, & humanum. Plutarchus autem ſe iuſtis rationibus defendit, dicens, ꝙ eſt hic de anima tractatus, nec fuit quod Ariſtoteles de intellectu, qui exterius aduenit, diſſereret, ſed actu intellectum appellat humanum. Deinde aduerſus ea, quæ a tribus, Alexandro, inquam, Marino, & Plotino dicuntur, communis fit incurſio. Inuenimus .n. Ariſtotelem dicentem, quod actu intellectus ſubiecto q̄dem idem eſt, tēpore autem diuerſus ab eo, quod eſt potentia, & quod actu. Nam cum prius ſit potentia, actu poſtea factus eſt. Si hæc ergo in contextu dicit Ariſtoteles, videlicet nec Deum nunc dicit intellectum, qui eſt ſecundum actum, vt Alexandro videtur. Deus enim non erat prius potentia, ſed eſt actu, vt qui ſit fons bonitatis. Neque dęmonius, vel angelicus prius eſſet potentia. Nā & nos vult Ariſtoteles eſſe actu intellectus, Quare male quoq; dicit Marinus. Sed & Plotino aduerſatur. Si enim ſecundum eum, ſemper agit, non erat prius potentia. Ariſtoteles autem dicit, quod erat prius potentia. Per hæc ergo clarum factum eſt, ꝙ nec Deum dicit, nec dæmoniū ſiue angelicum intellectum, nec intellectum, qui ſemper operatur. ſed de eo intellectu agit, qui eſt i nobis. Hæc eſt prima oppugnatio. Secunda autem hæc eſt. Quomodo dicit Ariſtoteles, quod intellectus ſolus eſt immortalis, & æternus? Ait enim. Et hoc ſolum eſt immortale, & æternum: Siue enim primam cauſam intellexerimus, non eſt ſola immortalis, Sunt enim & alia immortalia. nec ſi angelicum, vel dæmonium intellexerimus, is eſt rurſus ſolus immortalis. nam & prima cauſa eſt immortalis. Nec rurſus ſi, ſecundum Plotinum, intellexerimus intellectū qui ſemper intelligit is eſt ſolus immortalis. Sunt enim & alia immortalia, vt qui aliquando intelligunt. intellectus, neque enim ſoli intellectus qui ſemper intelligūt. ſunt immortales, ſed & qui quandoq; intelligunt ſecundum Plotinum. Quare & hæc eſt communius aduerſus eos incurſio, quod ipſi non inueniant, de quonam intellectu dicit Ariſtoteles, cum dicit eſſe ſolum immortalem. Qui autē dicunt intellectū humanū aliqñ intelligere, & hoc ſolū eē, & nos non habere alium intellectum: poſſunt reſpōdere, & ſic dicere, ꝙ cum multa ſint, quæ hominem perfectum & abſolutum conſtituant, ſolus intellectus eſt immortalis & æternus. Illud ergo ſolus ad ea, quæ hominem perficiunt, & complent, referendum eſt. Plotinus autem hāc reſponſionem pro ſe afferre non poteſt. Duos enim ſupponit intellectus, eum, qui ſemper intelligit: & eum, qui quandoque. Quem ergo poteſt ſolū dicere immortalē? Siue enim, eū q̄ ſemp intelligit, fallitur: Nā & ijs q aliquā do intelligit, eſt immortalis. Siue eum, qui quandoque intelligit, dicat immortalem, ſed & qui ſemper intelligit, ſecundnm eum. Quare nec Plotinus dicere poteſt, quomodo nos dicimus, ſolummodo immortalem intellectum. Pulchre aūt adiectū eſt, īmortalē, & æternū eſſe intellm. Nam & irrationalis, & vegetatiua ſunt quidem immortales, non autem æternæ. Si enim vitam ſuppeditant, nihil autem ſuſcipit contrarium eius, quod ſuppeditat: Si ergo vitam habent: & ſunt immortales, nō autem æternæ. Æternum enim dicitur, ſecundum id, quod ſemper eſt. Immortale autem, ſecundum id, quod eſt ſemper viuere. Quare intellectus ſolum ex ijs, quæ ſunt in nobis, & ſemper eſt, & ſemper viuit. Irrationalis autem, & vegetatiua ſemper quidem viuere dicitur, nō autē ſemper eſſe. Quare & hoc humano intellectui ineſt. Hæ ſunt communes incurſiones aduerſus tres. Aduerſus Alexandrum autē, & Marinum hoc poſſumus dicere, quod eum, qui eſt ſecundum actum, intellectum ſeparabilem dicit, non ſeparatum. Prima autem cauſa, quā dicit Alexander eſſe actu intellectum, vel dæmonius, ſeu angelicus, quē dicit Marinus ſunt ſeparati, non autem ſeparabiles. Separabile quidem ſignificat, quod nondum quidem eſt ſeparatum, ſed poteſt ſeparari: Illi autem ſunt iam ſeparati, & prima cauſa, & dæmonius ſeu angelicus intellectus, nō ſolum ratione, ſed & ſubſtantia, quod eſt, ſubiecto. Quare & ex ipſis verbis textus incurſio eſt, ꝙ dixerit eum, qui eſt ſecundū actum, intellectum eſſe ſeparabilem, & non ſeparatum. Sed & alia eſt incurſio, ꝙ hunc, qui eſt ſecundum actum intellectum animalem appellat. Non autem prima cauſa eſt animalis, o Alexander, nec dæmon, ſiue angelicus, o Marine. Quare nec eum, qui eſt ſecundum actum, intellectum, nec angelum poſſumus intelligere, nec primā cauſam: ſed eum ſolum, qui in nobis quandoq; operatur, humanum. Et, quod in contextu dicit intellectum, qui eſt ſecundum actum, cum imaginatione operari. Non autem prima cauſa cū imaginatione operatur, nec dæmon, nec angelus: ſed ſolus, qui ē in nobis, intellectus. Et hæc ergo communis eſt aduerſus Alexandrum, & Marinum incurſio. Aduerſus Alexandrum autem ſeorſum, hæc poſſumus dicere: Quomodo poſſumus mente comprehendere, ꝙ intellectum, qui eſt ſecundum actum, primam cauſam dicat? ſi quidem luci & habitui eum comparat. Prima enim cauſa ſubſtantia eſt, & non habitus, & ſubſtantias producit. & nullam cum luce habet proportionem, ſed cum ipſo ſole. Quare & hoc ei, qui in nobis ineſt, intellectui cōuenit. Et rurſus dicit Ariſtoteles quod ſicut lux non facit colores, ſed eos eſſe manifeſtat, ſic & intellectus omnia facere videtur, quod omnia manifeſtet. Eſt autem abſurdum hoc de prima cauſa dicere. Prima enim cauſa ipſam ſubſtantiam producit eorum, quæ ſunt, & nihil eſt quod ipſa non fecerit. Et rurſus o Alexander, ipſum habitum appellauit. habitus autem eſt, ꝙ eſt ſm potentiā. Prima autem cauſa nullo modo eſt potentia. Et rurſus de eo dicit Ariſtoteles, quod ſubiecto quidem idem eſt, tempore autem diuerſus ab eo, quod eſt potentia, & actu. Prima autem cauſa nullo modo ſe prius quid habet vel potentia, vel actu. Et alioqui obliuiſci quoque dicit intellectum, hoc autē qui inerit ei, qui eſt exterius? Qui enim ineſt in nobis, intellectus, is eſt qui obliuiſcitur, per eam, quæ eſt corpus, habitudinem impeditus. Quæcunque ergo dicit Ariſtoteles conuenire ei intellectui, qui eſt ſecundum actum, ea dicit de humano intellectu, quia potentia fertur in actum. Hoc autem demonſtratur, ſi ea, quæ illi non ineſſe videntur, diço autem omnia facere, & ſubſtantia operari, & ſemper intelligere, oſtendemus ei ineſſe. Scire ergo oportet, ꝙ omnia facere dicitur intellectus, q actu eſt, quod omnium typos deſcribat in intellectu, qui eſt potentia. Quare & eum Plato ſtylo quo ſcribitur, aſsimilat. Ariſtoteles autem ex ſeipſo ipſum ſcriptorem ſupponit. Si enim qui potentia eſt intellectus, fit omnia qui ergo actu eſt omnia facit. Quare hoc in intellectu humano ineſſe poteſt. Qui enim exterius aduenit, non deſcribit omnia, quæ ſunt in intellectu potentia, ſed is qui in nobis actu eſt. Ei autem conuenit & aliud, quod dicit, quod per ſubſtantiam operatur. Et ut hoc intelligamus, paulo altius præſumamus. Sciens neque anima eſt ſolum, neq; ſcientia ſolum, ſed eſt quid ex vtriuſque commixtū. Cōponitur enim ſciens ex anima, & ſcientia, & proportionem quidem habet anima cum materia, ſcientia cum forma. Et quoniam cuiuſuis rei, vt in Phyſica nouimus, magis ſubſtantia eſt forma, quam materia, ſubſtantia ergo ſcientis eſt ſcientia, & ſciens ſecundum ſciētiam operatur. Oſtenſum eſt autem ipſam eſſe ſcientis ſubſtantiam. Neque enim ſecundum aliam illam, & ſublimem contemplationem, quod ſicut in Deo ipſa eſt actu ſubſtantia. Nam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in animis: & alijs ſubſtantijs, ſeorſum a prima cauſa, & ſubſtantia eſt & potẽtia, & actus. Subſtantia ergo operari dicitur, ꝙ ſcientia dicatur veluti ſubſtantia animæ. Ex meliori ergo intellectum nominauit. Quoniã enim actu agit, & operatur intellectus, & actu exiſtens operatur. in omnibus autem actu melior eſt ſubſtantia, propterea ergo volens dicere eum actu operari, dixit, ſubſtantia, vt ab vno precioſiore totum ſæpe ſignificamus. O mihi dilectum Teucer caput. Et hoc ergo conuenit intellectui hominis qui actu eſt. Actu enim exiſtens intelligit. Qui autem eſt exterius, ex ſeipſo actus eſt. Quod autem, quatenus precioſum quid eſt ſubſtantiam accepit, declarat dicens, Quod enim hoc ſic eſt, clarum. Agens enim eſt patiente precioſus, & principiũ materiæ. Qua de cauſa ſubſtantiam, vt precioſiorem accepit. Porro & tertium ei conuenit, ꝙ intellectus ſemper intelligit, non, vt Plotinus putat, ꝙ ſemper ipſe per totum intelligit, non enim vnũ numero intellectum ſemper intelligere dicimus, ſed ꝙ in toto mundo humanus intellectus ſemper intelligit. Quod ſi ego non intelligo, alius quid certe intelligit. Et ſucceſſione illud ſemper fit, ne apud nos deficiat Dei illuminatio. Si enim non ſemper intelligimus, quando non intelligimus, deficeret. Si autem ſic dicimus illud, ſemper intellige re, hoc ineſt in humano intellectu. Semper enim intellige re dicimus non in vno ſecundum numerum, ſed in omnibus, ſicut & hominem ſemper viuere dicimus, non propter Socratem, ſed ꝙ homo quiſpiam ſemper viuit. Vel quod ſemper dicitur intelligere, quoniam poteſt ſemper intelligere. Qui enim habet intellectum, in quacunꝙ hora vult, intelligit. Quare hoc humano ĩtellectui ineſt. Qui enim exterius accedit intellectus, qui vnus eſt numero, omnia intelligit. Et hæc quidem dicta ſunt ad exprimendã contemplationem. plurimũ aũt a nobis laboris ſuſcipitur vt hæc decem capita in dictionis contextu oſtendamus, eaꝙ dilatemus. & in his finitur contemꝑ latio. Quoniam ſicut in omni natura eſt aliquid, hoc quidem materia vni cuiꝙ generi. Illud vero, ꝙ omnia illa potẽtia. Ex his quidẽ vult oſtẽdere, ꝙ oĩa facit intellectus, & eſt animalis. Oratione aũt ſic producit, ꝙ ſicut in naturalibus, & artificialibus eſt, quod eſt potentia & quod effectricẽ cãm dixit, ſic & in aĩa inquit, eſt intellectus potentia, & intellectus actu. Et ꝑ hoc quidẽ ꝙ dixit, In aĩa oſtẽdit eſſe aĩalem. actu ergo oĩa facit, ex quo habes, ꝙ oĩa facit. Ecce ergo duo capita quare aũt. poſtꝙ dixit in vnaquaꝙ natura, dixit & in vnoquoꝙ gñe? Dic, ꝙ illud, In natura, vniuerſalius dixit. Hoc vero vnicuiꝙ gñi, particularius, vt ſit eiuſmodi, ꝙ ſicut in vnoquoꝙ aĩali, quod, naturam, dixit, eſt, ꝙ eſt potẽtia, & quod actu, ſic & in vnoquoꝙ genere ſunt hæc, vt humano, vel equino, vel hoc, vel illo. Vt habitus quidã, ſicut lux. Lux enim quodãmodo facit colores, q̃ ſunt potentia, eẽ actu colores. Ecce aliud propriũ intellis. ꝙ cum habitu, & luce proportionẽ habeat, & merito. Quẽadmodum. n. lux facit colores viſibiles non. n facit ipſos colores, ſed ipſorum operationem profert, & ſicut habitus opationẽ producit, non ſubam, ſic & q̃ eſt in nobis, intellectus operationem profert, non ſubam. & ideo cum his habet proportionem. Si autẽ hæc ita ſunt, non de diuino intellu agitur. ille enim ſubas producit. Porro & ſm aliud habet noſter intelis proportionẽ cum habitu non, ꝙ ſit qualitas, ſed quemadmodum ſe habet habitus ad id, q̃ eſt primum potẽtia. ipſum enim ꝑficit, ſic & qui eſt ſm actum, intellectus, ea quæ ſunt potẽtia intellectus, perficit. Eo autẽ, ꝙ illum luci aſſimilauit. falſus eſt Alexãder, propterea quod dixit Ariſtoteles ipſum omnia facere ſicut lux, ſed falli non debuit. adiecit enim Ariſtoteles, quodammodo, Deus autem non quodammodo omnia facit, ſed per omnem modum omnia facit.

Et ſic intellectus ſeparabilis, & immixtus, & affectione uacuus, cum ſubſtantia ſit actu. Semper enim precioſius eſt quod agit eo, quod patitur, & priucipium materia.

Ecce aliud proprium dicit, ꝙ eſt ſeparabilis, & cur nõ diximus in contemplatione id, quod immixtum eſt, & impaſſibile, eum intellectum diceret? Quoniam hæc comprehendũtur inſeparabili, ꝙ. n. eſt ſeparabile, eſt imixtũ, & impaſſibile. Per hoc autẽ quod dicit, Cum ſubſtantia ſit actu, aliud dicit proprium, ꝙ ſubſtantia operatur. Et ꝙ hoc ſecundum id, quod eſt precioſum, accepit, ſignificat, dum dicit, ſemper enim quod agit melius ẽ eo, quod patitur, id eſt quod actu eſt, eo, quod ẽ potentia. Quod enim agit, actu eſt, quod patitur autem potentia. Et principium materia eſt precioſius. Principiũ dico formam. Et ſubſtantia ergo vt precioſior nunc dicta eſt, non quod intellectus habeat ſubſtantiam ſine potentia, hoc enim eſt in intellectu, qui eſt extra, non in eo, qui in nobis eſt. Hic enim habet potentia.

Idem eſt autem ſcientia ſecundum actu, quod res.

Hoc in medio interiecit, quod qui ſecundum actum eſt, intellectus ſit res ipſæ, ſicut intellectus, qui eſt potentia, potentia res ipſæ eſt.

Quæ autem ſecundum potentiam, tempore prior eſt, in uno omnino autem nec tempore, ſed non quandoque quidem intelligit, quandoque uero non intelligit.

Aliud dicit proprium intellectus, ꝙ qui eſt potentia, intellectus, tempore prior eſt eo, qui eſt actu. & ne quis dicat ꝙ hoc falſum eſt in vniuerſo mũdo, hoc ſcilicet alio actu, alio potentia, prius eſt, inquit. Non enim quandoꝙ operatur intellectus, quandoꝙ vero nõ, in vniuerſo mũdo, ſed ſemper. Alio actu non potẽtia, prius eſt. Et ex hoc habes aliud proprium, ꝙ ſemper intelligit. Propterea ergo dixit, ꝙ in eodem homine, quod potẽtia eſt, prius eſt eo, quod actu eſt, non in vniuerſo mũdo. In vniuerſo. n. mundo, dicunt nonnulli, nihil alio prius eſt, nec quod potentia eſt, eo quod actu eſt: neque quod actu eſt, eo quod eſt potentia. Si enim æternus eſt mundus ſecundum Ari. neutrum altero prius eſt, ſed ſunt contemporanea. Et hoc ſimile eſt ei, quod vulgo apud idiotas quæritur, vtrum ſit prius ouum, an gallina. Hoc autem ĩuit cum dicit, Omnino autem nec tempore, pro eo quod eſt, in toto mundo. & omnino, pro eo quod eſt, in vniuerſum ſeu ĩ totum, & mundane, tempore autem præcedit id, quod actu eſt, id, quod eſt potentia.

Separatus autem, eſt tantum id, quod eſt.

Et hoc rurſus interiectum eſt, quod quando intellectus fuerit ſeparatus, & fit ſecundũ actu, tunc fit id quod eſt, id eſt proprie intellectus. Qui enim eſt potentia, non eſt proprie intellectus.

Et hoc ſolum immortale, & æternum,

Ecce rurſus aliud dicit propriũ, ꝙ immortalis, & æternus eſt intellectus. Hoc autem ſolum dixit eorum, quæ hominem conſtituunt. Solus enim hic eſt æternus, & immortalis. Irrationalis enim, & vegetatiua anima, vt dictũ eſt, immortalis quidem eſt, non autẽ æterna. Immortalis autem dicitur, etiam ſi corruptibilis putetur, quoniam nõ quatenus eſt anima, corrumpitur, ſed quatenus eſt in corpore, quamobrem Plato quoque dicit omnem animam immortalem, hoc dicẽs de vegetatiua, & irrationali. Materia autem viceuerſa æterna quidem eſt, ſed non immortalis, quamobrem intellectus exitij expers dicitur, vt qui ſit & æternus, & immortalis. Vide autem, ꝙ hoc non dicit de intellectu, qui eſt exterius. Illud enim, ſolum, in neutro poſitum, ad id, quod ſuperius dictum eſt, conſtruitur quod μόριον ἐστι ψυχῆς. i. pars eſt animæ, vt ſit ſenſus Hæc autem pars animæ eſt & immortalis, & æterna, qui autẽ eſt exterius, non eſt pars.

Non meminimus autem, quod hoc quidem eſt affectione uacuum paſſius autem intellectus, corruptibilis.

Vide, ꝙ aliud proprium dicit, ꝙ intellectus obliuiſcitur. Plutarchus quidem dicit, ꝙ hoc tãquam aduerſus dubitationem dictum eſt, quæ dicit, Cur intellectus nõ ſemper intelligit, ſiquidem intus habet cognitiuam facultatẽ? & ſoluens dicit, quod hæc cauſa eſt „quod ipſe cum imaginatione operatur, illa autem corrupta, non amplius per illam operatur, & non per ſeipſum. Dubitant autem hoc modo. Certe obliuiſcitur intellectus particularium, quæ in alia vita egit, in quibus imaginatio coopata eſt, quod

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ea corrupta sit cur ergo eorum non meminit intellectus, quorū typos ab imaginatione retinuit, & q̄ ipse per seip-sum operatus est? Scimus enim q̄ ipsi etiam Aristoteli vi detur, esse quædam quæ intellectus agit sine imaginatio ne, vt ad seipsum conuersionē, incorporeorum cogitatio nem, ad diuina conuersionem vniuersalium cognitionē & vt semel dicam, quæcunq; sine sensu intelligit, ea etiam sine imaginatione intelligit. Ad quod dici potest, q̄ si in morbo particulari diuertuntur. & eorum, quæ nuper ap ta sunt, obliuiscūtur, vt etiam Thucydides scribit, dicens, eos sui ipsorum esse oblitos, quanto magis in totius vitæ mutatiōe obliuiscūtur eorum, quæ paulo ante facta sunt. Ex hoc autem tria habet placita. q̄ imaginationē corruptibilem existimat, ecce enim dicit intellectum passiuum esse corruptibilē, & aliud placitum, quod quē dicit intellectum non recordari, eū impassibilem & affectibus nō obnoxiū dixit. qui enim est exterius, nō dicitur obliuisci.

Et *sine hoc nihil intelligit.*

Aliud proprium dicit, quod sine imaginatione intelle ctus nō agit. Vide autē, q̄ hoc dictū opus habet aliquo, quod ipsum parumper recreet & leniat. Non enim semp agit cum imaginatione, nisi forte dixeris, quod quando circa particularia versatur. Vel dic etiam aliud, quod sine imaginatione paucæ sunt operationes. Nam & quando circa diuina operatur, præter currit imaginatio, ijs, quæ figuris, & typis carent, typos & figuras imponens. Et p̄ pterea eam Plato dicit extremum malum. si ergo fere in vniuersum cum imaginatione operatur, quod fit vt plu rimum pro eo quod semper accepit. Vel dic etiam aliud q̄ intellectus semper cum imaginatione operatur. Si enim omnis scīæ principium est, sensus & si defecerit sensus, & imaginatio deficit. si autē imaginatio deficit, & intelligibi lia. Quam ob causam & ij qui sunt a natiuitate cæci, nec de coloribus imaginantur, nec intelligunt. Clarum est ergo quod sine imaginatione intellectus non agit. & his si nitur, Deo est gratia, praxis, praxis, deo annuente quar tadecima

Indiuisibilium itaque intelligentia in iis est, circa quæ non est falsum, in quibus autem falsum est, & uerum, iam quædam est compositio mentis conceptuum.

Post intellectum potentia, qui habuit quatuor capita, & intellectum actu, qui decem, quæ dicta sunt, habuit ca pita, venit deinceps ad intelligibilia. Sciendum autem, q̄ in rationali quidem anima ab intellectu incipere oportet, vt qui sit intelligibilibus manifestior, in irrationali autem a sensilibus, vt manifestioribus. Vbiq; enim a manifestio ribus doctrinæ initium capiendum est. Postquam ergo de intellectu docuit, venit ad intelligibile. Dicit ergo, in telligibile eē indiuisibile. Ex hoc autem ne existimaueris, quod intellectum dicat sola indiuisibilia nosse. Nouit .n. & indiuisibilia, & ea quæ diuiduntur, sed indiuisibiliter, & centrice nouit, quæ diuiduntur. Nam & centrum cir culum, seminis instar, continet. Omnia ergo intellectus in diuisibiliter intelligit Hoc est enim proprium intellectus, quod diuisibilia colligat, & vniat, & ea indiuisibiliter in telligat. Quod autē etiam diuisibilia indiuisibiliter nouit aperte ostendit quod ipse dixit, vt agitur de demonstratiuo syllogismo, non solum esse scientiam, sed & scientiæ prncipium, quo terminos nouit, principium scientiæ, in tellectum appellans, scientiam autem cogitationem, & ec ce intellectum determinate, & indiuisibiliter dicit res co gnoscere. Qm̄ ergo de indiuisibili agitur, scire oportet q̄ quinque modis accipit indiuisibile. Dicitur enim indi uisibile, terminus. Scimus enim propositionem duos ha bere terminos subiectum, & p̄dicatum. Quemadmodū Propositio est, Plato ambulat. Et Plato, est terminus, & ambulat, terminus, & vt semel dicam, terminus est, vt in libro Peri hermenias didicimus, vox simplex. Hoc est er go primum significatum indiuisibilis, terminus Secundū est significatum, continua magnitudo. Hæc.n. est poten sia quidem diuisibile, actu autem indiuisibile. Tertiū aūt est significatum, quod est in quantitate indiuisibile, vt pū ctus, vnitas, nunc. Hæc enim sunt quæ in quantitate sunt indiuisibilia. Quartum significatum indiuisibilis, est ma terialis forma. Ipsa enim non diuiditur, sed quod ei subie ctum est. Quintum significatum est forma immaterialis. Hæc sunt indiuisibilis quinque significata. Vnde & dubi tatiōes duas mouere possumus, vnam quidem, quomo do a termino alla quatuor indiuisibilia distinxit, siquidē & alia quatuor sunt termini? Vnumquodq; enim eorū est vox simplex, & propterea terminus: Namq; enim p̄ positio est, si dicas, continua magnitudo, nec rursus pro positio est, si dicas, forma immaterialis. Vnus enim ter minus est solum vnumquodque eorum. Ex vno autem termino solum non fit p̄positio. Si hæc ergo ita hñt, qūo ea a termino distinxit, siquidem ipsa quoq; sunt terminī? Hæc est prima dubitatio. Ad quā dicemus, quod aliud est dicere terminum simpliciter, & aliud est dicere, talem terminum. Primum ergo indiuisibilis significatū termi num simpliciter significat, alia vero quatuor talem termi num. Non ergo preter rōnem, sed cum magna rōne id, quod est simpliciter terminus, a tali termino distinxit, & hæc est solutio. Secundum hoc dubium mouent, cur for mam materialem a magnitudine secreuit? Atqui ipsa ma gnitudo est forma materialis! Informi enim materiæ pri ma forma, ante omnes alias formas, hæc accedit magni tudo. primum enim quantitatē, deinde sic qualitatē susci pit. Si ergo magnitudo immaterialis forma est, cur ipsam a forma materiali seiunxit, siquidem magnitudo sub for mam materialem reducitur? Hæc est dubitatio, ad quam dicemus, q̄ non quāuis materialem formam a māgnitu dine distinxit, sed illam, que accedit postquā magnitudi nem materia susceptit. Materia enim formæ magnitudine susceptā, manet in mentis conceptu, reliquis autem for mis susceptis, fit sensilis. Seiunxit ergo formā quę est actu, a forma quæ est in intellectu i. a forma magnitudinis. Ea enim etiam si materiæ accesserit, ipsam intellectui relinqt: neque enim videri potest materia magnitudine prædita per se sine alia forma, nisi intellectu tantū. Quare etsi ma terialis forma est magnitudo, ipsam tñ a forma materiali secreuit, non quauis, vt iam dixi, sed ab ea, quæ actu est, & quæ sensilem oñdit materiam. Quare sub diuisionem aliquam cadunt hæc quinque iudiuisibilis significata. Est aūt hæc diuisio. Terminus vel simplr est terminus, vel ta lis. Si itaque est simplr terminus, facit vnū significatum in diuisibilis terminū Si vero est talis terminus, vel est poten tia quidem diuisibilis, actu autem indiuisibilis. Si ergo po tentia quidem est diuisibilis, actu autem indiuisibilis, vel per se est diuisibilis, vel per accidens. Si ergo fuerit per se diuisibilis, facit continuam magnitudinem, si aūt per acci dens fuerit diuisibilis, facit formam materialem, & sic qui dem est, si potentia quidem fuerit diuisibilis, actu autem indiuisibilis. si autem & potentia, & actu est indiuisibilis vel cum materia quidem est, & facit indiuisibile, quod ē in quantitate, vt vnitatem, punctum, nunc. Vel est imate riale, & facit formam materialem. Qm̄ ergo ex diuisione didicimus, q̄ quinque sunt significata indiuisibilis, videa mus deinceps, quomodo intellectus vnumquodq; eorū intelligit. sciendum ergo, q̄ intelligit terminum, qui est in diuisibilis cum sit ipse indiuisibilis, vt vocem simplicem. Quare neque vt vera, neque vt falsa. Circa enim simpli ces voces non consideratur nec verum, nec falsum, sed circa compositas. Et quamnam ob causam in contextu falsum tantum meminit, & non itidem veritatis? Dicit.n. In indiuisibilibus quidem intelligentia, circa quæ non ē falsum, & non subiunxit, & circa quæ non est veritas? Nouit enim in libro Peri Hermenias, non solum falsum, sed & verum non esse in simplicibus vocibus Quomo do ergo ipse in contextu solius falsi meminit? Et dicimus q̄ in libro, qui est post naturalia, quem Metaphysica vo cant, incōtraria est opinione ei, q̄ in libro Peri hermenias dixerat In libro enim Peri hermenias, nec verum, nec fal sum dixit considerari circa simplices voces, seu in termi nis, sed in propositionibus verum, & falsum apparere di xit. In Metaphysicis autem ait in simplicibus vocibus, seu in terminis, falsu quidem non considerari, sed conside rari veritatem. Intellectus enim quādo simplici aggressio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ne ſe applicans ad vnamquamq; ſimplicem vocem, idem eſt autem dicere, terminum, ſeorſum, & per ſe intellexerit vere intellexit nullo alio adiecta, vt dum dicitur, Ambulat, intellectus quidem protinus inceſſum intellexit, nullo alio adito, ſed per hoc tantum. Rurſus in comedendo, mãducationẽ, & cibi comminutionem protinus intelligit, hoc eſt dentem conuerſione circumagentem, ſine alia additione. Hoc itaque dicit in Metaphyſicis, nunc autẽ eum tractatum ſequitur, & propterea a ſimplicibus vocibus veritatem non arcet, ſed ſolũ falſum, eo q̃ intellectus nunquam fallitur, ſed eſt ſemper verus, ſecundum Plotinum dicentem: Intellectus vel attigit vel non attigit. Quare errare nõ poteſt. ſciendũ autẽ q̃ duplex eſt veritas, vel ſubſtantiua, vel falſo oppoſita. ſubſtantiua quidem, vt ſi ita dicam. Hic homo eſt proprie. Hoc autem dico, vt ad eũ qui eſt ĩ pictura. Ille enim non eſt homo proprie: Illud ergo, eum eſſe, vel ſubſiſtere, de ſolo homine vere dicitur. Hæc cum de intellectu dixiſſet, q̃ terminum vere cognoſcit, conuertitur ad cogitationem, & dicit ipſam non ſolũ eſſe veram, ſed etiam falli. Iam vero & aliud eſt, q̃ intellectus quidem omnia vniformiter nouit, cogitatio autem, vt in compoſitione, & non idem eſt. Intellectus enim, vt continuum, & vnum nouit, quod nouit. cogitatio autem vt compoſitum ex multis, ipſum nouit: quemadmodũ in porta, ipſa enim ex multis lignis eſt compoſita. Et ſimilis eſt cogitatio Empedoclis amicitiæ, que ea compoſuit, quæ ſunt ex contentione diuiſa. Certe & ab Empedocle dictum eſt, quod niſi eſſet amicitia, multorũ vertices collo carentes germinaſſent, hoc eſt, fuiſſent capita ſine collo niſi eſſet, quæ ea connectit, amicitia. Tertium ad hæc dicit eſſe cogitationis propriũ, q̃ ipſa fallatur, vel propter prędicatum, vel propter tp̃s ſi enim dixero, Homo allatus vel eſt, vel erit, vel fuit, falſa eſt propoſitio, propter p̃dicatum terminum, dico autem allatum. ſi autem dixero, Heri Troiana fuerunt, hic propter tempus fuit falſa propoſitio. in æternis autem circa id tantum, quod prędicatur, fit falſum: non ita autẽ & circa tẽpus. ſi enim dixero, erat, vel eſt, vel fuit Deus, ſemper verum dico. Quod.n. ſemper eſt, dico. In non æternis autem, & ſecundum tempus, falſa fit propoſitio, & ſecundum prędicatum. ſecundum prædicatũ quidẽ, vt ſi dixero. Hircoceruus eſt nũc, falſum enim extitit, nõ ſecundum tp̃s nunc, ſed ſecũdum prędicatũ eſt, & rurſus ſi dixero. Vmbra nũc eſt corpus, falſum extitit, non ſecundum, nunc, non ſolum enim nũc non eſt corpus, ſed neque erat, neq; erit, ſed ſecundum id, qđ dixit, corpus eſt. Quare ĩ generabilibus falſum fit dupliciter in cogitatione, vel ſecundum prædicatum, vel ſecundum tempus. in æternis autem ſecundum prædicatũ tantum, Intellectus autem nihil habet horum. Semper.n. omnia intelligit, & non habet falſum, nec ſecundum prædicatum, neq; ſecundum tempus. Quartum autem in his dicit cogitationis propriũ, quod ipſa quidem circa propoſitiones verſatur, intellectus autem circa terminos. Qñ autem dico circa propoſitiones, ne exiſtima me hoc dicere iuxta modum dictum in logica, q̃ circa affirmationẽ verſatur, tanquam compoſitionem, quoniam ipſa componit prędicatum cum ſubiecto, circa negationẽ autem, vt diuiſionem, quoniam ipſa negat, & diuidit prędicatũ a ſubiecto, nõ albus enim, inquit, homo: nunc enim dicimus quod cogitatio & circa affirmationẽ verſatur, vt diuiſio, & compoſitio Si enim affirmatio, quatenus quidẽ coniungit, compoſitio dicitur, quatenus autem eſt in duobus quæ poſſunt diuidi, diuiſio eſt. Negatio autem, etiãſi dicit, non albus Socrates, ei nigrum coniungit, & rurſus eſt compoſitio, eſt & diuiſio: quatenus album ab eo ſeiũgit, & ſic nunc cogitatio dicitur circa propoſitiones verſari Hæc cum dixiſſet: tanquam per digreſſionem, quoniam dixit, quomodo intellectus intelligit terminũ: quærit deinceps, quomodo intelligit indiuiſibilẽ magnitudinem quod erat ſecundum indiuiſibilis ſignificatum. hoc autem eſt & tertium. Magnitudo enim eſt tertium, & totum enim eſt, & partes habet, & eſt compoſitum. Et vt totum quidem, ipſam intellectus ſine tempore intelligit, & in inſtanti. Neque enim poteſt intellectus ipſam in tempore intelligere. Omne enim tempus eſt diuiſibile. Si enim indiuiſibili intelligere, & quod intelligitur quod eſt magnitudo, eſſet diuiſibile. Sicut enim habet tẽpus, ita & magnitudo. Atqui eſt indiuiſibile actu, vt totum enim ipſum intelligit, totum autem eſt in diuiſibile. non ergo ipſum in tempore intelligit, ſed in inſtanti, ſiue nũc. Quod niſi ſine tempore. & ĩ inſtanti ea intellectus ſciret, non amplius totum intelligeret in ipſo tempore & inueniretur aliquando non cognoſcens. Cogitatio autem in tempore ipſam cognoſcit. Atqui & vt partes habentem ipſam intelligit magnitudinem intellectus diuerſas partes in diuerſis inſtantibus intelligens, vnamquamq; partem actu nunc intelligens, vt compoſitum autem, ipſas non amplius intelligit intellectus, ſed cogitatio. Cum ergo magnitudo tribus modis intelligatur, vt totũ, vt partes habens, vt compoſitum. duo quidem intellectus intelligit, vt totum, & vt partes habentem. Vt compoſitum autem, cogitatio. Materialem vero formam nouit intellectus, non vtiq; per ſe, ſed per mediam imaginationem. Senſilia enim nõ poteſt per ſe intelligere intellectus, opus enim habet imaginatione. Hæc ergo nouit per intermediam imaginationem. Non autem, quia per intermediã imaginationem intellectus intelligit, iam propterea diuiſibiliter intelligit. Ineſt enim & ĩ imaginatione aliq̃d ĩdiuiſibile, & quod hoc verum ſit, manifeſtum eſt, eo q̃ primi typi a ſecundis non delentur: nempe, q̃ in ea, videlicet, ſiquid indiuiſibile. Et ſecundum hoc indiuiſibile eam intelligit intellectus, vt ipſam rurſus indiuiſibilem intelligat Rurſus, quod in quantitate eſt indiuiſibile, intelligit intellectus ſecundum negationem. Sicut enim lucis negatione tenebras intelligimus, ſic numeri negatione intelligimus vnitatem, & tẽporis negatione, inſtans, & quod nunc eſt & magnitudinis negatione, punctum. Quare ſecundum negationem intelligimus, quod eſt in quantitate indiuiſibile. Si quis autem dicat, & nigrum ſecundum albi negationẽ cognoſci, fallitur. Ambo enim formã ſortita ſunt. & ambo agunt: hoc quidem congregans, illud vero diſgregãs, & ambo per ſe affirmatiue cognoſcũtur. Niſi forte nigrum pro tenebris acceperis, vt illud, Nigræ mortis. & hæc quidẽ noſter intellectus negatiue cognouit. Diuinus autem intellectus omnia affirmatiue, & applicatiue cognouit, præter malum. Hoc enim non nouit, vt id nõ faciat Quod enim nouit, id & facit. Eſt eius enim ſubſtantialis cognitio. & ideo dictũ eſt. Dixit & facta ſunt. Hoc autẽ ſacræ ſcripturę verbum poteſt duobus modis exponi. Quoniam q̃ cognoſcit, & dicit, hoc etiam fit: vel qm̃ eſt repentina, & q̃ momento tẽporis perficit, eius operatio, propterea dictum eſt, Dixit & facta ſunt. Ex hoc autẽ habes quoddam corollarium, quod ſequitur. Si enim negatiue dicit intellectum operari, non vtiq; de intellectu diuino verba facit. & ſic qui in nobis ẽ intellectus, cognoſcit id quod in quantitate eſt indiuiſibile. Immaterialem autem formam cognoſcit ſecundum hæc quinque. Vel enim vt cauſam, idq; vel effectiuam, vel perfectiuam. Neque enim vt finalem tantum, vt quidam putant, ipſam cognoſcit, & vt non habẽtem contrarium, ipſam cognoſcit. Noſtro enim lumini, & bono eſt aliquid contrariũ, Apud ipſum autem non eſt, cognoſcit autem ipſum, vt & quod intelligit, & quod intelligitur. Intus enim habens Deus cognoſcendi facultatem, etiam ſeipſum intelligit. Quoniam ergo hæc dicta ſunt, in his finitur contemplatio, Deo eſt gratia.

Vt qui unum ſint, ut ait Empedocles, certe multorum quidẽ uertices colli expertes germinarunt, deinde amicitia componit ſic & hæc ſepar ata cõponuntur.

Vide quid dicit, quod intellectus quidem vera ſolum nouit, in iis autem, in quibus eſt falſum, & verum, hoc ẽ cogitationis, & in iis, in quibus eſt compoſitio, rurſus eſt hoc cogitationis. Et ecce duo interea dixit cogitationis propria. Hanc autem, inquit, compoſitionem, tanquam vnum, diuidit cogitatio. & recte dixit illud tanquam. Neque enim, vt vnum proprie nouit ipſa. vt vnum enim noſſe proprie eſt intellectus, ſed vt in appoſitione vnũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ipſam nouit intellectus. Quare & cum Empedocles amicitia ſocietatem habet, quatenus illa quoque in appoſitionem vnit, & non proprie.

Vt incommenſurabile, ſiue diſcrepans, & diameter.

Quid vult dicere? Quod etiam iuxta prædicatum vel vera eſt, vel falſa cogitatio. Si enim dixerit diametrum cõmenſurabile, fallitur propter prædicatum, cõmẽſurabile: Eſt enim ſemper incommenſurabilis, & diſcrepans latere. Si aũt dicat, Incommenſurabilis, & diſcrepans eſt diameter, vera eſt propter prædicatum.

Si autem eorum, quæ fiunt, uel futura ſunt, tempus, ad unum mente agitãs, & compones. Falſum enim ſemper in compoſitione. Nam & album non album, quod non album, compoſuit. Cõtingit autem & diuiſionem omnia dicere: Eſt ergo non ſolum uerum uel falſum, q; Cleon eſt albus, ſed & quod erat, uel erit.

Quid per hæc dicere proponit? Quod ſecundum tempus recte, vel male compoſitum, fit falſum, vel verum in rebus. Si enim dicis, Erunt Troiana, falſum dicis propter futurum tempus. Si autem dicas, Fuerunt, verum dicis propter tempus præteritum. Semper enim, inquit, in compoſitione eſt verum, vel falſum, non in rebus ſimplicibus. Si enim album Socratẽ dixeris non album, falſum dicis. Et ſi non album dixeris album, falſum dicis propter compoſitionem non congruam. Et qnia vtiq; dixit affirmationẽ & negationem eſſe compoſitionem: dici aũt, inquit, poteſt ambo quoq; eſſe diuiſionẽ, quia ſunt ex rebus diuerſis: & fieri poteſt, ut diuidantur in terminos, ex quibus ſunt compoſiti. Recte autẽ dixit illud Contingit: certe dici quidem poteſt affirmatio, diuiſio, vt quæ aperte diuidat in ſubiectum, & prædicatum negatio autem quędam compoſitio, vt quæ ex ſubiecto, & p̃dicato cõponatur. Et hic quidem ſic dicit: in logica autem affirmationem q dem dicit compoſitionem, negationem autem diuiſionẽ. Sed & q erat, vel erit q d dicit? q ſi ſit p̃dicatus falſus, q in vnoquoq; tempore dicitur, falſa eſt. Vt ſi dixeris Cleonẽ album, qui nõ eſt albus, & ſi dixeris, q eſt albus, vel erat, vel fuit, falſum dicis propter prædicatum? Tempus enim in hoc differentiam nõ inducit & vide, q alia quoq; duo ꝓpria cogitationis adiecit, q eſt circa negationẽ, & affirmationẽ verſari, quã cõpoſitionẽ appellauit, & eã eſſe falſam, vel propter prædicatum, vel propter tempus dixit.

Quod autem unum facit, hoc intellectus unumquodq;.

Hoc eſt quod & ſuperius dictum eſt in hyperbato aũt orationem ſic lege. Quod autem facit vnumquod q horum vnum, intellectus. Diximus enim q intellectus etiam diuiſibilia indiuiſibiliter intelligit. Et vide q pro eo, q d eſt intelligere, facere dixit valde admirabiliter. Sicut enim id, quod eſt, omnibus eſſe impertit. & pulchrum pulchris vt pulchra ſint, ſic & intellectus ſecũdum ſuam ipſius ſimplicitatem, & vnitatem, quæ ſunt compoſita, facit ſimplicia. Tanquã enim ſimplicia, ea intelligit intellectus, & non vt compoſita.

Indiuiſibile autem quoniam duobus modis, uel potentia, uel actu, nihil prohibet intelligere indiuiſibile, quando intelligit lõgitudinem. Indiuiſibile enim actu, & in tempore indiuiſibili.

Ad ſecundum indiuiſibilis venit ſignificatum, quod ẽ magnitudo, ſiue continuum. Vel potenia quidẽ eſt diuiſibile, actu autem indiuiſibile, vt maghitudo, vel actu: quidem diuiſibile, potentia autem indiuiſibile. vt aqua. Intellectus ergo: inquit, & quod eſt potẽtia diuiſibile, vt actu, indiuiſibile nouit, & quod eſt actu diuiſibile, vt potentia indiuiſibile. Nouit autem hæc, inquit, & in tempore in diuiſibili, ne in dimidio ſit dimidium. Vocat autem tempus indiuiſibile, inſtans & quod nunc eſt, male dicens. Inſtans enim, & illud, nunc, non eſt tempus, ſed principium temporis. Nunc autem dico momentum. Si autẽ acceperis illud nunc, quod eſt in latitudine, hoc & principium habet & finem, & tempus eſt. Nunc autem de momento temporis, quod nunc eſt, a nobis ſermo habetur. Non quia autẽ duobus modis eſt indiuiſibile, dixit, q ſolum eſt indiuiſibile duobus modis, ſed q ſecundũ ipſam magnitudinis ſectionem in duo tantum diuiditur. Magnitudo enim vel potentia eſt indiuiſibilis, vel actu. Longitudo autem actu quidem eſt continua, potentia autem diuiſa. Longitudinem autem nunc audi, pro eo quod eſt cõtinuum. Dicit ergo, nihil eſſe, quod prohibeat intellectũ longitudinem, non quatenus eſt diuiſa, ĩtelligere, ſed quatenus continua. Eſt enim actu continua. Hoc autem vt cõfirmatorium accepit eius, quod ſuperius dictum eſt, q d compoſita intellectus, vt ſimplicia, apprehendit.

Similiter enim tẽpus diuiſibile, & indiuiſibile, ut lõgitudo.

Quoniã dixit, q in indiuiſibili tempore intelligit, ne q s dicat, q tẽpus eſt indiuiſibile, dicit tempus eſſe & diuiſibile, & indiuiſibile, male dicens. Ipſum enim, Nunc, accipit pro tempore indiuiſibili, neſciens, q eius, q d ẽ quantũ, principia non ſunt quantitate prædita. Principium ergo temporis non eſt tempus.

Dici ergo poteſt, quod in utroque dimidio cogitet. non poteſt autem, niſi fuerit diuiſa, præter quam potentia.

Hoc rurſus eſt confirmatorium eius, quod ſuperius dictum eſt, q quatenus tempus eſt indiuiſibile, id mente cõprehendimus, & non quatenus eſt indiuiſibile. Decempedum lignum in dimidio fortaſſe temporis dimidiũ ligni mente concipimus, quod eſt quinque pedes, & in alio rurſus dimidio temporis, alios quinque pedes. Quod quidem non ſic videtur. magnitudo enim, inquit, nõ ẽ actu indiuiſibilis, vt dicas, quod dimidium in dimidio temporis intellexit, ſed eſt potentia tantum diuiſibilis. Intellectus autem ipſum, vt actu indiuiſibilem, nouit.

Seorſum autem utrunq; dimidiorum intelligens, tempus etiã ſimul diuidit, tunc autem ueluti magnitudines. Si autem, ut ex utriuſq;, & in tempore. quod eſt in utriuſque.

Illud autem intelligens, pro eo quod eſt, cogitans, dixit, abuſiue loquens. Nunc enim ab eo de cogitatione agitur. Quoniam enim dixit, intellectum indiuiſibiliter intelligere, dicit, q cogitatio diuiſim, & ſeorſum vnũq d q nouit. Porro & quãdo ipſa vnita nouit, & ſimul: ſic ipſa nouit, vt magnitudines ex duobus quibuſdam compoſitas, quod dixit, ex ambobus, & in tempore ea nouit, quod eſt, in vtriſq;, ideſt diuiſa: & non amplius, vt magnitudinem, ſed vt diuerſas magnitudines Hoc eſt enim quod dicit, veluti magnitudines. & recte additur illud, Velut magnitudines. Vna enim ſubijcitur magnitudo, quam ſi ſecundum diuerſa tempora intelligit intellectus, erũt magnitudines, quod actu vna eſt magnitudo, quod eſt abſurdum.

Quod autem eſt, non ſecundum quantitatem, indiuiſibile, ſed forma, id in indiuiſibili tempore intelligit, & indiuiſibili intelligentia animæ.

Tertium eſt ſignificatum indiuiſibilis. Quaſi diceret, q continuũ quidem nihil prohibet intelligere, vt indiuiſibile. Quod autem eſt forma vnum, & indiuiſibile, circa cõtrouerſiam ĩ indiuiſibili tempore, & in indiuiſibili animæ facultate cognoſcitur. Quæ eſt autẽ indiuiſibilis animæ facultas, niſi ſcilicet intellectus?

Per accidens autem, & non quatenus illa diuiſibilia, id quo intelligit, & in quo tempore, ſed quatenus indiuiſibilia. Ineſt enim & in his quid indiuiſibile, ſed fortaſſe nõ ſeparabile, quod facit unum tempus & magnitudinem.

Materialem inquit, formam intellectus indiuiſibilem intelligit per accidens. Per ſe enim materialis forma eſt in diuiſibilis, quatenus etiam cum extenſione aliqua conſideramus in infinitum factam continui diuiſionem. Per accidens autẽ dicuntur habere indiuiſibile, eo q ex eis exterius, & aliunde acceſſerit vnio: Hoc eſt ergo, quod dicit, non quatenus pro eo quod eſt, non ſicut formæ illæ materiales ſunt diuiſibiles, ſic eas intelligit intellectus, ſed etiã ſi ſint diuiſibiles, ipſas indiuiſibiliter intellectus intelligit, quia eas indiuiſibili ſui parte anima intelligit. Eſt autem indiuiſibilis animæ pars intellectus, & in tempore indiuiſibili. Expone autem & ſic, q formas, & ſpecies intellectus cognoſcit in tempore indiuiſibili, & ĩ indiuiſibili animæ facultate per accidẽs: eo q ne illæ quidem per ſe ſunt

indiuiſibiles

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

indiuiſibiles: ſed habent vnionem per accidens. Quid eſt ergo, quod intellectus intelligit per accidens? & dicimus ꝙ ipſe quidem a natura habet, vt indiuiſibiliter intelligat. Per accidẽs autem indiuiſibile intelligit, qm̃ ipſis intelligibilibus accidit, vt ſint indiuiſibilia per accidens. Quidam autem dicunt ipſum dicere animam imaginationem, & quid vult dicere, ꝙ vtens imaginatione intellectus formam materialem intelligit? Vtitur autem inquit, indiuiſibili parte imaginationis. Habet enim partem indiuiſibilẽ vt oſtenditur ex hoc, ꝙ q ſunt in ea primi typi, a ſecundis non dcdentur Per accidẽs autem, inquit, diuiditur & imaginatio, ꝙ ſit in ſubiecto diuiſibili. Nam & forma ea eſt ratione diuiſibilis. Quo ergo inquit inſtrumẽto vtens intellectus intelligit, vtpote imaginatione. Eſt autem ipſa diuiſibilis per accidens, & non quatenus eſt imaginatio. Iã & in tempore, in quo intelligit, intellectus eſt idiuiſibilis, rurſus autem tempus, inſtans, ſeu quod nunc, appellauit. Eſt autem & ipſum, nunc diuiſibile per accidens, ꝙ ſit in tempore diuiſibili. Quantũ ergo colligi poteſt, hoc dicit, ꝙ etiã ſi per accidens imaginatio diuiditur, & quod nũc tempus: ſed tamen hæc vt indiuiſibile, & vnum, accipies, intellectus, formam materialem intelligit. Nunquid aũt dici poteſt, ꝙ ſocietatem quoq; voluit dicere, ꝙ inter ſe habet imaginatio, & forma materialis, ꝙ ambo ſunt diuiſibilia per accidens. Ineſt enim & in his aliquid indiuiſibile, ſed fortaſſe, non ſeparabile. Eſt, inquit, & in tempore, quod nunc, indiuiſibile: rurſus autem abutitur: ſed & in imaginatione eſt indiuiſibile, quo vtitur intellectus. Cur autem dixit fortaſſe, & dubitauit? Nondum in confeſſo ẽ imaginationem non eſſe ſeparabilem. ſed corruptipilem. Nunquid ergo dici poteſt, qm̃ eam intellectũ paſſiuum appellauit, & eam cum intellectu cooperari dixit, ppea non potuit eam dicere inſeparabilem, vt intellectum: & ideo dubitauit. Deinde qm̃ dixit non eſſe ſeparabilẽ, ait, ꝙ non eſt ſeparabilis. Quo quidem ſeparabili oĩa vt vnũ intelliguntur, & magnitudo, & tẽpus: Hoc enim ſeparabile in omni magnitudine, vel tempore vel continuo, vt in vno eſt, & ideo ĩtellectus, vt qui ſit ſeparabilis, omnia, vt vnum, nouit.

Et hoc eſt ſimiliter in omni continuo, & tempore, & magnitudine.

Hoc eſt pro eo quod eſt, forma indiuiſibilis, & inſeparabilis in toto eſt tempore, & magnitudine.

Punctus autem, & omnis diuiſio.

Hic eſt aliud ſignificatum Indiuiſibilis, quod in quantitate eſt indiuiſibile, idem eſt autem dicere de oĩbus diuiſibilibus. Sed qm̃ eorum, quæ ſunt oĩno diuiſibilia, hæc q dem per priuationem cognoſcunt, illa vero per ſe. primũ dicit de ijs quæ per priuationem, vt quæ ſunt notiora, vt punctus, inquit. Ipſe enim in contemplatione dictum eſt, continui negatione cognoſcitur, & poſt punctum inducit, quod ſic quoq; eſt indiuiſibile, vt verbi gratia, linea, & ſuperficies. Hæc enim ſunt aliorum fines, & fortaſſe dixerit aliquis Quid ergo linea, & ſuperficies ſunt indiuiſibilia? & dicimus, ꝙ quatenus quidem ſunt aliorum fines. ſunt indiuiſibilia. Horũ aũt oĩno meminit, ꝙ non ſolum punctus eſt diuiſio lineæ, ſed ꝙ linea eſt diuiſio ſupficiei, & ſuperficies ſolidi.

Et quod ſic eſt indiuiſibile, declaratur. ut priuatio. & ſimilis eſt ratio ut in aliis.

Et quod ſic eſt, inquit, indiuiſibile. Sicut autem punctus ſic & ipſum, declaratur ſecũdum priuationem. Hoc autem dixit propter incorporea, & diuina, quæ priuatione non cognoſcuntur, Priuatione enim profundi ſuperficies cognoſcitur. Linea autem cognoſcitur priuatione profunditatis: & latitudinis. Punctus autem priuatione profunditatis latitudinis, longitudinis. Hæc autem diuiſiones merito appellauit. Punctus enim lineam diuidit: & linea ſuperficiem, & ſuperficies corpus, per ſe autem ſunt indiuiſibilia.

Quemadmodum quomodo cognoſcit malum, uel nigrum: contrario enim quodammodo cognoſcit.

Quod malum honeſti eſt priuatio in confeſſo eſt. Q; autem nigrum albi priuatio eſt, falſum eſt. Eſt enim nigrũ forma preditũ, vt diximus. Nunquid ergo pro tenebris dixit nigrum, vt albi priuatio ſint tenebræ, album autem vt intelligas lucem? eius enim priuatio ſunt tenebræ.

Oportet autem potentia eſſe, quod cognoſcit, & ineſſe in ipſo. Si autem non eſt alicui ex cauſis cõtrarium, ipſum ſeipſum cognoſcit, & eſt actu, & ſeparabile.

Ineſſe dicitur pro eo quod eſt, intus eſſe, nunc autem quærit, quomodo oportet Deum intelligere, & duo quidem preſumit. Primum quidem, ꝙ oportet id, quod intelligit, eſſe potentia, vt quod intelligitur. Potentia autem dicit ſecundum aptitudinem, non vult enim Ariſtoteles eſſe rerum rationes in anima. Sicut ergo, inquit, potentia eſt, quod intelligitur, ſic oportet eſſe, & quod intelligit. Oportet enim, quod cognoſcit ei ſic aſſimilari, quod cognoſcitur, & ſimile ei reddi, & idẽ eſſe potẽtia. & rurſus, quod cognoſcitur, ineſſe in ipſo, quod cognoſcit, quod ẽ ſecundum. Et quia hæc ſic habet, quod intelligit, Deum cognoſcit ſecundum quinque quæ dicta ſunt, & ea dicit, præterquam illud, vt cauſam. Dicit autem ipſum nihil habere contrarium, vtpote qui nullam cum alio coniunctionem, vel omnino oppoſitionem habeat, quoniam ipſe tranſcenderit. Quod autẽ actu quoq; eſt ſcilicet & ipſum ſeipſum cognoſcit. Illud autem ſeparabile, vt Plutarchus inquit, non ſolum intellige a materia corporum, ſed etiã ab animalibus facultatibus. Quod quidem dicere volens ſeparatum, dixit ſeparabile. Diuina enim ſunt ſeparata. Quare ſecundum rationem Ariſtotelis, Cuicunq; rei cauſæ exiſtenti non eſt cõtrarium, illa res ipſa ſeipſam cognoſcit, & actu eſt, & eſt ſeparabilis, & non ſolum intellectus ſed & aliud tale fuerit.

Eſt autem propoſitio enuntians aliquid de aliquo, ut affirmatio, & uera & falſa omnis. intellectus autem non omnis.

Poſtquam oſtendit Ariſtoteles, ꝙ eſt æternus intellectus, & ꝙ a ſenſu differt, & quomodo intelligere ſit ſecundum differentiam intelligibilium, non prius ab intellectu recedit, quam abſolute dicat, quomodo diſcernatur, & diſtinguatur. Et tribus quidem modis diſcernit intellectũ eum qui circa ſimplicia verſatur, ab eo, qui verſatur circa compoſita, quod eſt cogitationis, intellectum, qui eſt potentia ab eo, qui eſt actu. actiuum intellectum a contemplatiuo. Et primum quidem vna differentia diſcernit, ſecũdum autem duabus. & tertium tribus. Differt ergo, inquit, q circa ſimplicia verſatur intellectus, ab eo q circa compoſita verſatur, id eſt, a cogitatione. ipſa enim circa compoſita verſatur, quod intellectus quidem ſemper eſt verus, cogitatio autem & vera ẽ, & fallitur, & neq; ſimile eſt verum cogitationis vero intellectus Eſt enim intellectus verum ſubſtantiale. cognitionis autem eſt in compoſitione alicuius ſecundum aliquid, & eſt intellectus quidem ſenſui ſimilis, qui verſatur circa propria ſenſilia, qui eſt ſemper verus. Cogitatio autẽ eſt ſimilis ſenſui, qui verſatur circa ſenſilia per accidens. Ipſe enim aliquando quidem fallitur, aliquando vero non eſt verus, & in compoſitione, aliud enim ex alio cognoſcit, vt ex albo, quod homo eſt. Simplices ergo mentis conceptus, vt qui habeant proportionem, & conuenientiam, cum ſenſu: qui propria gerit negotia, & eſt ſemper verus: veri ſemper ſunt. Mentis autem compoſiti conceptus, vt qui proportionẽ habeant cum ſenſu aliena gerente negotia, & qui aliquando quidem eſt verus, aliquando vero fallitur, propterea & ipſi aliquando quidem ſunt veri, aliquando vero fallũtur. Sic ergo diſcernit eũ, qui circa ſimplicia verſatur intellectum, ab eo, qui circa compoſita verſatur. Deinde diſcernit intellectũ qui eſt potẽtia, ab eo, q eſt actu. Primũ quidem ꝙ intellectus actu res ipſe eſt. Qui eſt autẽ potẽtia, non eſt res ipſæ, niſi ipſas intellexerit. Secundo autẽ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ꝙ intellectus quidem potentia, in particulari tempore, eo qui eſt actu, prior eſt, in vniuerſo autem non eſt prior, eſt enim ſemper & actu & potentia. Oportet.n. ſemper eſſe quod actu eſt, vt id, quod eſt potẽtia, in id quod eſt actu reducat. Poſtquam ergo hoc ſic diſtinxit, diſcernit & intellectum cõtemplatiuum ab actiuo & hanc dicit primã differentiam ꝙ actiuus quidem intellectus ſemper circa particularia verſatur, contemplatiuus autem etiam circa vniuerſalia. Secundam dicit differentiam. Actiuus quidẽ ſemper imaginatione vtitur, contemplatiuus autem non ſemper Tertia eſt differentia, ꝙ ſit in contemplatiuo quidem verum: & falſum: in actiuo autem bonum, & malũ: atq; adeo hæc eſt melior differentia. Secunda enim non eſt valde neceſſaria: nam & intellectus ſemper contemplatione vtitur. Sciendum eſt autem, ꝙ non eſt alius ab actiuo contemplatiuus intellectus, ſubiecto. Sicut enim non eſt alius, q̃ eſt potẽtia, intellectus, ab eo, qui eſt actu ſubiecto: idem enim eſt: ſed ſolum tempore differt ſic & habet intellectus actiuus ad contemplatiuum. Subiecto enim idem eſt, ſed eſt habitudine diuerſus. Contemplatiuus .n. habet proportionem cum viſu, qui colorum ſpecies tantum videt, & cognoſcit, ꝙ hoc quidem hoc eſt album, illud vero nigrũ. Actiuus autem intellectus habet proportionem cum viſu non ſolum colorum ſpecies cognoſcente, ſed & quod delectat, ſibi aſciſcente, quod autem moleſtia afficit, auerſante. Sicut enim viſus qui præter nigrum & albũ, quod eſt iucundum, & moleſtum, cognoſcit: ſic & actiuus intellectus non ſolũ verũ, & falſum cognoſcit, ſed & bonum, & malũ, & proportionẽ quidem habet, qđ in viſu eſt iucundum cum bono: quod autem in viſu eſt moleſtum, cum malo. Sæpe aũt intellectus qđ moleſtum eſt, pro iucundo elegit: eo quod ſit, quod moleſtũ eſt, bonum, quod autem iucundum eſt, aliquando ẽt malũ Quare hæc eſt differentia, ꝙ cõtemplatiuus quidẽ intellectus operatur ſine appetitu, veritatem ſolum & falſum cognoſcens. Actiuus intellectus eũ appetitu operaẽ, ꝙ ſciat quidnam bonum quidẽ ẽ, quidnam vero malũ. Poſtquam hucuſq; produxit differentiam inter actiuum & contemplatiuum, aliam quoque tradit differentiam intellectus a ſenſu. Quoniam enim & in diſcernendo intellectu a cogitatione, & rurſus in tradenda differentia contẽplatiui ab actiuo, intellectũ ſenſui aſsimilauit, ne quis existimaret, ꝙ in omnibus ſimilis eſt intellectus ſenſui, propterea nunc tradit differentiam inter intellectum, & ſenſum, & dicit. ꝙ particularis ſenſus, vt viſus nouit albũ, & nigrum, & eſt commune vehiculum albi, & nigri, viſus, albi autem, & dulcis communis ſenſus commune eſt vehiculum. Differentiam, quam habet album ad dulce, nõ nouit viſus, ſed communis ſenſus. Sicut ergo particularium ſenſuum terminatio eſt communis ſenſus, ſic & contemplatiuorum intelligibilium cõmune eſt vehiculum, intellectiua cognitio, & actiuorum, quemadmodum boni & mali, intellectiua actio. Vtrorumq; autem, & contemplatiuorum, & actiuorum intellectus eſt vehiculum. Et intellectiuam quidẽ cognitionẽ Plato προσεκτικὸν id eſt attẽtiuum appellat, intellectiuam autem actionẽ συνειδὸς id eſt conſcium. Hæc autem dicebat eſſe ſubiecto eadem. Nam & cognoſcens agit, cum cognitione enim vita cõiuncta eſt, & vnum eſt quod dicit, ego intellexi, & conuerſus ſum. Si hoc enim non ſic habet, eſt rationi conſentaneũ dicere, ꝙ tu quidem hoc, ego vero illud ſenſerim, Hæc autẽ ratione, differunt, ꝙ hic quidem agat, ille vero cognoſcat, & in hac quidẽ eſt opinione Ariſtoteles. Porro & ſecundum ipſa ſubiecta communionem habent, & ſocietatem. Quod enim bonum, etiam verum eſt, quod autem malum, falſum. Sed differunt, quoniam bonum ad aliquid dicitur. quod enim ad animam bonum eſt in virtutibus, hoc eſt malũ corpori. Verum autem non dicitur ad aliquid, ſed ſemper idem eſt verum & honeſtum. Neq; enim Plato eſt admittendus dicens, ꝙ furenti enſis depoſitum confiteri verum quidẽ, malum autem. Verũ enim ſecundum Ariſtotelem, quatenus verum, ſemp honeſtũ. Sciendum autem, ꝙ etiamſi diximus ſimilem eſſe communem ſenſum intellectu quoniam, ſicut cõmunis ſenſus eſt terminatio omnium particularium ſenſuum, ſic & omnium intelligibilium terminatio eſt intellectus, & cogitabilium, & opinabilium, verũtamen eſt quædã differentia. In ſenſibus enim eſt alius communis ſenſus præter quinq;, in intelligibilibus autem non eſt aliud, quod cognoſcit præter tria, ſed vnũ ẽ ex tribus, quod cognoſcit differẽtiam. Intellectus enim, cũ ſit pars triũ, & opinionis dico, & cogitationis, & intellectus, ipſe nouit differentiã intelligibilium ad cogitabilia, & cogitabilium ad opinabilia. Hæc eſt ergo differentia intellectus a cõmuni ſenſu. Sciendum autẽ, ꝙ ſicut cõmunis ſenſus non ſolũ ea nouit, quæ cognoſcunt ſenſus particulares. ſed & aliam præter hæc, nouit enim communis ſenſus differẽtiam ſenſilũ quæ cadunt ſub ſenſum, hoc ſenſibus, vt iam diximus, neſcientibus. Particulares enim ſenſus dulce & albũ tãtũ cognoſcunt. Communis autem ſenſus nõ hæc tantũ, ſed & ipſorum nouit differentiam, ſic ergo & intellectus nõ ſolum intelligibilia, & cogitabilia, & opinabilia nouit, ſed & eorum differentiam. quæ enim deteriora cognoſcit, & meliora ſcit. quæ autem meliora nouit, deteriora neſcit. Differentiam ergo cogitabiliũ, & intelligibilium, vel cogitabiliũ, & opinabiliũ non nouit, nec cogitatio, nec opinio, eam autẽ intellectus cognoſcit, vtriſq; ergo melior ẽ, & cogitatione, & opiniõe. Eſt ergo eiuſmodi proportio. Sicut nigrũ ad propriũ mentis conceptũ, ſic & albũ ad proprium mentis conceptũ, & econuerſo, ſicut nigrum ad album, ſic mẽtis cõceptus albus ad mẽtis conceptum nigrum. Et in his, Deo eſt gratia, finitur cõtemplatio. Eſt autem propoſitio enuncians aliquid de aliquo, ſicut affirmatio, quid vult dicere ꝙ differt quidẽ, qui circa ſimplicia verſatur intellectus, ab eo, qui circa compoſita verſatur, circa mente enim conceptam, & internam propoſitione, inquit, verſatur affirmatio, Ipſa enim veluti ſimplex eſt, dum in animi adhuc diſpoſitione ſita eſt, & ſemper vera eſt qui autem circa cõpoſita verſatur intellectus in affirmatione, quæ eſt ϕn probationem, verſatur, quæ habet verũ, & falſum. Dicere ergo ipſum vera, vel falſa, in omni accepit affirmatione, quæ eſt ϕn prolationem, non autem de interna. Non enim omnis intellectus, pro eo quod eſt, verus eſt, vel fallitur. Simplicium enim mentis conceptuum & intelligentiarum intellectus verus eſt tantum, non etiam fallitur. quare non omnis verus eſt intellectus. vel falſus, propter actiuum ait dictum eſſe. Contemplatiuus enim ſimplices, & puros mentis conceptus, & intelligentias apprehendens, non fallitur. Actiuus autẽ quoniam & ſecum, & inter ſe formas materiales compoſit, in eo, inquit, cogitat, & propterea fallitur. quare propter cogitationem rurſus falſum ſequitur.

Sed, qui eſt eius, quod quid eſt, & ſecundum quod quid eſt eſſe, uerus, & non aliquid de aliquo.

Quaſi diceret, illum ſolum verum eſſe intellectum, qui eſt ſecundum quod quid eſt, & ſecundum quod quid eſt eſſe. illud ergo, quid eſt, ſubſtantiam declarat, quid eſt autem eſſe, formam, tanq; tale ſit, quod dicitur, Ille ſolus verus eſt intellectus, qui ſubſtantiam, quæ eſt ſecundũ formam, apprehendit ideſt qui ipſam formam per ſe apprehendit, is eſt autem contemplatiuus, qui & ſemper verus eſt, & non eſt aliquid de aliquo, id eſt non circa compoſita verſatur. Circa compoſita enim verſari non eſt intellectus proprie. ſed cogitationis. Ne exiſtima autem ꝙ intellectus quidem idem eſt ſubiecto, quod cogitatio, eſt autem diuerſus, nam & intellectus a cogitatione eſt ſubiecto diuerſus.

Sed ſicut uidere proprium, uerum: ſi autem homo, quod eſt album, uel non, non ſemper uerum.

Quid eſt illud, uidere proprium? pro eo quod eſt, qđ eſt ſibi proprium videre, & propriũ negotium gerere, vt videre, quod eſt album, & ſolum, nõ itidẽ autem & ſubſtantiam, cui quidem hoc album ineſt, hoc enim nõ ſemp

verum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

verum. Fallitur enim quandoq; ſenſus circa ſenſilia per accidens, ſicut ſuperius dictum eſt.

Sic autem habent quæcunq; ſine materia.

Quid dicit? q; ſicut ſe habet ſenſus ad propria ſenſilia & non propria, ſic & quæ ſunt ſine materia, ad intelligibilia. ſine materia autem dicit cogitationem, & intellectum Immateriales enim ſunt hæ facultates, & cogitabilia, & intelligibilia ſunt rurſus res immateriales, & intelligibilia quidē quæ quidem etiam ſimplicia dicit, ait cū viſu habere proportionem, qui proprium videt, cogitabilia autem quæ etiam cōpoſita appellat, dicūtur cū viſu hīe proportionem, qui gerit alienum negotium, & qui non vult ſolum cognoſcere, quod album, ſed etiam quod albus homo, vel equus.

Idem eſt autem ſcientia quæ eſt ſecundum actum, quod res. Quæ eſt autem ſecundum potentiam, tempore prior in uno.

Rem dicit ſcibile. Dicit ergo ſcientiā, quæ actu eſt, idē eſſe, quod ſcibile. Non cognoſcit. n. ſcientia ſcibile, niſi ei aſſimiletur, & fiat quale ipſum. Hoc aūt non temere intellectum eſt, ſed qm̄ de intelligibilibus agitur, intelligibilia autem per mediam ſcientiam fiunt intelligibilia, & intellectu cognoſcuntur, propter ea ſcientiæ mentionem fecit, dicens, ſcientiam, quæ actu eſt ſimilem eſſe ſcibili. quæ autem eſt ſecundum potentia ſcientia, eſt prior ſcientia, quæ eſt ſecundum actum in vno indiuiduo.

Omnino autem & ſimpliciter, nec tempore quidem. Sunt enim ex eo, quod perfectione & actu eſt, omnia, quæ fiunt.

Quidam libri habent græce ὅλως .i. omnino quidam vero ἁπλῶς .i. ſimpliciter, hoc eſt autem, quod dicit, q; vt in vniuerſum, & ſemel dicatur, in vniuerſo mundo non eſt prius, quod eſt potētia, eo quod actu eſt, quia omnia ex aliquo, quod perfectione, & actu eſt, producuntur in actum, per id quod poteſt producere. Illud autē, Ex eo, quod perfectione, & actu eſt, quidnam dicunt non debere ad opificem referri, ſed q; quicquid eſt potentia, eſt in alio, quod eſt actu aliquid aliud, vt ſemē potentia quidē eſt fœtus: actu autem ſemē, & panis potentia quidem eſt ſanguis, actu autem panis. Exiſtimo autem eos non recte dicere, nihil enim ſolum ſemper actu eſt, ex quo omnia producuntur, niſi ſolus opifex. Cum hic autem eſſet Alexander, dixit perturbatā eſſe orationem, ſiquidem ſuperius quoq; diſcreuit intellectum, qui eſt potentia, ab eo q eſt actu. Porro & nūc hoc ipſum facit. Ad quod dicimus q; duobus quidem modis loquitur, non eſt autē perturbata oratio, hoc. n. nūc fecit, vt totam ſimul dīam dicat.

Videtur autem ſenſile quidem, ex eo, quod eſt potentia, ſenſitiuo actu faciens. Non enim patitur, neq; alteratur. Quare hæc eſt alia ſpecies motus. Motus enim imperfecti actus eſt. Actus autem ſimpliciter alius eſt, qui eſt perfecti.

Quid ſibi vult hic contextus? Vult diſcernere intellectum actiuum a contemplatiuo. Priuſquam autem ad tradendam dīam accedat, vult aliquid de ſenſu dicere propter duas cauſas, uel q; hoc habet commune intellectus cum ſenſu. q. citra medium operatur, vel quia ī hac diſtinctione in afferendis ſenſus exemplis magnopere delectatur, propterea dicit aliquid de ſenſu iā dictum, quod potentia ſenſus eſt ſecundum habitum, & non ſecundū aptitudinem, vt cogitatio, quando nō operatur. Quando autem ſenſile adfuerit, & ſenſus operatus ſit, ītūc apræſentia ſenſilis deducitur in actū, venit autem ad id, quod actu ē, non per motum, nihil enim patitur, nec alteratur ſenſus, qui deducitur ab eo, quod eſt ſecundum potentiam, ad id, quod eſt actu. Vult enim Ariſtoteles id quod a ſecundo potentia ad id, quod ſecundum actu eſt, deducitur, non alterari, nec pati. Vnde vel nō eſt motus, vel eſt alia ſpecies motus. Siquis enim vult hunc motum dicere, aliā ſpeciem motus dixerit præter eas, quæ in Phyſica dictæ ſunt, & naturam innouauerit. Deinde confirmat etiam, q; non eſt motus, a ſecundo potentia, ad ſecundum actu progreſſus. Dicit. n. motū eſſe imperfecti actum: motus enim ab imperfecto ad perfectum fertur, & patitur, & alteratur. Quod eſt autem ſecundum potentia, perfectum eſt. Perfectorum autem actus non eſt motus, ſed aliquid aliud præter motum. Non eſt ergo motus a ſecundo potentia deducto ad ſecundum actu, ſed mutatio.

Sentire ergo ſimile eſt ei, quod eſt dicere ſolum intrinſecus, & intelligere, Quando autem iucundum, uel moleſtum, ueluti, affirmans, uel negans, perſequitur, uel fugit, & eſt delectari, uel moleſtia, affici, operari ſenſitiua medietate ad bonum, uel malum, quatenus talia.

Diſcernit intellectū cōtēplatiuū ab actiuo, & quid dicit? q; ſicut ſenſus qui habet tantum dicere intrinſecus. i. cognoſcere, & intellectu comprehendere dicitur cōtemplatiuus. qui autem habet, vt moleſtia afficiatur & delectetur, affirmare ait, & perſequi, quoniā ipſum ſuſcipimus, & ad ipſum venimus. Suſcipere ergo ipſum dixit & affirmare Moleſtū aūt negamus. ipſum enim non ſuſcipimus, ſed & fugimus. Tanquam aūt inquit iudicatiua facultate actiui intellectus iudicatur bonum & malū. Ne ergo oīa de eodem accipe. Deinde quoniā oſtenſum eſt ſuperius, idem eſſe ſubiecto ſenſum, quod appetitum, cum oporteret aūt dicere. q; actiuus intellectus cum appetitu operatur, dixit, q; cū ſenſu, eo q; ſubiecto idem ſit ſenſus, & appetitus. Ad bonum, vel malum, quatenus talia. Recte aūt adiectū eſt illud, quatenus talia, neq; enim ipſa per ſe ſunt bona, vel mala ſed vt ad animal, vt quod ſeruat quidem, dicatur bonū, quod autem corrūpit, dicatur malū.

Porro & fuga, & appetitus idem, qui eſt ſecundum actum & non eſt aliud appetitiuum, & fugiendum, nec a ſe inuicem, nec a ſenſitiuo, ſed quod quid eſt eſſe, aliud eſt.

Quid dixit? Quod actu moleſtum eſt, voluptate, quæ eſt actu comparans, ait ratione differre: vocauit autem fugiendū quidē, quod moleſtū: appetitum autem iucundū. Deinde, ne quis exiſtimaret, q; alia quidē facultate aliqd iucundum appetimus, alia autē, quæ moleſta ſunt, fugimus, nunc dicit, q; non differt voluptas a moleſtia, niſi ratione ſeu definitione, non enim ſubiecto: ambo. n. ſunt ſub anima irrationali. & quid hoc dico, cū nec ſentire quidem ab eo, quod eſt voluptate affici, ſubiecto differat? nā & hæc ambo ſunt ſub irrationali, in eo autem, quod qd eſt eſſe, differunt, id eſt, in ratione, ſeu definitione. Hoc autem dixit. vt oſtendat, contemplatiuum etiam intellectū ab actiuo ratione tantum differre.

Cogitatiuæ autem animæ uiſa, ut ſenſa inſunt. Quando autē bonum, uel malum affirmarit, uel negarit, fugit, uel perſequitur. Quare nunquam ſine uiſo intelligit anima.

Cogitatiuam animam dixit, abuſiue loquens, contēplatiuum intellectum, & quid dicit? q; ipſe quoq; imaginatione vtitur, vt & actiuus intellectus. Sed ſi vtitur, inquit imaginatione, huic viſa. inſunt inquit, vt ſenſa: hoc eſt ſenſus ſolum ſine dolore, & voluptate. Actiuo autem intellectui, qui habet bonum & malū. ſubiecta inquit ſunt veluti affirmationes, & negationes: & ſic voluptate vtitur, & triſtitia, & iucundum quidem perſequitur, fugit autē, quod moleſtum. Hæc autem ſemper quoq; imaginatione vtitur, eo q; ſemper delectetur, vel moleſtia afficiatur, quod quidem nō ē ſine imaginatione. Primus autem nō ſemper: nihil enim particulare ſine imaginatione intelligit: Vniuerſalia autem etiam ſine imaginatione intelligit. Ne exiſtimes autem idem eſſe bonum & iucundum, & malū & moleſtū. Eſt enim iucundum malum rebus vti venereis, & eſt moleſtiam exhibens bonum, eſſe circa omnia cōtinentem: Ne ergo putaueris actiui iucundum idem eſſe, quod eius bonum.

Sicut autem aer pupillā talem fecit, ipſa autem aliud, & auditus ſimiliter, extremum autem unum, & una medietas, ei autem eſſe plura tribuunt. Quoniam autem diiudicat, qua ratione differat dulce & calidum, eſt quidem & prius, dicendum autem & ſic, eſt enim unum quodpiam. ſic autem ut & terminus.

De cōmuni vehiculo nūc agitur & quid dicit? q; ſicut aer pupillam alterat, & pupilla ſpiritū, & ille facultatem cryſtallinā, & ipſa excitatur, & videt, cū ſit vna. In eo au-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem, quod eſt eſſe, hoc eſt, rõne, ab alijs iudicãtibus diuerſa eſt. Nam & auditus ſimiliter habet vnũ, quod iudicat, ſicut ergo in his, ſic in intellectu eſt commune vehiculum qđ quidẽ eſt extremũ diſcretiuũ mediũ, & primũ quidẽ dicit cõ: extus de viſu, & auditu, illud autẽ, ſic habet intellectus vehiculum, non dicit: ſed cũ prima dixiſſet Philoſophus: reliqua ſubaudiri permanſit, quę ſunt de intellectu, & ad alia cõuertitur, dicens, ꝙ ſic quidem particularis ſenſus iudicat albũ, & dulce non ipſe iudicat, ſed quiſnam ſit ſuperius diximus, & nunc quoꝙ dicemus, nẽpe communis ſenſus, ipſe.n. inquit horum eſt commune vehiculum exiſtens, inquit, vt terminus. Terminum autem nunc vocat centrum circuli, a quo multę lineæ procedunt.

Et hæc quidem in proportione & numero, quem habent ad utrunq;, ut illa ad ſeinuicem.

Quid dicit? Quod, ſicut terminus, hoc centrum, ſic habet & communis ſenſus, & proportione, & numero. Proportione quidem, ꝙ ſicut cẽtrum ſe habet ad vtranq; ex his lineis quæ a centro procedũt, ſic habet & communis ſenſus ad vtrunq; ex ſuis ſenſibus, & ſicut rectæ ſe habent inter ſe, ſic & particulares ſenſus, inquit, habent aliquam proportionem. Sic quidem proportione, numero autẽ quomodo? ꝙ ſicut centrum cũ ſit vnum, ad multas habet lineas habitudinem, ſic & communis ſenſus, cum ſit vnus habet ad multos ſenſus habitudinem.

Quid enim refert hoc dubitare, quomodo, quæ ſunt eiuſdem generis, iudicat, uel contraria, ut album, & nigrum? Sit autem ut A, quidem album, ad B, nigrum G, ad D, ut illa ad ſeinuicẽ. Quare & econuerſo ſi, G. D, uni inſint, ita habebunt ſicut & A, B, idem autem & unum. eſſe autem non idem. & illud ſimiliter. eadem autem ratio & ſi, A, dulce quidem ſit, B, uero albũ.

Quoniam dixit, ꝙ ſicut communis ſenſus ſe habet ad propria, & ne dubita, inquit, quomodo, quæ ſunt eiuſdẽ generis, nouit ſenſus particularis, ſiquidem non dubitas, quomodo: quæ ſunt diuerſorum generũ, nouit communi ſenſus idem eſt enim Eiuſdem aũt generis vocauit album, & nigrũ, ambo n. ſub colore. Diuerſorum autem generum, albũ, & dulce: hæc.n. vt quæ ſub diuerſos ſenſus cadunt, ſunt diuerſorũ generũ. Si aũt, vt aliquod quartum album ad ſecundũ nigrũ, tertiũ ad quartũ, vt illa ad ſeinuicem. Nunc accepit elementa, primum quidem ſignificans albũ, ſecundũ autem nigrũ: aliquando aũt & dulce: tertiũ autem & quartum pro intelligibilibus accipit, vt ſit tertium quidem ratio albi, quartum aũt ratio nigri, & quid dicit? Quod ſicut cõmunis ſenſus nouit primum & ſecundũ, vt accipias primum quidẽ ſimiliter ſignificãs album, ſecundũ autẽ dulce, ſic & intellectus nouit tertiũ & quartum i eorum rationes. Nouit autẽ & econuerſo, inquit, intellectus primum tertium, & ſecundum quartũ, hoc eſt, etiã ſenſilia. Idem autem & vnũ, eſſe autẽ nõ idẽ: & illud, ſimiliter, ſubiecto quidẽ, inquit, idem eſt, formã dico albi, vel nigri. vel nigrũ, vel album: ratione autẽ ſunt diuerſa, aliter enim videt album, & nigrum, & aliter intelligit.

Formas ergo intellectiuum in uiſis intelligit, & ſicut in illis ipſo definitum eſt, id quod eſt perſequendum, & fugiendum: & intra ſenſum, quando in ipſis uiſis fuerit, mouetur, ut ſentiens facem, quia eſt ignis, communi cognoſcit, dum uidet moueri, eſſe hoſtem.

Quid dicit? ꝙ actiuus intellectus formas rerum intelligit vtens imaginatione, & ſicut in ipſa inquit, eſt perſeq, & fugere, cũ ſit appetitus: ſic & ĩ intellectu Hæc ſunt qm delectatur, & moleſtia afficitur. Vel hoc ergo dixit, vel aliud, quod viſa, quæ ſuperius ſenſilia, appellat, inferius autem imaginationem. & quid dicit? ꝙ intellectus quidẽ ſimul cum ſenſilibus aliquando operans, & lætatur: & dolet. Aliquando autem ſine ſenſu imaginatione vtitur, & operatur. Quãdo enim face viſa intellexerit eſſe hoſtẽ: cum ſenſu coopertatus eſt. Quando autẽ conſultans vbi bellũ gerere oporteat: tunc imaginatione vtitur, vt ſentiens facẽ, ꝙ ignis communi cognoſcit? Quid eſt, cõmuni cognoſcit? nõnulli quidam dicunt? motu ignis. Motus.n. eſt commune ſenſile. eſt autem abſurdum in cognoſcente dicere de communi ſenſili. cognoſcens enim dixit. Dic ergo eũ dicere: ꝙ ignem communi ſenſu cognoſcimus: hoc autem dixit, vt ſciens, ꝙ quæ particulari ſenſui ſubijciuntur, ſubijciuntur quoq; communi.

Quando autẽ in iis, quæ ſunt in anima, uiſis, uel mentis conceptibus. ſicut uidens, ratiocinatur, & conſultat, futura ad præſentia comparans, & quando dixerit, quod illic iucundum, uel moleſtum hic fugit, uel perſequitur, & omnino in actione, & quod ſine actione eſt uerum, & falſum, in eodem eſt genere bono, & malo, ſed differt quidã eo, quod ſimpliciter, & qđ alicui.

Quid dicit? ꝙ quando imaginatus conſultauerit: vbi bellum gerere oporteat, & accommodatum quidem locum, & iucundum elegerit, moleſtum aũt fugerit, tunc imaginatione vtitur. Scire aũt oportet, ꝙ iucundum quidem, & moleſtũ ſemper eſt in actiuo intellectu, in quo eſt & bonum. Differt autem eo, quod eſt ſimpliciter, & alicui: quia verum quidẽ ſemper ſimpliciter dicitur, & ſemper eodem modo ſe habet: Bonum autẽ ad aliquid quidem malum eſt, & inutile. Quod enim ad aliquid bonũ eſt, vt ad animam: hoc ad corpus bonum non eſt. Et in his praxis, Deo eſt gratia, completur.

Quæ autem ſunt in ablatione ſeu abſtractione intelligit. Quemadmodum ſi ſimum, quatenus quidem ſimum, non ſeparate. Quatenus autem eſt concauum, ſi quid quidẽ actu cogitaret, ſine carne cogitaret, quatenus concauum, ſic mathematica ſeparata, ut ſeparata, intelligit, quando illa intelligit.

Poſtquam ſimplicem intellectum a compoſito diſcreuit: & actiuum a contemplatiuo: & eum qui eſt potentia ab eo, qui actu: rurſus venit ad itelligibile, & hoc nũc docet. Et quoniam intelligibile forma eſt: Forma autem triplex: vel omnino materialis: vt res naturalis: vel formæ penitus expers vel partim quidem materialis, partim aũt materiæ expers, vt mathematica, ſuperius autem examinauit & materialem formam quando dixit hoc. illud qđ piam eſſe, ſed & immaterialẽ, vbi quærebat hoc per hoc quod quid eſt eſſe, nunc venit ad mathemata, & quærit quomodo ea nouit ĩtellectus? & dixit ꝙ non vt materialia ipſa nouit, ſed vt immaterialia. Non nouit enim ipſa, vt ſimum, quod omnino in materia, nempe naſo, intelligitur, ſed nouit ea, vt incuruum, hoc n. ſine materia intelligitur. Mathemata aũt intelligit intellectus inſtrumento vtens indiuiſibili, imaginatione. Imaginatio .n. eſt idiuiſibilis. Quando enim currentem Socratem mente agitarit imaginatio, vt vnum ipſum intelligit, & nõ qui ſit diuerſus quatenus currit. Si enim imaginatio ẽ a ſenſu, qui trãſmigrare non poteſt. ſ. & ipſa eſt diuiſibilis, & ab alio in aliud nõ deſcendit, ſed ſimul imaginatur. Ex hoc autem colligitur imaginationem ſolum eſſe veram, ſicut & intellectus & ſenſus, nõ aũt etiam falſam eſſe, eo ꝙ non imaginatur in compoſitione. Ex hoc autem oſtenditur etiam animam eſſe ſeparabilem, ſiquidem ea, quæ ſeparari non poſſunt. dico autem mathemata, intelectu ſeparat, eo ꝙ ſubſtantiale habeat ſeparabile. Hæc poſtq̃ dixit, quærit, ſi intellectus ſecundum actum res ipſæ eſt, & ſi eſt in generatione, an res immateriales poteſt cognoſcere, an nõ. Et id dubium quidẽ mouet, in præſentia aũt non ſoluit. Ad hoc aũt dicit Plato, ꝙ põt intellectus quidem, qui ẽ in generatione, eſſe ciuis cœleſtis, & circa immaterialia operari, & corpus negligere. Si enim, quæ extra ſunt animæ, quæ corporis ſunt animantes, cum corpore ſunt ſemper, & in ſepulchris, quid abſurdum etiam eas quæ ſunt in generatione, animas circa immaterialia operari? Et ſic quidem Plato. Ariſtoteles autem inferius dicit triplicia eſſe intelligibilia. Sunt enim immaterialia intelligibilia prima. Secunda intelligibilia media, & tertia materialia. Et in materialibus quidem dicit non eſſe opus imaginatione: imaginationis enim expertes ſunt, intelligentiæ. Quando autem inquit, mathemata intelligit ſubiecto imaginatione vtitur. Etſi autẽ, ea vt ſubiecto, vti-

tur

tur cognoscendo mathematica, nō ob id eadem sunt visa & mathemata. Visa enim soli subiiciuntur imaginationi, Mathemata autem animæ, quæ subiecto vtitur, imaginatione. Materialia aūt cognoscit anima instrumento vtens sensu, & imaginatione. Si ergo actus ē imaginationis expers, fieri non potest, vt intellectus, qui est in generatione hunc actum intelligat. Nullo enim indiget ad eum cognoscendum. Hoc autem facit pro opinione quæ dicit, intellectum non cognoscere formas, quæ sunt oīno immaterialis. Hæ aūt sunt a materia separabiles. Deberet ergo & ipse esse a materia separabilis vt ipsas intelligeret. Siquidē assimilari oportet in omnibus id, quod cognoscit, ei, qđ cognoscit. Atqui in animali non separatus est: ipsas ergo non cognoscit. Hæc est autem prima illius opinionis defensio. Falsa est autem o Aristoteles. Si enim intellectus q̄ est in animali, non intelligit ea, quæ sunt oīno immaterialia, quomodo in tuo tractatu qui ē post naturalia, & formas oīno immateriales quæsiuisti, & inuenisti, & nobis renunciastis? Quare clarum est, eum etiā. qui est in animali, intellectum cognoscere formas oīno materię expertes. Hæc est prima defensio, & ad eam oppositio. Secūda defensio. Intellectus nō intelligit formas immateriales: qm̄ nec omnino quidē sunt formæ materiæ expertes, & qm̄ non sunt, propterea nec intelligit, Hæc est secunda defensio: ad quam dicimus, qūo hæc dicis Aristo. qui in alijs tractatibus aperte clamas esse diuinas formas, quæ sunt materiæ expertes? Tertia defensio. Intellectus semper cū imaginatione operatur si autē nūquam per seipsum operatur, sed semper cum imaginatione, etiam quando circa diuina operatur: nam tunc quoq; cū imaginatione operatur. si autem imaginatio semper materialia cognoscit, ex eo enim, q̄ intellectus cognoscit pulchrum mundi ordinem, & rerum virtutē, erigitur ad cognoscendam, quæ illa exornauit, & administrauit, prouidentiam, quare neq; quando diuina intelligit, sine imaginatione agit. Imaginatio autem, vt dictum est, semper materialia cognoscit. Sola n. illa nouit imaginatio, quæ sensus nouit. si ergo intellectus, quæ nouit tantū imaginatio, nouit, q̄ sine ea non agat: imaginatio autē illa nouit, quæ nouit sensus: sensus autem sola materialia nouit. In intellectus ergo sola nouit materialia, nequam autem, & immaterialia. Et hæc est tertia defensio, & aduersus eam contradicimus, & dicimus, q̄ intellectus, quando circa particularia sensilia operatur, tunc cum imaginatione operatur, & ab ea recedit a principio ad finem vsq;, sed cū ea est in sensilibus. Quando autem diuina intelligit, tunc per imaginationem quidē operatur, dicimus enim, nos ex pulchro ordine, & ornatu, q̄ a nobis consideratur, ad diuina traduci. Quare per imaginationem quidem, sed non vtiq; cū illa, neq; enim ea amplius indiget. Incorporea enim etiam sine imaginatione intelliguntur, & hæc est defensionis solutio. Quarta defensio. Non potest intellectus materialia intelligere, eo quod intellectus idem est cū imaginatione. sicut enim imaginatio, nec est vera, nec falsa. si ergo intellectus idem est cum imaginatione, imaginatio aūt nō intelligit formas immateriales, nec ergo intelliget intellectus formas materiæ expertes. Hæc est quarta defensio, ad quā dicimus non idē esse intellectum, quod est imaginatio Imaginatio enim qualitates solum cognoscit, quas etiā sensus cognoscunt. Nihil enim nouit imaginatio, quod non sensus nouit. Intellectus autem nouit substantias. si ergo imaginatio non nouit substantias Intellectus aūt nouit substātias, non est ergo intellectus imaginatio. Vnde & Plato inqt in Theæteto, Imaginatio aūt substantiā nō assequitur, pro eo qđ est, nō est illi cognitio substātiæ: nō ē ergo idē intellectus, & imaginatio. Hæc postq̄ dixit Aristo. & de cognitiuis operationibus huc vsque disseruit, vult de cōibus operationibus cōem orationē conclusionem colligere. Dicit ergo, q̄ propter iui cognitiuas facultates, & operationes, oīa est aīa quæ sunt Quæcūq; enim sunt, vel sunt sensilia vel intelligibilia, quæ etiam scibilia vocat. Et eorum vnū quodq; est duplex. Quicquid enim est, vel potentia, vel actu est. Quicquid enim potentia est, fit actu Quatuor itaq; sunt omnia, potentia sensilia, actu sensilia, potentia scibilia, actu scibilia, & in ijs quæ sunt nō sunt præter hęc quatuor. Atqui sunt & hæc quatuor in anima, habet. n. anima sensus potentia & potentia scientiam, & actu sensus. & actu scientiam. Non aūt quia diximus omnia esse aīam, iam secundum id dicimus lapidem inesse in anima vel lignū, sed q̄ rebus assimilatur, & ad earum imaginē reducitur, siquidem simile simili cognoscitur. Et rursus ne ne quis existimet iuxta ea, quæ a Platone supponuntur, esse rationes in anima, neq;. n. hoc dicit Aristo sed quādo sunt potentia quidam sensus, potentia vero scientiæ, tūc habent solum rerum aptitudinem, quādo vero actu fuerint sensus, & scientiæ, tunc sensilium rationes cognoscit, & vt semel dicam, tunc fit actu cognitio. Hæc vbi dixisset, eo q̄ veluti summatim totam orationem dixit, post intellectum ad id conuertitur, quod secundum locū mouetur. Ac oportebat quidem post sensum ad ipsum venire, ab ijs enim quæ pluribus insunt, oportebat conuerti etiam ad ea, quæ paucis insunt, sed de eo tractatū collocauit post ea, quæ de omni anima rationali, & irrationali dixit, quoniam his opus habemus, & in docēdo, quid ē, qđ, secundū locū est, & quid nō est. Dicimus enim q̄ nō est imaginatio, nec sensus, nec nutritiua facultas, nec quid aliud eiusmodi. si ergo hæc non prænoscemus, qūo id hæc nō esse cognoscemus? Hoc aūt est id, quod secūdū locum mouet, appetitus commixtus ab irrationali, & rationali. Appetitus enim irrationalis animæ nos mouet, qn̄ affectus sequimur, appetitus aūt rōnalis nos mouet, quando rationem sequimur. si ergo non cognosceremus quid est irrationalis, & quid est rationalis, quomodo cognosceremus, quod ex eis commixtum est? & ideo posterius venit ad id quod secundum locum mouet, & qđ de eo dicturus est. Platonem aūt in tribus quibusdam reprehendit. primū quidē, q̄ animam diuidit, vt totum in partes, cū deberet eam diuidere, vt substantiam in facultates. Pro Platone autem respondemus, q̄ vniuersalem quidem animam diuidit, vt totum in partes, in vegetatiuam irrationalem rationalem. Particulares autem animas, vt substantiam in facultates diuidit, Nouit ergo & hanc differē. iam. si autē dubitas, quomodo, quod est animosum seu irascibile, & desideratiuum, quod cōcupiscibile dicūt, partes esse diximus, cū sint sub vna irrationali anima? dic & tu o Arist. cur partē animæ esse dicis intellectum? Secūdo Platonem reprehendit, q̄ multa prætermiserit. In tria enim animam diuidit, in animum seu iram, in cupiditatē, & rationem. & rationem quidem in cerebro collocat: irā in corde, cupiditatem vero in iecore. Prætermisit ergo & vim imaginatiuam, & sensitiuam, & secnndū locū mouentem, & appetitiuam Dicimus aūt, q̄ & hæc nouit, & horum in Timæo meminit, de natura disserens. In republica aūt harū trium meminit, qm̄ his opus est ad oēs respublicas. Ratio enim dominatum obtinens facit Aristocratiam, & regnum. Ira aūt Democratiam, seu populi imperiū. Cupiditas vero, quæ est bellua varijs formis p̄dita, ſm pecuniæ quidē cupiditatē, facit Oligarchiam. i. paucorū dominatū, secūdū aūt voluptatis amorē, & libidinem, si iure quidē, & legibus constitutam, facit Aristo democratiam, quæ ex optimatū, & populi dominatū cō posita est, si autem nullis legum vinculis constricta facit Tyrānidē. Eorū ergo tantū quæ sibi conducebant, meminit. Quia tota nouit tria. Reprehendit Platonem, q̄ cū dicat, inquit, in cerebro esse rationem, in corde irā, in iecore cocupiscentiā, appetitū a seipso diuellit Appetitus. n. ingt est comixtio rōnalis ad irrationalē, hæc autē in diuersis locis. Appetitus ergo diuulsus, & distractus est. Ad quod dic, q̄ in vnaquaq; parte dicit oēm inesse animā, ſm aptā autē & accommodatā partē, magis apparere rationē, vel iram, & non diuellit appetitum. & in his contemplatio.

Quæ aūt in allatione, seu abstractione dicuntur, intellegit, sicut quod est semper simum.

Illud, q̄ aūt in ablatione seu abstractione, est veluti inscriptio, seu titulus eius, quod ē dicturus: quēadmodū &, libris Hyppocratis inuenimus, sicut ī muleribus prologū quæ aūt de mulieribus, sic ergo & hic dicit. Quæ autē in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ablatione, seuab ſtractione, volẽs oſtẽdere, quõ intelligũtur, quæ in ablat ione, infert, ītelligit, inquit, vt ſimũ. Qđ enim eſt ſimũ, cũ materia intelligitur. Quod aũt eſt incuruum, ſine materia. Math emata ergo, quæ dicit in ablatione, cum incuruo habent proportionem. Incuruũ enim vt immateriale eſt, cũ ſit in abſtractione, ſic mathematica, q̃ ſunt non ſeparata, vt ſeparata intelligit, Vult per hæc naturam mathematum dicere, ꝙ hæc ſeparata intelligũtur, ſed nõ vt ſeparata actu, ſed tantũ intellectu. Hinc autem corollariũ collegimus, animam eſſe ſeparabilem, ꝙ inſeparabilia ſeparet, nam ſi non eſſet ſeparabilis, nequaquã ea ſeparet.

Omnino autem intellectus eſt q̃ ſecundum actũ res intelligit.

Quoniam dixit intellectũ ſeparare formas mathematicas, & ſic eas intelligere, propterea addidit eundem eſſe intellectum cum rebus, vt & eius ſubſtantia ſit ſeparata, quando ſeparabilia cognoſcit, & ſit ipſe ſeparabilis, eo quod ſimile ſimili cognoſcimus.

Nunquid autem contingit ſeparatorum aliquid intelligere, cũ ſit ipſe nõ ſeparatus a magnitudine, an nõ cõſideradũ poſtea.

Hic dubitationem, quam diximus, in contemplatione proponit, ꝙ ſi intellectus, qui eſt ſecundũ actum, res ipſæ eſt, res autem, vtpote intelligibiles, materiæ expertes, materiæ ergo expers ẽ intellectus. Et quomodo eſt materiæ expers, ſi quidẽ in generatione cõtinetur? Quomodo aũt immaterialia cognoſcet, cum in generatione cõtineatur? ſolutionem aũt in ijs quæ ſequuntur, dicere pollicitus eſt. Oſtenſum eſt autem etiam ſuperius, ꝙ poteſt etiam, quæ ſunt omnino immaterialia, cogitare, ſiquidem nõ vtitur inſtrumento, corpore, ſed ab omnibus eſt immixtus.

Nunc autem quæ de anima dicta ſunt, ſummatim colligentes rurſus dicamus, animam quidẽ eſſe quodammodo oĩa, quæ ſunt. Vel enim ſunt ſenſilia, quæ ſunt, uel ītelligibilia. Eſt aũt ſcientia quidem ſcibilia quoddammodo: ſenſus uero ſenſilia. Quomodo autem hoc, quærere oportet. Diuiditur autẽ ſcientia, & ſenſus in res. Quæ potẽtia quidem, in ea, quæ ſunt potentia: Quæ uero actu, in ea, quæ ſunt actu. Animæ autem ſenſitiuum, & ſcientiæ perceptiuum potentia ſunt: hoc quidem ſcibile: illud uero ſenſile, neceſſe eſt autem uel ipſa, uel formas eſſe. Ipſa quidem certe non, non enim lapis in anima, ſed forma.

Hic communem infert cõcluſionem cognitiuarũ operationũ. Eſt aũt cõcluſio, ꝙ omnia, quæ ſunt, vel ſunt ſenſilia, vel intelligibilia. Vocat aũt, vt diximus, intelligibilia ſcibilia. & hęc diuidit in id, quod ẽ potẽtia, & quod actu. & oſtendit hæc omnia ineſſe in anima, & quod eſt potentia quidem, ſcire ea, quæ potentia, & quod actu, ea quæ actu ſunt. Dubitant aũt nonnulli, ſi quæcunq; ſunt, vel ſunt ſenſilia, vel intelligibilia, Senſile aũt, & intelligibile ſunt ad aliquid, ergo & quæcunq; ſunt, erunt ad aliquid, & ipſe quoq; deus, quod eſt abſurdum Dicimus autem ꝙ quæcunq; ſunt, quatenus quidem ſunt, vel intelligibilia, vel ſenſilia, ſunt ad aliquid, quatenus autem ſubſiſtunt & ſubſtantiam habent, per ſe ſunt. Nam & ipſum quoq; nigrum, quatenus quidem habet per ſe ſubſtantiã, nõ eſt ad aliquid quatenus aũt eſt ſenſile, eſt ad aliquid. Quod anima quidem eſt quodãmodo omnia quæ ſunt. Recte additur illud, quodãmodo, quoniã formæ ſunt materiales, & eas nouit anima immaterialiter, nõ materialiter. nõ .n. lapis eſt in anima, ſed eius forma ſine materia, ſimiliter & in alijs. propterea ergo dixit illud, quodãmodo. Quomodo aũt hoc quærere oportet, ꝙ ſm id, quod eſt potentia, & quod actu eſt, ſenſus, & ſenſilia, & ſcientia, & ſcibilia. Neceſſe eſt autẽ ipſa, vel formas eſſe. ipſa quidem certe non. Qm̃ ſuperius dixit, ꝙ quærere oportet, quõ ſenſus ſenſilia apprehendit, nunc dicit, ꝙ neceſſe eſt, vel ipſas compoſitas formas eſſe in anima, ideſt cũ materia & forma, vel ipſam per ſe formam. Atqui inquit, ipſæ cõpoſitæ non ſunt in anima, neq; enim ipſa eſt lapis. neceſſe eſt ergo formas ſolas eſſe in anima.

Quare anima eſt ſicut manus. manus enim eſt inſtrumentũ inſtrumentorum. eſt autem & intellectus forma formarum, & ſenſus forma ſenſilium.

Quod dicit eſt eiuſmodi. Sicut manus, quæ eſt inſtrumentum corporis, inſtrumentis vtitur, vt ſecuri, verbi gratia, faber, vel arundine, ſic & anima, quæ eſt ipſa formaaliarum eſt formarum ſuſceptrix, quia formarum rationes apud ſe habet Similiter & ītellectus, & ſenſus ſunt formæ, & formarum ſuſceptrices, eo ꝙ formarum rationes habeant. Sed intellectus quidem omnium formarum forma eſt. omnes enim formæ inſunt in ipſo, dum actu eſt. Senſus autem eſt forma ſenſilium tantum, eo quod in ſenſu, quam eſt ſecundum actum, ſint ſenſilia.

Quoniam autem nulla res eſt præter magnitudines, ut uidetur, ſenſiles ſeparata, in ſenſilibus formis ſunt intelligibilia, & quæ in ablatione, ſeu abſtractione dicuntur, & quæcunq; ſenſilium habitus, & effectus.

Hic ſunt primæ defenſiones, quarum primam dicit eſſe, quæ dicit, quod nec ī vniuerſum quidem ſunt penitus formę immateriales. Eſt ergo hoc quod dicit, lectum in hyperbato Nulla res eſt præter ſenſiles magnitudines, vt videtur omnibus, ſed omnia, quæ ſunt, ſunt magnitudines ſenſiles. Vult aũt dicere ꝙ mentis cõceptus ſeu intelligentiæ, vel ſunt primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ, & primas quidẽ citra imaginationem nouit, ſecundas aũt & tertias cũ imaginatione, etiamſi partim quidem vt inſtrumento partim autẽ, vt ſubiecto, ea vtitur. Quid ergo dicit? Quoniam nulla res eſt præter magnitudines ſeparabilis ideſt ſine materia, vt videntur nonnulla ſenſilia, vt mathematica. hæc enim videntur eſſe ſeparabilia, ſed non ſunt. Propterea, inquit, in formis ſenſilium ſunt intelligibilia, vt mathemata, etiãſi videntur eſſe ſeparabilia, quod eſt ſecũda. Porro & tertia ſunt inſeparabilia, vt ſenſile. Et ſecunda quidem dixit per hoc, quod dixit, quæ autem dicuntur in ablatione. Tertia autem per hoc quod dixit. Et quæcũ ꝙ ſenſilium habitus, vel affectus. hæc enim ſunt formæ materiales, & affectus, vt qualitates materiales viuæ, quarum magnitudo ſolum ratione ſeparatur.

Et ppea, qui nihil ſentit, nec didicerit, nec comprehenderit.

Quoniam hæc tria ſunt ſenſilia, & hic obſcure dixit, ꝙ in libro de demonſtratione dulcide dictum eſt. Illic enim dixit, omnis ſcientiæ principium eſſe ſenſum, quoniam vt nunc dicit, intelligibilia omnino ſunt in formis materialibus. In quibus ergo deficit ſenſus, in ijs etiam eiuſmodi ſcientia deficit. Deinde poſtquam dixit, Nihil didicerit ſubiungit, Nec comprehenderit, id eſt nec inuenerit. Duę enim ſunt viæ cognitionis, diſciplina, & inuentio.

Et quando contemplatur, neceſſe eſt ſimul cum uiſo conſiderare. Viſa enim ſicut ſenſa ſunt.

Quoniam dixit, formas intelligibilium eſſe in ſenſilibus, propterea dixit, Neceſſe eſſe intellectum ſimul cum viſo contemplari, hoc eſt, cum inſtrumento, imaginatione, ſiquidem eius eſt effector ſenſus. Quare ſiue dicamus quod imaginatione, ſiue, quod ſenſu vtitur, idem eſt. Per hæc autem ſecundam dicit defenſionem, quod ītellectus ſimul cum imaginatione operatur. Imaginatio autem nõ nouit immateriales formas, nec ergo intellectus.

Sed ſine materia.

Quoniam dixit viſa eſſe veluti ſenſa, dicit, ꝙ ſine materia. Senſus enim operãtur circa immaterialia. Imaginatio autem circa formas tantum. Quidam autem dicunt, ꝙ illud. Sine materia, intellectui coniungit. Poſtquam enim dixit, quod etiamſi imaginatione, & ſenſu dicas vti intellectum, idem eſt, dicit. Sed intellectus, quod eſt ſine materia, cognoſcit.

Eſt autẽ imaginatio aliud ab affirmatione, & negatione. ẽ. n. connexio mentis conceptuum, ſeu intelligentiarum, uerum, & falſum. Primæ aũt intelligẽtiæ in quonã differẽt, ut uiſa nõ ſunt.

Nam circa ſimplicia verſatur, vnde & eſt indiuiſibilis, vt quæ circa terminos verſetur. Quare ſubſtantialis eſt in ea veritas, & non in compoſitione. Si ergo neque vera ẽ, neq; falſa, vt quæ nec affirmet, nec neget, ſimiliter autem

& intellectus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

& intellectus nec verus est, nec falsus secundum defensionem, quid ergo differunt primæ intelligentiæ, id est simplices, vt visa nō sint, quemadmodum & intellectus, ne ne sit imaginatio? Sciendum autem, ꝙ intellectus, & imaginatio substantialem habent veritatem, & determinate seu finite cognoscunt.

An ne hæ quidem uisa sunt, sed non sine uisis?

Hæc quidem verba sunt tertiæ defensionis euersio. Cū enim tres defensiōes dixisset, tertiam solam euertit, dicēs. Nunqd ne alia quidem visa sunt intelligentiæ? Quasnā dicit intelligentias? eas quas nō simplices dicimus, & propterea esse imaginationi similes, sed non sine visis, inquit, id est, sed sunt nō sine imaginatione Quare per imaginationem fiunt mentis conceptus, & intelligentiæ, non tamen idem est imaginatio, & intellectus, sed tamē, inquit, quando primas intelligentias intelligit, non vtitur instrumento imaginationem, in secūdis autem, & tertijs vtitur. nō est ergo idem visum, & intelligentia. Visum enim quodammodo materiale est. intelligentia autem materiæ penitus expers. Sciendum autem, ꝙ in contemplatione etiam alia quædam mouimus. & quoniam ea in superficie tantum speculati sumus, visum est ab alto orationem repetere Recurrere enim melius est, quam aliquid præterire. & in his, Deo est gratia, finitur praxis.

Quoniam autē anima, quæ est animaliū, secundum duas facultates definita est, & iudicatiuo, (quod est opus cogitationis) & sensu, & præterea, ꝙ moueat, motu, qui est secundum locū. De sensu ergo, & intellectu hæc definita sint. De eo autem, quod mouet, quidnam est animæ, considerandum est.

In huius tractus principio dictū est, ꝙ omnes Philosophi naturales his duobus animam definiūt, & cognitiuo, & secundum locum motiuo, ad hæc enim respexerunt. Et eos quidem recipiebat, ꝙ ab operationibus animę substantiam indagarent, sicut & oportebat, & ipse quoq; sic facit, eos autem reijciebat. primum quidem quod vegetatiuam animam prætermiserint. ipsa enim nec quicquam mouet secundum locum, neq; cognoscit, & quod hinc quoque ad falsa cogitata conuersi sunt. existimabant. n. animam moueri. Quoniam enim aperte videbāt corpus ab anima moueri, animam motam moueri existimabāt & propterea quicquid mouet, etiam moueri dicebant. & in alio etiam errabant secūdum cognitiuum. existimabāt. n. animam ex omnibus, quæ sunt cōpositam, vt ex principis compositis, eorum veluti obsides habens, ea cognoscat. Sic etenim est versus Empedoclis. Nam terram terra conspeximus &c. Naturalium ergo rerum scriptoribus condemnatis, & propterea naturalis animæ definitione adiecta, cum etiam de cognitiua animæ facultate differuisset, hic motiuo secundum locum differit, quod oportebat quidem ante rationale collocare, quoniam vbiq; , q̄ sunt magis vniuersalia, priora collocauit, sed quoniā tres animas percurrisse oportebat in docendo eo, quod est secundum locum motiuum, eius proprerea nūc meminit. Vt enim doceat, nō esse vegetatiuam animam, non irrationalem, nō intellectum, vel simplicia cogitantem, vel composita, vel imaginatione vtentem, vel sine imaginatione, horum propterea prius meminit. Sed & ad id, qđ quid est, ei prædicta conferunt. Vult enim ostendere, ꝙ id, quod mouet. in rationalibus quidem est commune irrationalis, & rationalis, in irrationalibus autem irrationalis solum. Quando autem dicit Aristoteles appetitiuum mouere, non vt finalem ipsam causam dicit, sed vt effectiuam. idq; clarum est Quærens enim quid est, quod mouet, dicit, ꝙ vel est intellectus, vel appetitus. intellectus autem ē actiuus, & nō finalis, & nec sine motu quidem esse potest finalis. contra enim, quando secundum intellectū operamur, a motu diuertimur. Et ideo Thales cum astra contemplaretur, in puteum incidit. Quare, vt effectiuam causam, dixit appetitum mouere, aliam enim effectiuam ei coniunxit, & ꝙ appetitiuum non est finis, sed appetendum Quærit ergo Aristoteles de eo. ꝙ secundum locum mouet, an per partes mouet anima; vel tota ipsa mouet? hoc infert ꝙ vt substantia, in facultates diuiditur. facultas enim per totam substantiam procedit. Mali enim redolentia, quę est eius facultas. ex toto, vt toto, progreditur. & non hic quidem mali est redolentia, hic vero non est, sed in toto, vt toto est. Et in hoc quidem facultas differt a parte, quod facultas, vt diximus, per totam substantiam permeat, pars autem non est in tota substantia, sed est in aliqua substātiæ portione, siquidem pars est ipsius, & ꝙ facultas quidem non est substantia, pars autem est substantia, siquidem substantiarum partes sunt substantiæ, vt in prædicamentis cognouimus. Vtrum igitur parte mouet anima, vel facultate? & si parte, nunquid aliqua earum, quæ dici consueuerunt? dici autem consuetas dicit tres, quæ sunt apud Platonem, partes, rationem, iram, cupiditatem, vel aliquam præter has, & si alia, an ea, quæ sit ab ijs alia, solo intellectu, an & intellectu, & subiecto? Platoni enim est consequens dicere, ꝙ parte mouet anima. Vult enim eam esse multiplicem, & quod secundum locum mouet, aliud esse præter rationem, iram, cupiditatē. Cum nullo enim horum idem esse dicit, quod secundum locum mouet, sed aliud. aliud autem nō solum intellectu, sed etiam subiecto. neq; enim vult esse easdē subiecto partes animæ, cū eas locis distinguat. Et propterea in his tribus Platonem reprehendit. Vnum quidem, ꝙ animam, vt totum, in partes diuidat. neq; enim fieri potest. vt ipsa ī partes diuidatur. in incorporeis enim idem est esse diuisibile, & esse diuisum. neq; enim sustinēt incorporea tempus aliquod, vel dissectionem eius, quod peruadit. Si ergo diuisibilis est anima, & diuisa erit, & totum peribit. corrumpetur enim & ipsum commune esse totum actu partium a se inuicem diuisarum. In corporibus autem aliud est esse diuisibile, & diuisum. Hoc ergo in loco cū essent Alexander & Plutarchus, dicebant, Platonem reprehēdi ab Aristotele, vtpote, qui animam, vt totum, in partē diuiserit, tanquam ipse, vt vnam substātiam, in facultates diuidat Vult. n. ipse aīam vnam esse substātiā multis facultatibus præditā. Si autem fallūtur. Ipse. n. nusquā alibi dixit facultatē eiusdē substātiæ has quidē esse corruptibiles, illas vero incorruptiles, sed similiter oēs esse vel corruptiles, vel incorruptiles. Dicit autem intellectum quidem æternum, irrationalem vero corruptilem. Non est itaq; vna. In alio autem Platonem reprehendit, vt qui duas animas, rationalem dico, & irrationalem, vt vnam fecerit, & hanc vnā in tria diuiserit, in rationem, animū, cupiditatem. Aristoteles autem vult tres animas. Nunquid autem pro Platone dici potest, quod propterea partes hæe tria dicit, ꝙ vnam animationem faciāt. vnum enim est animatum, & non tria. Deinde & secundo reprehendit Platonem, eo ꝙ multas partes prætermiserit, & pro eo responsum est, ꝙ in republica hoc fecit, non in Timæo. hic enim solis illic tribus indigebat. Deinde & tertio eum reprehendit, qđ has partes diuisit a se inuicē. Nempe quod ad has attinet, non est facile dictu quidnam mouet. neq; enim communis ipse nexus animarum dici potest, cum sint partes separatæ secundum Platonem. Distrahit ergo appetitiuum: Dicta est autem & huius responsio. & hic quidem est cōtextus. si verum autem dicere oportet, inter se non conueniunt hæ Platonis, & Aristotelis opiniones de eo, quod est secundum locum motiuum. Plato enim vult id, quod in nobis est optimum, & maxime dominatur, illud esse qđ mouet. Melius autem est in irrationalibus quidem animalibus, imaginatio, & ideo passiuus intellectus dicitur, in rationalibus vero intellectus. Propterea ergo iuxta eum irrationalia quidem animalia imaginatio mouet, rationalia vero intellectus. Quod enim agit, & fert animal, in eo oportet auctoritatem, & dominatum obtinere & propter ea melius esse oportet, quod mouet. Deinde quoniā Platonicis aduersatur, ꝙ affectus rationē superat. & nos ad turpem voluptatem abducit, nō enim intellectus hoc fecit, sed affectus, dicunt, ꝙ tunc quidem ratio est, quæ mouet, sed mancipata, & in seruitutem redacta, affectui viam preparat, & excogitat. Ex hoc aūt a Platone colligitur, ꝙ id quod secundum eos imperat est, quod mouet. ecce enim superatum dixi intellectū mouere, & quomo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

do ſuperius, quo dominatur, dixi mouere. Ariſtoteli autē videtur, quod ſecundum locum mouet, non eſſe cognitiuam proprietatem: ſed animalem. vult enim appetitiuum eſſe, quod mouet. magis enim conuenire, quod mouet, vitæ, quam cognitioni. Et in irrationalibus quidē animalibus appetitiuum ſolum irrationalis mouet: in rationalibus autem animalibus aliquando quidem rationalis appetitiuum: aliquando autem irrationalis. In ijs enim quæ ſecundum rationem viuunt, appetitiuum rationalis mouet. in multis autem hominibus, & ſecundum ſenſum viuentibus, appetitiuum irrationalis mouet. quare animalis proprietas magis eſt, quod ſecundum locum mouet, quam cognitiua. Eſt enim intellectus priuū ſolū cognoſcere, nō mouere. Motui autem aduerſatur intellectus. Nec enim mortui ſentiunt, quandoquidē nec ſtatum, qui circa intelligibilia occupantur. Et ideo Socrates, cum in Deliaca pugna noctu diuq; ſteriſſet, ſe ſteriſſe non ſenſit: eo q mēte aliquid agitaret. Et quod ſi intellectus animal moueret, ipſum non ad malum moueret. Dicimus enim Thaletem aſtra contemplantem in puteum incidiſſe. Fortaſſe autem etiam ſecundum Ariſtotelem Platonica ordinatio obtinet. q id, quod melius eſt, mouet. omnibus n. facultatibus melior eſt appetitus, ſiquidem boni eſt. Et in his eſt contemplatio. Quoniam autem anima ſecundum duas facultates definita. Duas dicit facultates, vel vt ad animal (hoc enim irrationale, & rationale conſtituunt) vel duas dicit facultates, vt ad antiquos. Illi enim ſolum cognitiuum dicebant, quod dixit iudicatiuum, & motiuū. Quoniam ergo, inquit, duæ ſunt facultates, & iam de cognitiuo diximus, & de cogitatione, & ſenſu, veniamus & ad motiuum.

Vtrum una aliqua eius pars, quæ ſit ſeparabilis, uel magnitudine, uel ratione: an tota anima? & ſi ſit pars aliqua: utrum ppria aliqua præter eas, quæ dici conſueuerunt, & dictæ ſunt? an horum unum aliquid? habet autem ſtatim dubitationem.

Quærendum eſt inquit, ſi pars animæ eſt id quod eſt motiuum, vtrum ſubiecto eſt, & ſubſtantia ſeparabilis? quod dixit, magnitudine, & ne turberis, ſi animæ ſubſtantiam magnitudinē appellat, abuſus eſt enim, & loco ſubiecti magnitudinem dixit. Si autem non eſt ſubiecto, & ſubſtantia ſeparabilis, nunquid eſt potentia ſeparabilis, quod dixit ratione. quærendum autem inquit, nunquid & tota anima eſt motiuum. Præter ea, quæ conſueuerūt, & quæ dictæ ſunt. quæ conſuerunt dici, illas tres dicit, quæ ſunt apud Platonem, rationem, iram, cupiditatem, quæ dictæ ſunt autē dicit, quæ nunc ab eo dictæ ſunt: Dico autem intellectum, cogitationem, imaginationem, ſenſum communem, & proprium.

Et quomodo dicere oportet partes animæ, & quot. Quodā modo enim infinitæ apparent: & nō ſolum eæ, quas quidā dicūt definientes: rationalis: animoſa, ſeu iraſcibilis, & deſideratiua.

In duobus per hæc Platonem refellit, & q partes, & q quot ſint partes dicit, nempe tres. Quodammodo infinitas dixit, vt ad tres non ſunt autem, ſi cum tribus Platonis coniunxeris etiam quinque quas nunc dicit Ariſt.

Hi uero id, quod habet rationem, & irrationale.

Nonnulli quidem dicunt tres eſſe partes animæ, vt Plato, rationem, iram, cupiditatem. Quidnam autem duas, rationalem, & irrationalem, vt Ariſtoteles. Vt ad animalia enim duas dixit animas, eſt enim alia plantarum.

Secundum differentias enim, per quas has ſeparant, apparēt & aliæ quæ maiorem his diſtantiam habent: de quibus etiam nunc dictum eſt: & nutritiuum, quod & omnibus plantis ineſt, & omnibus animalibus.

Rurſus Platonem redarguit. Si enim eo q natura valde diſtant, dicit partes animæ rationem, iram, cupiditatē, oportebat nutritiuam facultatē partē animæ dicere. His enim magis diſtat, & magis quam ira & cupiditatæ. Hæ enim ambæ ſunt irrationalis animæ, nutritiua autem facultas vegetatiuæ. Plus autem diſtat ab irrationali, vegetatiua, quam vegetatiua ipſa a ſeipſa.

Et ſenſitiuum, quod neq; ut rationale, neque ut rationem habens quiſpiam facile poſuerit.

Senſitiuum, inquit, ſiue ſenſum, nec irrationali ſolius quiſpiam poſuerit, nec rationalis, ſed vtriuſq;. Quia enim foris habet cognoſcibile ſenſus, per obiectam diſtantiam ipſum nouit, & per formam, & typum, nec audit rationē dum putat vnius pedis eſſe ſolem, ſecundum hoc eſt irrationalis. Quatenus autē per ſe res videt, ut intellectus, videtur ſenſus ſub rationem reduci. Eæ autē & aliter interpretari, q quatenus quidem cognoſcit, eſt rationalis animæ, quatenus autem patiens cognoſcit, non poteſt eſſe rationalis. rationalis. n. nō patitur, ſed ē irrationalis pati.

Præterea autem imaginatiuū, quod in eo quidem, q eſt, ē ab omnibus aliud, cuinam autem horum eſt idem, uel a quo aliud, multā habet dubitationem, ſi quis ſeparatas partes animæ poſuerit. Ad hæc autem appetitiuum, quod & ratione & potentia aliud uideatur eſſe ab oīb⁹, & abſurdū eſt hoc ſeiungere & diſtrahere. In rationatiuo enim fit uoluntas, & in irrationali cupiditas & ira. Si autem tria anima, in unoquoque erit appetitus, Atqui & de quo nunc inſtat oratio, quid eſt, quod mouet ſecundum locum animal?

Tanquam ad rationem, iram: cupiditatem, partes Platonis, comparat imaginationem, & appetitum. Et appetitum quidē omnino ab ijs alium dicit, quia eſt appetitus etiam vegetatiuæ Platonis autē partes ſunt, irrationalis, & irrationalis. Quare appetitus eſt omnino ab ijs aliud. Imaginatiuum autem: quoniam eſt irrationalis, ratione q dem differt ab his tribus partibus, rationali, animoſa ſeu iraſcibili, & deſideratiua, cuinam autem eſt ſubiecto eadē vel alia harum trium partium, dubium eſt. Nunquid. n. eſt, quod ira, & cupiditas, quia & ipſæ ſunt irrationalis? Recte ergo ſic dixit, q ſi omnino partes habet anima ſeparatas, & vis imaginatiua, & appetitiua poteſtas ē pars animæ. Quam quidem appetitiuam poteſtatem, vel prætermiſiſti o Plato, vel de ipſa dicens, ipſam diſtrahis: & dicis. Si autē tria aīa, ī vnoquoq; erit appetitus, Nota q̄d dicit, q ſi ſint tres aīç, ī vnaquaq; earū erit appetitus ergo & ī vegetatiua ē appetit'. Sciēdū aūt, q gratia diſputationis, & repugnans, hoc dicit Ariſt. Nam in principio argumenti futuri tractatus ſi recte conſideraueris, inuenies eū non noſſe in plantis appetitum. Sed nec Plutarchus commentariū, ſcribens dicit eſſe appetitum in plantis, ſed contrarium non eſſe. Si autem verum dicere oportet, non dicit in plantis appetitum, ſed tres dicit appetitus, vnum quidem, qui eſt cum intellectu actiuo, alium autē animoſum, ſeu iraſcibilem, & alium deſideratiuum.

Motum enim ſecundum augumentum, & diminutionem, quæ omnibus, inſunt, id quod omnibus ineſt uideatur mouere, generatiuum, & nutritiuum.

Quia de motu ab eo agitur, eſt autem motus æquiuocus, deſtinguit æquiuocationem, & dicit, Motum nunc quæro, non qui eſt ſecūdum auctionem, & diminutionē. hæ enim a natura fiunt, nunc autem quæro animalem, q fit ſecundum locum, & animalem, non alicuius partis. vt eſt reſpirato, ſed eam, quæ eſt totius animalis, ambulatoriam. Nam & albi videtur dicere duplex eſſe id, quod ē ſecundum locum, vel ambulatorium, vel motiuum, motiuum dicens, quod eſt a parte, vt eſt reſpiratio: non de eo autem nunc agitur. iam enim & alibi de reſpiratione quæſitum eſt. Et dubitabatur an ſit naturalis, an animalis nam naturalis quidem eſſe videbitur, vt quæ electioni noſtræ, & voluntati non ſeruiat, animalis autem, vt quæ fiat a maſculis, & quod in mea eſt poteſtate, eam intendere. De ea ergo non agitur: ſed de ambulatiuo ſecundum locum: quod eſt motus ſignificatum.

De reſpiratione autem, & expiratione, de ſomno & uigilia poſtea conſiderandum. Habent enim & hæc multam dubitationem. Sed de motu ſecundum locum, quid eſt, quod mouet animal ambultorio motu, conſiderandum.

Cum de motu ſecundum locum tractetur vel quia re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ſpirato eſt magis in ſomno, quam in vigilia, horum propter ea meminit. Reſpirationis enim vt particularis motus, meminit, vel ꝙ & ſomnus, & vigilia ſunt particulares motus ſupercilij ſecundum locum. Dicit ergo, ꝙ nec de ijs a nobis ſermo habetur, ij enim ſunt particulares motus, nunc autem in vniuerſum quærimus ambulatorium motum, & quia eſt ab eo ſcriptus liber de ſomno, & vigilia, in quo de his differit. Et in his praxis, Deo eſt gratia, finitur, praxis, Deo annuente, ſexta decima.

Quod itaq; non eſt nutritiua quidem facultas, apertum. Semper enim alicuius gratia eſt motus ipſe: & uel cum imaginatione eſt uel cum appetitu nihil enim non appetens, uel fugiens, mouetur præter quam ui.

Præſens contemplatio oſtendit, & quid non eſt, quod ſecundum locum mouet, & quid eſt. Primū autem oſtendit, quid non eſt. Dicit enim ꝙ neq; eſt nutritiua facultas nec ſenſus, nec intellectus, & intellectus, non contemplatiuus, quia inſtrumento non vtitur, non, qui vtitur, contemplatiuus, non actiuus intellectus, non appetitus. hæc non ſunt id, quod ſecundum locum mouet. Et quod nō eſt quidem nutritiua facultas, probat per quatuor argumenta, quorum hoc primum eſt, Nutritiua vnum habet finem, nutrire. Motus autem habet finem, & affectum, & rationem. Vbi enim ad honeſta mouemur, ratio finis eſt. Vbi autem ad res venereas, affectus eſt finis. Quare non eſt nutritiua facultas, quod ſecundum locum mouet. hoc autem oſtenditur per duo argumēta. Si neceſſe eſt id, qđ mouetur, primum imaginari, & apperere ſenſiliter, & ſic deinde ab appetitu moueri, hæc autem non ſunt in nutritiua, neq; enim eſt imaginatio, nec appetitus ſenſitiuus. in mouendo enim ſenſitiuo appetitu opus eſt. Nō ē ergo nutritiuum, id quod ſecundum locum mouet. Tertium argumentum. Si nutritiuum mouet, oporteret & plantas moueri, vt quæ habeant motiuam facultatem ſecundum locum. Atqui ſecundum locum nunquā mouentur plantæ. non eſt ergo vegetatiua anima, quæ ſecundum locū mouet. Quartum argumentum, Si nutritiuum mouet, oporteret & plātas ambulatoria habere inſtrumenta, vt moueantur. Atqui non habent inſtrumēta ambulatoria, ſed ēt cōtra, hærent fixe radicibus. Ergo nutritiuū nō mouet. Hæc quidem ex contextu. Oportet autem & aliud præterea argumentum comparare. Si quādo magis operatur nutritiua, noctu dico, non mouemur per appetitionem, vel impetum mouemur. De motu autem, qui fit p appetitionem, & impetum, loquitur Philoſophus. Sed fortaſis dicet aliquis vegetatiuam eſſe animam, quæ mouet ſecundum locum, non mouentur autem plantæ, quā uis motiuam habeant facultatem, eo ꝙ nō habeant apta inſtrumenta ad motum. Dicimus autem ad hanc dubitationem, ꝙ primum quidem continget in tota ſpecie fruſtra eſſe facultatem. Si eſt enim in totis plātis motiua facultas: non mouet autem, ꝙ inſtrumenta non habet accommodata, fruſtra ergo erit in vniuerſis plantarū ſpeciebus quod quidē eſt abſurdum, dicere fruſtra aliquid a natura fieri. Secundo autem. Si habent plantæ motiuam facultatem, non mouentur autem propter inſtrumentorū inopiam, cur non eis inſtrumenta accommodauit, & adaptauit natura? neq; enim ex neceſſarijs quid prætermittit, nec ſuperuacanea fabricat. clarum ergo vndequaq; euaſit, ꝙ nutritiuum non eſt cauſa motus ſecundum locum, ſed neq; ſenſus eſt, qui mouet ſecūdum locum, & quoniam ſenſus eſt irrationalis animæ, etiam vniuerſalius oſtendit, ꝙ nec omnino motus cauſa eſt irrationali anima. Si enim irrationalis anima eſſet cauſa motus ſecundum locū, oporteret, quæcunq; habent animam irrationalem, moueri. Atqui Zoophita, ſeu plantanima, irrationalem animam habentia, non mouentur. Non ergo irrarionalis animæ ē ſecundum locum motus. Neq; enim hic eſt cauſari inſtrumentorum ineptitudinem. Ex ijs enim quæ animam habent irrationalem, illa aptis inſtrumentis carent, quæ ſunt vel imperfecta, vel māca. Quemadmodum infantes ſunt imperfecti, neque enim habent dentes. Rurſus quæ quatuor habet digitos, manca ſunt Plantamina itaq; nō ſunt imperfecta. habent enim aſcenſum, ſeu progreſſum, ſummum vigoris, & perfectionis incrementum, & eiuſdem remiſſionem, & diminutionem, & quodammodo ſenectutem. Infantes autem & pueri nihil habent horum Rurſus plantamina ſibi ſimilia generant Pueri autem non generant quandiu ſunt pueri, ꝙ ipſi ſint imperfecti. Neq; vero manca ſunt plantanima. Sic enim vniuerſa plantarū ſpecies manca eſſet. Si ergo nec mutila ſunt, neq; imperfecta, quæ enim aliquid non habent, eo ꝙ ſint imperfecta, ipſum poſtea aſſumunt, ſicut infantes dētes Plātanima autem, neq; cum augentur, mororia inſtrumenta aſſumūt, neq; cum ad ſummum incremētū peruenerint, clarum ergo, ꝙ neq; facultatem habent ambulatoriam. Si enim eam haberent, & partes haberēt accommodatas. illæ enim habent facultatem Inſtrumenta autem non habent quæcunq; ſint vel imperfecta, vel manca. Si ergo plantanima irrationalem quidem habent animam, non mouentur autem ſecundum locum, non eſt ergo irrationalis animæ motus ſecundum locum. Et nos quidem ſic. Contextus autem per vnum exemplum declarauit id, quod eſt imperfectum, & mancum. Dicit enim plantanima non eſſe imperfecta, vel manca, quia & creſcunt, & ad ſummum incrementum perueniunt, & decreſcunt, & ſimilia generant. Per hoc quidem, quod generāt, innuens non eſſe manca. Eunuchi enim cum ſint manci, non gignunt Per hoc autem ꝙ creſcunt, & ad ſummū incrementum perueniunt. & decreſcunt, ſignificauit non eſſe imperfecta. Aſſumerent enim tempore ea, quæ deſunt videmus autem, ꝙ nihil aſſumunt. Quare oſtenſum eſt non eſſe irrationalem animam cauſam motus ſecundum locum Sed neq; ſenſus cauſa eſt motus ſecundum locū. Oporteret enim quando ſecundū locum mouemur. ſenſum operari. Sed hoc falſum eſt nam & clauſis oculis mouemur, & nec audientes, nec olfacientes, nec contrectantes, vel palpantes. non eſt ergo ſenſus, qui mouet ſecundū locum, eo ꝙ nos ſecundum locum mouemur, licet ſenſus non operetur, & quia ſepæ ſentientes motum interrumpimus, & in quiete magis ſentimus. Hæc cum dixiſſet cō textus, fertur ad intellectum, non quærens de imaginatione, an moueat, an non. & merito eius nullam fecit mētionem, quia nihil habet proprium, ſed quicquid habet, ex ſenſu habet. Sed nos oſtendemus, ꝙ nec imaginatio quidem mouet. Si enim moueret ipſa, oporteret in ſomnis, quando imaginamur, moueri ſecūdum appetitionē, & impetum. Atqui non mouemur. ergo imaginatio non mouet. Hæc quidem extra textum. Oſtendemus autem deinceps, ꝙ neq; eſt intellectus, qui mouet. Scire n. oportet, ꝙ triplex eſt intellectus, vel contemplatiuus, qui inſtrumento non vtitur, vel contemplatiuus, qui inſtrumēto vtitur, vel actiuus intellectus. Contemplatiuus intellectus, qui inſtrumento vtitur non poteſt mouere, quoniā non verſatur circa ea, quæ ſunt agenda. eſt autem quid, quod ex rebus agendis eſt, motus, & quia huic ītellectui magis conuenit ſtatus, quā motus. Intellectu enim aliquid agitantes, ſtamus Sed neq; actiuus intellectus eſt, q ſecundum locum mouet. etſi enim habet electionem, per quam fit motus ſecundum locum, ſed tamen non mouet. & hoc eſt apertum. Videmus enim, ꝙ curam gerente actiuo intellectu, ne moueatur, accedēte hoſte, cor mouetur. vibratur enim, & ſubſultat metuens. Atqui & in intemperantibus, cum præcipiat affectus, vt moueatur, etiamſi iubeat intellectus, vt contineat, nōnunquam vincit affectus, ꝙ mouetur pudendum ad rem veneream. cōtrario ergo modo ſe habet motus ad intellectum in incōtinentibus. Ipſe ergo non mouet, & ꝙ actiuus intellectus operatur primum, deinde ſic mouemur. Niſi enim actiuus intellectus prius conſultauerit, ad portum non deſcēdam, nec gubernatori loquar, nec vaſa, & farcinas īmittam, hæc autē vniuerſa ſtans conſultat. Si ergo actiuus primum intellectus operatur, & poſtquā ipſe ceſſauerit, tunc fit qui eſt ſecundum locum, motus, Clarum eſt ergo, ꝙ nec eſt actiuus intellectus, qui nos ſecundum locū mouet Sed nec contēplatiuus intellectus, qui inſtrumen-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

to non vtitur, quia is electionem non habet necesse est autem, vt eligat, quod secundum locum mouet. nisi enim eligat, non mouemur. Sicut & Medici sæpe de industria, & ꝙ ita melius iudicent, non sanant aliquem, eo ꝙ ei eō ducat esse in morbo, vel propter Tyrānidis dissolutionē vel vt philosophetur. quemadmodum & Theagē i morbo reliquerunt, propter philosophiam Vnde & Theages dialogus Quare nec is mouet. Et ex alio est etiam' ostēdere, ꝙ non mouet hic intellectus, quia non habet fugere vel persequi. Omnis autem motus fugit, vel persequitur. Ostensum est ergo, nullum intellectus significatum mouere secundum locum. Et hoc etiam exterius, probari' potest per generosissimum argumentum. Nam si qualecunque intellectus significatum causa esset motus secundum locum, oporteret illa non moueri, quæ nō habent qualē cūque intellectum. Atqui irrationalia animalia intellectū omnino non habentia secundum locum mouentur. non ergo contemplatiuus intellectus, vel actiuus, causa est motus secundum locum. Omnino autē nec rationalis est anima, quæ mouet, nec irrationalis. Rationalis enim nō mouet secundum locum, eo ꝙ ab intemperante affectu superati, secundum locum mouemur. affectus autem ab irrationali mouentur. Rursus autem irrationalis non mouet, eo quod ratio aliquando secundum locum nos mouet, vt ad præceptores. vel ad orationem, & quia in continentibus aperte ostenditur non mouere irrationalis. ea enim sæpe iubente ad res venereas conuerti continentes nō mouentur, nec cedunt iussui, quod autem mouet, omnino audiri oportet. Didicimus itaq; , quæ sint non mouentia. Dicamus deinceps consequenter, quid est, ꝙ secundum locum mouet. Est autem, quod secundum locum mouet, intellectus actiuus, & appetitus irrationalis. Et hoc ex eo ostensum est ꝙ appetitus quidem in incontinentibus moueat, intellectus autem in continentibus, Sed quoniam, quando aliqua duo aliquid vnum faciunt. secundum aliquid commune hoc faciūt, vt quod est bipes & quadrupes. secundum aliquid commune scilicet pedestre, mouētur. Sic ergo oportebat intellectum, & appetitum, secundum aliquid commune mouere. Est autem quid mediū inter viam, & cognitionem, Ad quod dicimus. ꝙ & hęc duo, intellectus, & apetitus, secundum aliquid commune appetitiuum mouent, quod etiam consulatorium appellat Aristoteles, sicut in irrationalibus, irrationalis appetitiuum. Merito autem communi appetitiuo dat motum, & non intellectui, vt in Timæo. Intellectus enim recte tātum mouet, Appetitus autem & recte, & oblique. Motui autem rectum conuenit, & obliquum Communi ergo sensitiuo potestas danda est motus secundum locum. Dubitant autem dicentes, fieri non posse, vt appetitiuum moueat secundum locum, quo ad ea, quæ dicta sunt. Si enim, quod secundum locum mouet, vnum est, duo autem sunt appetitus, & non vnus, appetitiuum ergo non mouet. & nectitur in secunda figura huiusmodi syllogismus. Quod secundum locum mouet, vnum, Appetitiuū non vnum. Quod secundum locum mouet ergo, nō appetitiuum. Ad quod dicimus, ꝙ appetitiuum & vnum est, & non vnum, vnum quidem genere, duo autem specie. Vt vnum ergo genere, mouet. Quoniam autem est vnum quidem genere, specie autem duo, appetitiuum. Quoniam alius est appetitus irrationalis, & alius rationalis. est autem specie dissimilis irrationalis ad rationalem. Quamobrē & irrationalis apetitus est specie dissimilis ad appetitum rationalem. Quare quidem genere vnus est appetitus, specie autem diuersus. Quod autem oportet eū se dissimilem specie appetitum. non solum ex animarum dissimilitudine apertum est, sed & hinc. Præcipit irrationalis appetitum affectus. Imperat autem rationalis appetitum virtutis. & quoniam virtus est affectui contraria, continget contrariorum vnam esse operationem quod ē absurdum. Fit autem omnino contrarius appetitus quando ratio affectui aduersatur, vt in homine dico. nam & in irrationali fiunt contrarij appetitus, vt cupiditas ad iram. Sunt ergo contrarij appetitus, quando ratio. cupiditati aduersatur. Hæc cum dixisset, dicit quendam nimis confidentem, & perculsi, & audaciæ plenum syllogismum. In prima figura. Est autem hic syllogismus. Vbi contrarij motus, illic vna est & temporis sensus. Vbi temporis sensus, illic est ratio, & cupiditas. Hic autem syllogismus habet quædam nimium præcipitia, & periculi plena. Vnū quidem quoniam omnino esse dicit rationem, & cupiditatem, vbi est temporis sensus, vt ex hoc colligatur solum hominem habere temporis consensum. Atqui videmus rationalia quoq; animalia vna tempus sentire. vt declarat grus, quæ fugit in hyeme Thraciam, & formica, quæ thesauri instar, sibi prius nutrimentum recōdit, propter hyemem Porro & aliud habet absurdum syllogismus. Dicit enim, Vbi sunt contrarij motus, illic ratio, & cupiditas, ratione quidem pro præsenti voluptate bonum futurū eligente, cupiditate autem ad id, quod est præsens, siue id quod apparet, bonum respiciente, ut secundum ipsum colligatur, in homine, & solo esse contrarios motus, vt diximus, irā ad cupiditatē. Hæc cum dubitasset, vtrunq; dissolvit, prius quidem per tres solutiones. Vnam quidē ꝙ irrationalia temporis non vtiq; sensum habent. neque enim ipsum sensu apprehendunt. tempus enim est incorporeum, & corpore melius, & sensu non consideratur. Quot autem sensu irrationalia non norunt, nec imaginatione norunt. Quare irrationalia temporis sensum nō habent, quia non cadit tempus sub sensum. Hæc est prima solutio. Quantum autem ad hanc, nec nos quidem temporis sensum habemus, neque enim ipsum videmus, Quod si ita est, nec ipsum imaginamur. Dicenda est ergo secunda solutio. ꝙ irrationalia tempus nō apprehendūt, sed ea, que sunt in tempore, vt frigus, calorem, & eiusmodi. Quare verum dicit Aristoteles, dicens irrationalia tēpus non sentire. Quæ enim sunt in tempore, apprehendūt & non tempus. Nos enim ipsam habentes rationalē animam, ipsius temporis sensum habemus, horas & dies numerantes. Et hæc est secunda solutio. Tertia solutio, ꝙ. Aristoteles tempus vocat definitum, & non indefinitū. Sic itaq; dicit in libro Peri hermenias. Hæc quidem simpliciter, illa vero in tempore, simpliciter appellās indefinitum tempus, in tempore autem, tempus definitum & determinatum. Animalia ergo irrationalia, etiamsi temporis sensum habeāt, sed non habent sensum temporis definiti, sed tantum, verbi gratia, hyemem, vel æstatem sentiunt. Homines autem definiti temporis sensum habent, dies, & horas numerantes. Numerare enim est solius animæ rationalis proprium. Propterea ergo dixit hominem solum sensum habere temporis definiti. Indefiniti enim ēt irrationalia sensum habent. Sic ergo primum dissoluit. Soluit autem & secundum dicens, vbi contrarij motus, illic & ratio, & cupiditas, si addideris, qui secundum præsens, & secundum futurum tempus fiunt cōtrarij motus. Secundum præsens enim, & futurum, solus homo contrarie mouetur. Irrationalia autem secundum præsens tēpus, & solum. Aegrotās enim propter præsentem febrē, frigidum desiderat, appetitu imperante hoc facere. Ratio autem propter futurum malum extrudit appetitum Irrationalia autem contrarie mouentur, non propter eam, quæ est futuri. prouidentiam. Fingatur enim leo gregem aggressus, & percussus, deinde postea volens alterum gregem aggredi, & priorem ictum veritus non aggreditur, ne rursus patiatur. Vides ergo, ꝙ de futuro considerat, ne patiatur. Quare & irrationalia circa futurum versantur. Ad quod responderunt interpretes, ꝙ ex præterito futura cōsiderare. & colligere, rationis est, & solum. Leo ergo non ex præterito futura præuidet, sed secundum imaginationem motus, vt qui vulneris adhuc reliquias habeat, cunctatur gregem aggredi, præsens vulnus veritus, Quare circa præsens tantummodo operatur. neque enim in ipso est temporis discretio, sicut neq; numeri neque enim nouit leo, quid est secundum, vel tertium, sed turbam tantum nouit, & paucitatem, vt declarat, ꝙ paucos quidem inuadit, multos autem pertimescit. Et hæc quidem in ijs, in quibus dicit Aristoteles, ꝙ eorum, quæ secundum locum corpus mouēt, hæc quidem solum mouent, illa vero etiam mouentur. Appetendū enim mouet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

appetitum, cum ipſum omnino non moueatur. Appetitus autem mouetur quidem ab appetendo. mouet autẽ corpus motu qui eſt ſecundum locum. Et hæc quidem Ariſtoteles. Plato autem non dicit appetitũ mouere, ſed quod in vnoquoq; prius eſt, ipſum dicit mouere ſecũdũ locum: in homine quidem rationalem animam, in irrationalibus autem irrationalem. Hæ ſunt enim quæ in vtriſq; priores habentes partes. Nã & in hominibus non eſt in affectibus irrationalis, quæ mouet ad voluptates, ſed & tunc rationalis mouet quidem quodammodo hominẽ, ſed errat quibuſdã veluti præſtigiis a cupiditate decepta. Sciendum autem Platonem ab Ariſtotele non diſſentire. Plato enim effectricem cauſam dixit, Ariſtoteles autem finalem, cum dixit appetitum, non eſt autem ipſe appetitus proprie finalis cauſa mõtus ſecundum locum, ſed appetendum. propterea enim ambulamus, vt appetendum aſſequamur. Dic ergo, q; & Plato, & Ariſtoteles effectrices cauſas dixerunt motus ſecundum locum. Sed Plato quidem remotionẽ effectricem, dicẽs rationalem animã. Ariſtoteles autem propinquam, dicens appetitum. Nam & irrationalis per medium apperitũ mouet corpus motu, qui eſt ſecundum locum. Et in his Deo eſt gratia, finiẽ contemplatio. Quod itaque nutritiua facultas non eſt id, quod mouet. clarum ẽ. Semper enim alicuius gratia motus ipſe, & eſt cum imaginatione, vel appetitu. Per hoc autem, Alicuius gratia motus, primum innuit argumentum, quod nutritiua quidem facultas vnum habet finem, motus autem multos. Videtur autem contextus dubiũ ſuſcipere. Dicit enim motum ſecũdum locum eſſe alicuius gratia & propterea nõ eſt vegetatiua cauſa motus. Quid igitur, vegetatiua in augendo non mouet alicuius gratia? Vel dicimus, q; non oportet lectionem præcidere in eo, Alicuius gratia, ſed &, quæ in contextu deinceps ſequuntur, adiungere, vt ſit id, quod dicitur, in hunc modum. Non eſt vegetatiua, quæ ſecundum locum mouet, eo q; motus ſecundum locum, qui fit alicuius gratia, fit cum imaginatione, vel appetitu. Vegetatiua autem, etiam ſi ẽ alicuius gratia, ſed non cum imaginatione. Per hoc autẽ quod dicit, eſſe cum imaginatione, vel apperitu, ſecundũ dicit argumentum, quod oportet id, quod mouetur, & appetere, vt fugiat, vel perſequatur, & iam imaginari. Omnino enim motus qui eſt ſecundum locũ, vel eſt cũ imaginatione, vel cum appetitu. Quæcunq; enim animalia habent imaginationem, habent & appetitum. Quæ autem non habent imaginationem, ſolum habent appetitum. & in quibus eſt imaginatio, ea vna cum appetitu mouemur. In quibus autem non eſt imaginatio, ſufficit & appetitus. Nihil enim quod non appetit, mouetur, p̃terquam vi. Hoc autem dixit propter eos, qui nolunt quidem moueri, mouentur autem inuiti, vt qui ab aliquo ad iudicium trahuntur.

Præterea ſi plantæ eſſent motiuæ.

Tertium eſt argumentum aduerſus eos, qui dicũt eſſe vegetatiuam animam, quæ mouet animal ſecundum locum quaſi diceret, q; ſi nutritiua eſſet motiua ſecundum locum, non abſtuliſſet natura plantis inſtrumenta motoria. Sicut enim nihil fruſtra facit natura, ſic ne prætermittit quicquam eorum, quæ conueniunt.

Et iã haberent aliquã partem inſtrumentariã ad hũc motũ.

Hoc eſt quartum argumentum ab inſtrumentis. & vide quomodo cum contextus eſſe videatur perpetuus, & vnam habere continuitatem, illum in quatuor argumenta ſecuimus.

Similiter autem nec ſenſitiuum. Sunt enim multa animalia, quæ ſenſum quidem habent, ſed tamen manent, & ſunt perpetuo immobilia. Si ergo nec quicquam fruſtra facit natura, nec aliquid ex neceſſariis relinquit, præter quam in mancis, & imperfectis: Sunt autem einſmodi animalia perfecta, & non manca. Quod autem non ſunt manca, ſignum eſt q; ſunt generatiua, & habent ſummum incrementum, & diminutionem. Quare haberent & inſtrumentarias partes ambulationis.

Hic oſtendit, quod nec ſenſus eſt, qui mouet, vt dictũ eſt in contemplatione. Sed quia contextus paulo eſt prolixior ambitus, age illius ſeriem ſic dicamus. Si ſenſitiuũ eſſet, quod mouet, quia nec natura quid fruſtra facit, nec ex neceſſarijs aliquid negligit, & ommittit, haberent, & quæ nunc perpetuo manent, animalia inſtrumentarias ambulationis partes cum ſint perfecta, & non manca. Quod autem non ſint manca, ſignum eſt & generandi facultas, & quod ſummum habent incrementum, & diminutionem

Atqui nec intellectiuum, & qui intellectus dicitur, eſt qui mouet. Contemplatiuus enim nihil agendum intelligit: nec dicit aliquid de fugiendo & perſequendo. Semper autem motus, uel fugientis aliquid, uel perſequentis.

Hic oſtendit, q; necq; eſt intellectus qui mouet. Et quæ dicit quidem Ariſtoteles, in contemplatione dicta ſunt, nos autem etiam aliud exterius argumentum ex hiſtoria comparauimus, q; ſæpe aliquas per ſe contemplationes quis agitans, non ſolum a via propoſita abberauit, ſed & præceps latus eſt: vt & Thales in putcum incidit. Ex quo manifeſtum eſt non eſſe intellectum, qui mouet ſecundum locum.

Sed neque quando aliquid eiuſmodi contemplatur, iam iubet fugere, uel perſequi. Quemadmodum ſæpe cogitat aliquid timendum, uel iucundum: non iubet autem timere, cor uero mouetur. Si autem iucundum, aliqua alia pars.

Actiuum intellectum per hæc ſignificat. Dicit enim q; necq; quando intellectus tale quid cognoſcit, ideſt, agendum, necq; hoc mouere poteſt, q; reſiſtat affectus. Si autẽ iucundum, aliqua alia pars. Si iucundum, inquit, quidpiam cogitatum fuerit, alia pars mouetur, nempe iecur. Quando enim affectus ipſum mouet, mouetur, etiam ſi non imperet intellectus. Vide autem, q; non eſt recte viſus exemplis. De rationis, quæ in vniuerſo corpore conſtituta eſt, motu, qui ſecundum appetitionem, & impulſum dicitur, loquens, adduxit exempla motus particularium partium.

Præterea & præcipiente intellectu, & dicente cogitatione aliquid fugere uel perſequi, non mouetur, ſed ſecundum cupiditatem operatur, ut incontinentes. Iam & omnino uidemus, q; qui artem habet medicam, non medetur, tanquam ſit aliquid aliud, quod habeat poteſtatem faciendi ſecundum ſcientiam. Sed neque appetitus eſt huius motus autor. Temperãtes enim licet appetant, & deſiderent, non faciunt illa quorum appetitum habent, ſed ſequuntur intellectum.

Vltimũ ẽ argumentum, q; non ratione ſecundum locum mouetur, quod mouetur. Etſi enim præcipiat rationalis anima, non mouetur corpus, eo q; ab affectu detineatur, ſicut incontinentes. Iubente enim intellectu non moueri ad meretricem, mouetur homo.

Videmur autem hæc duo eſſe, quæ moueant, uel appetitus, uel intellectus, ſi quis ponat imaginationem, ut intelligentiam aliquam. multa enim præter ſcientiam imaginationes ſequuntur, & in aliis animalibus non intelligentia, nec ratiocinatio ẽ ſed imaginatio. Hæc ſunt ergo ambo motiua ſecundum locum intellectus, & appetitus.

Hoc in loco vult dicere, quæ eſt cauſa motus ſecundũ locum. hucuſq; enim quid non eſt, dixit. Dicit ergo duas eſſe cauſas motus ſecundum locum, intellectum, & appetitum ſiquis imaginationem ponat, vt intelligentiam aliquam. Quoniam in ſuperioribus ſæpe imaginationẽ intellectui coniunxit, cognitiuas enim animæ facultates in duo tantum diuiſit, in id, quod eſt cum corpore operari, quod eſt ſenſus, & in id, quod eſt ſine corpore, quod intelligentiam appellat, nunc dicit, quod ſi quis imaginationem intelligentiam aliquam ponat, ideſt, cum intellectu, duo ſunt ſolum, quæ mouent appetitus, & intellectus. ſi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

autem aliquid aliud acceperit imaginationem præter intellectum, tria inueniuntur mouentia, intellectus, imaginatio, appetitus. Et hoc quidem dicit Plutarchus. Idē aūt dicit, & appetitus nomē de ira, & cupiditate dici. Cur autem dicit omnino Aristoteles, imaginationem intellectui coniungi? an quia paucæ sunt admodum intelligentiæ citra nostra imaginationem, quod significat dicens. Multa enim præter scientiam imaginationes sequuntur. Ad multa enim imaginationem sequimur, quod est affectus, præter ea, quæ intellectui videntur. & qđ est intellectus proprium, sæpe imaginatio recipit, est enim proprium intellectum sequi. Quia ergo sæpe imaginationem sequimur relicto intellectu, propterea ipsam intellectum appellat. Vel quia in irrationalibus pro intellectu est imaginatio, quæ mouet, quod significauit dicens, & in alijs animalibus nec intelligentia est, nec ratiocinatio semel sed imaginatio Dici autem potest, qđ quoniam etiam passiuus intellectus est imaginatio, eo qđ intus habeat id, circa quod operatur, sicut & intellectus, ipsam propterea intellectum appellat. hoc autem argumentum contextus non habet.

Intellectus autem, qui alicuius gratia ratiocinatur & actiuus.

Videtur contextus alicuius gratia dicere actiuum intellectum. Vnde & non immerito dubitari potest. Quid ergo: contemplatiuus intellectus non est alicuius gratia, quia actiuum proprie intellectum, alicuius gratia appellauit? Atqui, quod contemplatiui est alicuius gratia, melius est, cꝫ quod actui. Ad quod dicimus etiam contemplatiuum esse alicuius rei gratia, sed actiuus quidem id, quod est alicuius gratia ideſt finem, exterius habet, vt discere, vel nauigare, vel quid aliud eiusmodi Contemplatiuus autem intellectus habet intus finem. Omnia enim facit, vt cognitionem assumat, quod est perfectū animæ officium, & quia est obscurum, quod intus est propterea multi ocioſos contemplatiuos appellant. quos sequens Philosophus externum tantum finem definit. & ideo de ipso dixit illud, Alicuius gratia.

Differt autem a contemplatiuo, fine. & omnis appetitus alicuius gratia.

Hic vult dicere, cꝫ omnis quidem intellectus subiecto idem est, quod alius, sed ratione differunt. Finis enim cōtemplatiui intellectus: est principium intellectus actiui, & in principium appetitus. Ex hoc autem duo possunt colligi, primum quidem, qđ non de externo intellectu loquitur, quando dicit contemplatiuum. ecce enim eum idem esse dicit, qđ actiuum subiecto. Externus autem intellectus non est idem, quod actiuus. Secundum autem ex hoc colligi potest, qđ actiuus etiam intellectus est immortalis, si quidem idem est cum contemplatiuo, quem in confesso esse est immortalem.

Cuius enim rei appetitus, ipse est principium actiui intellectus, extremum autem principium actionis. Quare rationi consentaneum est hæc duo uideri mouentia, appetitum, & cogitationem actiuam. Appetituum enim mouet, & propterea cogiatatio mouet, quia principium eius est appetitiuum. Porro & quando mouet imaginatio, mouet non sine appetitu.

Græcæ est οὗ pro οὗτινος, ideſt cuius rei, & lege cū aspiratione. Dicit autem, Cuius rei est appetitus, ipse est actiui intellectus principium. Intellectus autem finis est principium actionis. Exemplo autem erit apertum quod dicitur. Aestate tegmentum valde appetijt quispiam, ne a sole vratur. & hic appetitus est alicuius gratia, ne enim vratur, Ipsum tegmentum est principium actiui intellectus. Incipit enim, vt tegat, mēte agitare, per vmbram, deinde per excitatos parietes. & hoc quidem incipiens facere, a fundamentis incipit. Et cōsidera, cꝫ finis actiui intellectus, quod est fundamenta, est principium actionis. Appetitum & cogitationem actiuam Consídera, cꝫ actiuum intellectum cogitationem appellauit actiuam. Rursus autem post imaginationem accipit intellectum, vel cogitationem.

Iam uero unum est aliquid, quod primo mouet, appetitiuū. Si enim duo, intelllectus, & appetitus, mouerent, secundum cōmunem aliquam formam mouerent. Nunc autē intellectus qdē non uidetur mouere sine appetitu. Voluntas enim appetitus. Quando autem secundum ratiocinationem mouetur, & secundum uoluntatem mouetur. Appetitus uero mouet præter ratiocinatione. cupiditas enim est quidam appetitus. omnis ergo intellectus rectus est appetitus autem, & imaginatio & rectus est, & non rectus: & ideo semper mouet, quod est appetendum. Sed hoc est uel bonum, uel quod bonum apparet, non quoduis autem, sed bonum agendum Agendum autem bonum est, quod contingit etiam aliter habere. Quod itaque talis animæ facultas mouet, que appetitus appellatur, clarum est.

Quod vult dicere tale est. Si duo essent, & alia a seinuicem, intellectus, & appetitus, ambo autem mouerent, aliqua alia inesse communis vtrisque facultas, quæ cum vtrisque communicans, moueret animal, sicut bipedi, & quadrupedi pedes habere commune est. Nunc autem nō ambo mouent, Intellectus enim mouens mouet non sine appetitu, voluntas enim est appetitus. Tunc autem secundum voluntatem quid mouetur, quando secūdum ratiocinationem motum fuerit. Appetitus autem mouet etiā præter ratiocinationem. Per cupiditatem enim mouemur. cupiditas autem est appetitus. Et cꝫ non idem est appetitus, & intellectus hinc clarum est. Verus enim intellectus semper rectus est, & nunquam fallitur. Appetitus autem, si post imaginationem fuerit, etsi eum intellectum diximus, & rectus est, & nō rectus. Quod ē enim appetēdum sensum moueat oportet. Sed hoc vel verum bonū est, & eum, qui est in intellectu, appetitum mouet, vel apparens bonum, & mouet irrationalem appetitum. Apparens autem intellige, quod potest etiam aliter habere. Si autem hæc ita habent, appetitus est, scilicet qui mouet, & rationalis & irrationalis. Quod enim, inquit Aristoteles, duę facultates nō mouent, apertum. Intellectus enim omnino cum appetitu mouet. Appetitus autem etiam sine intellectu mouet, quando irrationales cupiditates seq̄mus. Vna ergo facultas mouet & non due. Secūdum cō mune enim genus moueret, quod ipse dixit speciem. Non quoduis autem, sed bonum agendum. Recte autē dixit, Non quoduis bonum. Primum enim bonū, scilicet diuinum non est in nobis. Deinde dicit, Agendum est autem, quod contingit etiam aliter habere, & hoc iure dixit, Quod est enim bonum alij, alij malū est, ipsum itaq̄ dicit contingens. Hæc autem, bonū inquam, & malum, actiuum intellectum sequūtur. Verum autem, & falsum non actiuum, sed contemplatiuum.

Iis autem, qui animæ partes diuidunt, si secundum facultates diuidant, & seperent, per multæ fiunt, nutritiua, sensitiua, appetitiua, intellectiua, consultatoria. Hæ enm in pluribus a seinuicem differunt, quam desideratiua, quam concupiscibilem: & animosa, quam irascibilem appellant.

Hic Platonem significat, & dicit, cꝫ in motu secundū eum dicere non possumus, quia aīas patitur, & quomodo secundum eum possumus aliquid cōmune inuenire? Non solum autem in hoc peccat sed quod etiam multas prætermittit & cum omnes dixisset, non meminit motus secundum locum, vel cꝫ ipse sub appetitum reducitur, & ipsum vna comprehendit, vel cꝫ de ipso non agitur.

Quoniā aūt sunt appetitus sibi inuicem contrarii, hoc aūt contingit, quādo ratio, & cupiditas sunt cōtrariæ: fit aūt in iis, que habent sensum tēporis: Intellectus enim propter futurum ad diuersum trahere iubet. Cupiditas autem propter iucundum, apparet enim id, quod iam iucundum est. etiam simpliciter iucundum, & bonum simpliciter, quia futurum non uidet.

Hic audacem illum & periculosum dicit syllogismū. non recte autem ordine vsus est. Conclusionē enim dicit ante propositiones, Hic enim erat syllogismus: Vbi con

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance Tours

trarij motus, illic quoq; vna temporis ſenſus. Temporis autem ſenſus in iis eſt, in quibus ratio eſt, & cupiditas. Deinde dicit primam propoſitionem: Vna quoq; ſenſus eſt temporis, vbi ſunt in motus contrarij. Secundæ autē propoſitionis ne meminit quidem. Quia futurum non videt. Dicit cupiditatem non videre futura. Eſt.n.placitū Ariſtotelis, animam irrationalem nō verſari circa futura. Cupiditas autem eſt irrationalis animæ.

Species quidem unum fuerit, quod mouet. appetitiuum, quatenus appetitiuum.

Appetitus.n.eſt multa quidem numero, vnum autem ſpecie, ſpeciem autem rurſus dixit pro genere. Proprie.n. genere quidem vnum eſt, ſpecie autem multa. diſſimiles enim ſpecie ſunt animæ, & qui in eis conſiderantur, appetitus. hunc autem appetitum vnum genere demonſtrauit, qui ſecundum locum mouet animalia, ſiue cum ratiocinatione ſit, ſiue cum ira, ſiue cum cupiditate. Sicut enim nihil prohibet ſenſitiuum principium vnum eſſe, etſi ſint quinque ſenſus: ſic nihil vetat vnam eſſe appetitiuam facultatem: tres autem eſſe operationes, a quibus appetitus traditur, & tranſmittitur in intellectum, cupiditatem, & animum ſiue iram.

Primum autem omnium appetitiuum. Hoc enim mouet, etſi non moueatur, quod intellectu ſit conceptum, uel imaginatione comprehenſum.

Hic ſupponitur, q̄ non ſolum appetitiuum mouet, ſed & appetendum, vt fœnum. Eſt autem dña, q̄ appetitiuū quidem motum mouet. Appetendum autem, etſi ſit immobile, mouet, vtpote quod ſit finis. Finis.n.licet ſit immobilis, mouet: ſicut & Deus, qui eſt finis, licet ſit imobilis, mouet. Hic ergo habes vltimum caput, quod cauſarum, quæ ſecundum locum mouēt, quædam ſolum mouent, nec mouentur: Quædam autem & mouent, & mouentur, vt appetitus.

Numero autem plura, quæ mouent.

Quoniam dixit vnum genere eſſe, quod mouet: propterea dicit q̄ numero multa ſunt. mouet.n.imaginatio: intellectus, appetitus, appetendum. Sunt itaque multa, Et in his, Deo eſt gratia, praxis completur, Praxis, Deo fauente, ſeptimadecima.

Quoniam autem ſunt tria, unum quidem quod mouet, ſecundum autem, quo mouet, & adhuc tertium, quod mouetur. Quod autem mouet, duplex: hoc quidem immobile, illud uero, quod mouet, & mouetur: eſt autem immobile quidem bonum agendum. Quod autem mouet, & mouetur, appetitum: mouetur.n. quod mouetur, quatenus appetit: & appetitus eſt quidam motus, uel operatio: Quod autem mouetur, eſt animal: Quo autē mouet inſtrumento appetitus, hoc iam eſt corporeum.

Hic quoniam iam dixit, quid eſt quod non mouet: & quid eſt, quod mouet: omnia colligit, quæ motui conferunt. & dicit hæc eſſe tria: quod mouet, vt appetendum: & quod mouetur corpus, & quo mouet, videlicet inſtrumentario. Inſtrumentarium autem dicit ſpiritum, qui a corde per neruos fertur. In corde enim exiſtimat Ariſto. eſſe præcipuam, ſeu ductricem animæ facultatem, quæ græce ἡγεμονικὸν dicitur. Hoc autem inſtrumentarium, & quo mouetur, appellat, quia ipſo ſpiritu mouetur corp⁹: aliquando autem appellat ipſum, quo mouet, ideſt, quo ſpiritu anima mouet corpus. Hæc ſunt, quæ ad motum conferunt. Doctrinam autem incipit ab inſtrumentario, ad perpetuitatem, & cōtinuitatem orationis ſeruandam: & aſſimilat ipſum principio & fini: & cardini oſſium: & motui ſm naturam: & motui præter naturam, quos ſub truſionem, & attractionem reducit. Atqui ipſum etiam circulo aſſimilat: & cur ita faciat, omnium cauſa reddi poteſt. Principio.n. & fini eum comparat: quia ſpiritus eſt & finis aī alium illuminationum, & principium corporalium ſubſtantiarum. Vel quia ſpiritus & cum motu incipit, & vna cum eo finitur: etſi enim effectiuum vna cum motu incipit, & cum eo finitur: ſed tñ inſtrumentarium eſt multo propinquius. Dici autem poteſt, q̄ non vocat ipſum principium, & finem, ſed vbi eſt principium, & finis. i in corde, eſt ſpiritus, q̄ cum ſit in medio, eſt principium, & finis. Medium.n.eorum, quæ præceſſerunt, eſt finis: futurorum autem principiū, lege mediorum. Spūs itaque illic eſt, vbi eſt principium, & finis. Sciendum aūt, q̄ Medici quidem neruos eſſe dicunt inſtrumēta motus. Philoſophi autem innatum calidum, inſtrumentum eſſe dicunt appetitus. Et hic ſpiritus, hoc.ſ. calidum in toto eſt corpore, ſiquidem omnino, vt & totum corpus noſtrū, ſm locum mouetur. Eſt ergo in toto corpore, vt quod totum corpus debeat mouere. Quamuis.n.ipſum in corde eſſe dicit, ſed tñ etiam eſt in toto corpore, vt quod a principio a corde ſuppeditetur. Aſſimilat autem etiam ipſum ſpiritum cardini oſſium, qui græce γυγλιμός dicit. Eſt enim γυγλιμος duorum oſſium compoſitio, eo, q̄ eſt gibboſius, & paulo altius in concauitatem immiſſo. Et hęc quidem ſunt ratione diuerſa. in alio enim corpore eſt, q̄ eſt gibboſius, et prominentius: in alio autem concauū: ſubiecto autem ſunt eadem. Inter ſe enim inuicem compacti conueniunt. & fit motus non duorum, ſed ſolius gibboſi, & prominentis. circa concauum enim quod manet, & eſt immobile, gibboſi fit, & prominentis motus. Talis eſt, quę fit in vlna, manuum noſtrarum articulatio. Quia ergo ſpiritus eſt & viuificatus, & ſimplr ſpiritus: & hæc ratione quidem, & habitudine ſunt diuerſa, ſubiecto autem eadem: in ſpiritu enim vita, & his mouetur vt ſpiritus. & non vt viuificatus ſpiritus, animam.n.immobilem dicit Ariſt. Propterea ergo ipſum γυγλιμῷ. i. oſſium cardini aſſimilat, quia vt in oſſium cardine eſt aliquid, quod mouet, & immobile: & hæc ratione quidē & habitudine diuerſa, ſubiecto vero eadem: ſic & in ſpiritu eſt aliquid immobile viuificatum, & qui mouetur ſpiritus, Hæc autem ratione differunt, non ſubiecto. Aſſimilat autem ipſum & motui ſm naturam. Sicut enim in motu ſecundum naturam, eſt aliquid, quod mouet, & aliud qđ mouetur. Homines.n.nō per totos nos ipſos mouemur: quia ambulatorius motus ex protruſione, & tractione componitur. Vnus enim noſter pes terram trudit: certe, ſi in limoſo loco deprehenſi fuerimus, pes, vtpote cum terra protruſioni non reſiſtat, profunde in limum deprimitur: alio autem pedo corpus trahimus: & ſpiritus quidem, qui eſt in ſtante pede, quieſcit: qui autem eſt in eo, qui mouetur pede, mouetur. Mouetur enim pes qui trahit. Vnus enim pes omnino trudit: alius vero trahit, qui etiam motum facit. Dici autem poteſt, q̄ etiam in vno pede eſt truſio, & tractio: vt tractionem quidem accipias pedis ad nos contractionem: truſionem autem, extenſionē pedis, quæ fit a nobis. Tractio enim eſt quæ fit ad nos. Truſio autem, quæ a nobis. Qm̄ ergo in motu, qui eſt ſecundum naturam, eſt aliud, quod manet, & aliud, quod mouetur: eadem autem ſunt & in ſpiritu: ipſum propterea ſic æquiparat. Et vide, q̄ nunc etiam eum, qui eſt ſecundum naturam, motum, ſub truſionem, & tractionē reduxit, ſicut & eum, qui eſt præter naturam: in naturali autem auſcultatione, eum ſolū, qui eſt præter naturam, motum, in ſeptimo libro ſub truſionem, & tractionem redigit. Aſſimilat autem ipſum & motui præter naturā, qm̄ habet & ipſe aliquid, quod manet, & mouetur. a truſione, & tractione factus. Q̄ enim vi mouetur, vel a nobis truditur: vel ad nos attrahitur. Si quis autem dicat circūactionem non fieri truſione, & attractione, fallitur. Nā & in ea cum ſint duo ſemicirculi, primum quidem trahit, quod retro eſt. Quod autem eſt retro, trudit prius. De vectura autem dici poteſt, q̄ mouetur per accidens, eo quod mouetur, quod vehit: non trahitur enim vel truditur. Quod autem vehit, qm̄ per ſe mouetur: vel trahit, vt currus: vel truditur, vt nauis a ventis. Et in motu ergo præter naturam, quia eſt manens, quod trudit: & mouetur, quod trahit: eum propterea inſtrumento comparat. Iam vero & circulo ſpiritum aſſimilat: eo, quod in circulo circa ſolum centrum fit motus: ſicut et ſpiritus circa manentem vitam mouetur. Et hoc exemplum eſt magis cō ducibile, in vnaquaque enim parte circuli ſignum eſt, qđ & cum ſit prius, poteſt trahere, & cum ſit poſterius, po-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eſt trudere: vniuſcuiuſque enim fini eſt & prius, & poſte rius. Quoniam ergo eſt & ſpiritus in vnaquaque ſui parte, & viuificatus: circulo iure æquiparatur. Hæc poſtquã dixit de eo, quo mouet: venit ad id, quod mouetur: & dicit, ꝙ mouentur, & animalia, & Zoophyta, ſeu plantanima: & de plantanimis quidem dubitat, quomodo illa mouentur, ſi quidem quod mouetur, vult omnino habere appetitum: vbi autem appetitus, illic & imaginatio. Nam ſicut circa id quod abeſt, eſt appetitus: ſic & imaginatio verſatur circa id quod abeſt. Si quis autem dicat, Quomodo circa id, quod abeſt, verſatur appetitus? ſi quidem etiam præſentem ſanitatẽ appetimus: Dicimus, quod ſanitatem appetimus propter futuram fruitionem. Quid autem collectum eſt ex eo, quod dictum eſt? Qđ, ſi mouentur plantanima, etiam habent imaginationem. Quod diſſoluens dicit ea habere imaginationem ſenſui coordinatam: ex quo fit etiam imaginationis diuiſio. Imaginationis.n. inquiunt, hęc quidem eſt conſultatoria, illa vero ſenſui coordinata: & conſultatoria quidem ſolis ineſt hominibus: ſenſui autem coordinata, vel eſt cõfuſa, vel non confuſa: & non confuſa vel doceri poteſt, vel nõ poteſt doceri. Confuſa quidem eſt, vt in vermibus: errabundus enim eſt eorum motus. Non confuſa autem, & quæ doceri poteſt, vt in canibus, & pſitacis. Quæ doceri autem non poteſt, vt in formis, & arena. Plantanima ergo habent imaginationem ſenſui coordinatam, non confuſam, & quæ doceri non poteſt, ideſt eam, quæ eſt ſecundum tactiuum ſenſum. Poſtquam etiam hæc dixiſſet de eo, quod mouetur, venit & ad id, quod mouet: & dicit id eſſe triplex. Primum.n. appetendum mouet appetitum, cum ſit immobile, vt finale, ſicut & Deus, & quod eſt diuinum iam vero & appetitus mouet contrario motu, & qui victi, dominatum adeptus, mouet corpus. Eſt ergo tribus modis, quod mouet. Eſt autem appetitus ſimilis ſigno, quod eſt in ſphæra, quod quidem ſignum, cum eſt in hemiſphærio, quod eſt ſuper terram, ſuperemi net, & quando ad medium cœlum peruenit, vincit: ſed quando in eo, quod eſt ſub terra, hemiſphærio fuerit vincitur. Quia autem in contraria appetitiuum pugna ratiocinantes mouemur: & dum ratiocinamur, an ſcortari oporteat, ad præceptorem ventitare, vel vincit affectus, vel ratio. & quod dominatur, mouet. Quærit ergo quænam in ſyllogiſmo propoſitio mouet, & dicit vtrãque, & maiorem & minorem, ſed magis minorem, quam maiorem. Concluſio enim ſequitur minorem, vt quæ ſit deterior. Deterius enim ſemper colligit. Ex vniuerſali enim & particulari particulare colligitur, & ex affirmatiuo, & negatiuo, negatiuum. Quia ergo concluſio fit motus: ea autem minorem ſequitur: ipſa propterea minor magis mouet: vt in exemplo eſt talis ſyllogiſmus. Hic eſt Philoſophus: ipſa eſt minor. Omnis Philoſophus honorandus eſt. ipſa eſt maior. hic ergo eſt honorandus. Quæ eſt ergo propoſitio, quæ mouet appetitum, ad hoc, vt honoretur Philoſophus? vtraque, videlicet: neque enim minor ſola: neque enim honoraretur, niſi cognoſceremus maiorem: Omnis Philoſophus eſt honorandus: neque hunc omnino honorare appeteremus, niſi minorẽ noſſemus: Eſt Philoſophus. Quomodo enim eum honorare poſſemus: etiam ſi maxime cognoſceremus, ꝙ omnis Philoſophus eſt honorandus? Ambæ ergo mouent. Sed maior quidem propoſitio non mota mouet: eſt enim immobilis, vt quæ ſit vniuerſalis. Vniuerſale enim non mutatur: minor autem mota mouet: Poteſt enim minor mutare ſubiectum, vt dicat, Socrates, Philoſophus, vel pro Socrate Platonem, Themiſtium: & ecce minor mouetur, & ſic mouet. Sed maior quidem ſecundum id, quod eſt remotius, mouet: minor autem ſecundum id, quod eſt propinquius: minor enim eſt particularis: & quoniam particularium eſt motus, & non vniuerſalium, & ratione proxime mouet minor. Et in his finitur contemplatio. Quoniam autem ſunt tria: vnum quidem, quod mouet. Secundum aũt quo mouetur, & præterea tertium quod mouetur. Alexander quidem dicit non eſſe reddítionem illius quod eſt propoſitum. Quoniam autem Plutarchus vult hoc modo, quod dicitur, audire. Quoniam inquit, ſunt tria: vnum quidem quod mouet alterum quo mouetur, & tertium quod mouetur. Eſt autem mouet quod duplex, vel immobile, vt appetendum, quod vocat bonum agendum: vel quod mouetur, vt appetitiuum. Deinde ſubaudit. Quatuor ergo ſunt quæ motui conferũt. hoc eſt, quia ſunt tria, & vnum in duo diuiditur, ergo quatuor. Talem affert reſponſionem Plutarchus pro eo, quod eſt. Quoniam autem, eſt autem immobile quidem bonum agendum. Quod autem mouet, & mouetur, appetitiuum. Diximus autem ꝙ appetendum agendũ bonum appellauit, agendum autem adiecit ipſum ſeparans a bono, quod per ſe ſubſiſtit. Appetitum autem qui mouet, & mouetur, appetitiuum appellauit. Mouetur enim quod mouet, quatenus appetit. Dicit, quod appetitiuum motum mouet, & apertum eſt. Mouetur.n. motum, quatenus appetit, quoniam appetitus motus quidam eſt. Deinde quoniam dixit appetitum eſſe motum, vult autem animam appetere quidem, nõ autem moueri, propterea corrigit, quod dictum eſt, & inquit. Appetitus enim vel motus eſt, vel operatio, & admittendum eſt, ꝙ operatio, eo quod non moueatur anima, & quod motus eſt imperfecta operatio, appetitus autem perfectus, & ideo eũ motum dicere non perſtitit.

Ideo in communibus corporis, & animæ operibus, de ipſis conſiderandum eſt. Nunc autem, vt ſummatim dicam, quod mouet inſtrumentarie, vbi principiũ, & finis idem, vt oſtium cardo. Hic.n. gibboſum, ſeu prominẽs, & concauum, hoc quidem finis, illud vero principium. Quare hoc quidem quieſcit: illud vero mouetur, cum ſint ratione quidem alia, magnitudine autem inſeparabilia. Omnia.n. truſione, & tractione mouentur. Quamobrem oportet, ſicut in circulo, manere aliquid, & hinc motum incipere. Omnino ergo, ſicut dictum eſt, quatenus appetitiuum animal, ipſius eſt ea ratione motiuum.

De iis, quæ conferunt, inquit, ad motum, in communibus corporis, & animæ operibus conſiderandum. i. in hiſtoria animalium. Animal enim commune eſt ex corpore, & anima. Motus autem ſm locum, nec ſolius aĩæ fuerit: eſt.n. ipſa immobilis, nec ſolius corporis: nunc aũt de ſola aĩa eſt hic tract. Sciendum aũt, ꝙ ſpíritus appetitiuus, qui mouet, eſt in neruis. Quamobrem oportet, ſicut in circulo, manere aliquid, & hinc motum incipere. Deinde dicit, ſi motus fit truſione, & tractione, neceſſe eſt hoc quidem manere, illud vero moueri. ſicut & in circulo circa centrum, quod manet, fit motus. Et notandum, ꝙ latenter confirmat, ꝙ circa quid, quod manet, fit omnino motus animalium, quæ poſſunt ambulare. In piſcibus enim, & reptilibus, & huiuſmodi, non habet proportione motus cum motu circulari, in iis enim non fit motus circa aliquid, quod manet.

Appetitiuum autem non ſine imaginatione. Imaginatio aũt omnis, uel ratiocinatiua, uel ſenſitiua. Huius ergo alia quoquè animalia partem habẽt. Conſiderandum aũt & de imperfectis, quid eſt, quod mouet, quibus tactus ſolum ſenſus eſt, utrum iis cõtingit ineſſe imaginationem, an non, & cupiditatem. uidetur.n. & triſtitia, & uoluptas ineſſe. Si hæc autem: & cupiditatem neceſſe eſt. Imaginatio autem qũo inſit, an ſicut mouetur indefinite: & hæc quidem inſunt: indefinite autem inſunt. Senſitiua ergo imaginatio, ut dictum eſt, etiam in aliis ineſt animalibus: conſultatoria autem in ratiocinatiuis. Vtrum.n. hoc, an illud faciet, iam eſt ratiocinationis opus, & neceſſe eſt ſemper uno metiri: maius enim perſequitur. Poteſt itaq; unum ex pluribus uiſis facere, & hæc cauſa eſt, ꝙ opinionem non uidetur habere, quia eã, quæ eſt ex ratiocinatione, non habet: ipſa autem illam. Quare conſultatorium non habet appetitus. uincit autem nonnũquam, & mouet uoluntatem. Quando autem ille hanc, ſicut ſphæram, appetitus appetitum.

Recte hoc dixit: neceſſe eſt enim id, quod appetit, imaginatione

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ginatione conceptum appetẽdum appetere. ¶Hoc autem recte dictum est in iis quæ secundum imaginationem appetunt: est enim commune vocabulum appetitus. Appetitus enim est & sine sensu, qui est in plantis, & in inanimatis, quẽadmodum habet lapis appetitum, p quem appetit inferiorem locum, & ignis habet appetitum, per quem locum superiorem appetit. Et rursus appetitus & cum imaginatione: est rursus alius appetitus, qui est cum actiuo intellectu: qui etiam differt ab eo appetitu, qui est cum imaginatione. Vbi n. est appetitus cum intelligẽtia, illic est. & qui est cum imaginatione: sicut in hoibus vterque est appetitus, & q est cum intelligentia, & q est cum imaginatione. Alia autem aialia eum, qui est cum imaginatione, & solum habent: si habent vtique imaginationẽ. Potest autem & alia dari dria, p appetitus quidem, q est cum actiuo intellectu. potest cõsultare: consultare autem est præeligere. Præeligere autẽ, hoc ante illud eligere: vt vtrum oportet ire obuiam amico, an non, et eligit quod oportet: & nunquid eodem in loco manenti, vel peregre proficiscenti, & eligit, p peregre proficiscenti, & an per mare, vel terram, & eligit p terram: & p terram qũo, an peditem, vel aliquo alio modo. Deinde ex his oĩbus colligit vnum quidpiam, q oportet videre amicũ peregre proficiscentem, p terram peditem. Hac ergo rõne differt appetitus, q est cum actiuo intellectu, ab eo, qui est cum imaginatione. Et notandum, p actiuum intellectum, & eam, quę est proprie imaginationem, hęc duo cõiter imaginationes appellat. Huius ergo, inqt, imaginationis alia quoque aialia partem habent. illa coniunctio, quoque, propter hoĩes adiecta est. Qz autem dicit imaginationẽ eam quæ cum sensu coniugata est. Indefinite autem inest. In plantanimis, inquit, indefinite inest imaginatio, vt declarat indefinitus eorum motus. Indefinitum aũt appellat plantanimorum motum, p non æqualiter contrahãtur, & extendantur: sed aliqñ quidem magis, aliquando ꝟo minus. Vel indefinite dicit, pro eo qnod est, exiliter & errabunde. Et necesse vno metiri: maius n. persequitur Sicut. n. fabri lignarij eadem mensura cubitali & maiora, & minora ligna metiuntur: sic & appetitiuum, inquit, p est in hominibus, eodem bono cõrarios appetitus metitur, & maius bonum eligit, & ad illud mouetur. Potest itaq; vnum ex pluribus visis facere, hoc est, vnum cõe visum ex pluribus visis particularibus, vt paulo superius dictũ est, p oportet amicum videre peregre proficiscentem, p terram, peditem. Consultatoria ergo imaginatio hoc mõ vnum facit commune visum: sed non ita irrationalis, & ipse causam subiungit dicens, p opinionem non habent irrationalia. Opinionem autem non habent: quia non ratiocinantur: in opinionem enim terminãtur cogitatio. cogitatio autem per syllĩn, & ratiocinationem, quid est agẽdum inuenit. Cum sint quatuor, imaginatio, consultatorium, opinio, ratiocinatiuum, consultatorium idem esse in nobis existimant, p ratiocinatiuum. Hoc autem est absurdum. Si. n. non idem est imaginatio, & opinio in nobis: nec, quæ ea sequuntur, sunt inter se eadem, consultatorium, & ratio. Eam. n. quę est in nobis, imaginationem sequitur consultatorium: opinionem autem rationale.

Qñ fit intemperantia. natura autem semper, qui supra est, est princeps, & ĩperat, et mouet ut iã tribus motibus moueatur.

Intemperantia grẽce est ἀκρασί'α. Est autem aliud ἀκρασί'α, & aliud ἀκ'ρατεία. Ἀκρασί'α. n. est pugna affectuum & rationis, qñ nihil adhuc vicit, sed est adhuc anceps pugna. Ἀκρατεία autem est, qñ affectus rationem superauerint.

Scientia autem præditum non mouetur, sed manet.

Scientia præditum appellat contemplatiuum intellectum. Ei autem congenitus est status, vt sæpe dictum est. stantes enim magis intelligimus.

Quoniam autem hæc quidem est eius, quod uniuersale, existimatio, & ratio: illa uero eius, quod est singulare. Illa enim dicit, q oportet talem tale facere. Hæc uero quod hoc tale. Ego aũt talis. Iam hæc mouet opinio, non uniuersalis, uel potius ambæ, sed illa quidem quiescens magis: hæc uero non.

Hic syllĩn apponit, & quærit, quænam eius est propositio, quæ mouet. Nam cum sint, inquit, duæ existimationes. i. propositiones: hæc quidem vlis illa vero particularis: siue illa quidem minor, q̃ dixit particularem: hæc vero maior, q̃ dixit vlem: quærendum est, quænam mouet. Talem autem syllĩn innuere videtur: Ego hostem terrui quicunque hostem terret, est vir fortis. Ergo ego vir fortis. Ego sum vir fortis: omnem virum fortem coronari oportet, & me ergo oportet coronari. In his maior quidem est propositio, quæ dicit. Oẽm virum fortem coronari oportet. Minor autem, quæ dicit. Ego sum vir fortis. Nunc n. vt de secundo syllo verba facimus. Per hęc enim primus sumptus est. In his ergo, ppõnibus minor est, quę magis mouet, vt iam diximus. Maior aũt, si est maxime vniuersalis, est oĩno immobilis: minore autem minus mouet, quatenus ea minus est vlis, minor. Oportet ergo motum magis dare minori. Duos autem syllis significat tacite per duas ppõnes. Vnam. n. communem accipit primi quidem conclonem, secundi autem ppõnem. sic. n. dicit. Illa quidem dicit, p oportet talem tale facere. Hæc est prima propositio primi syllĩ, dicit: Terruisse hostem est fortiter gessisse. Est autem talis. Hæc est cõis propositio, quæ est primi syllogismi conclo: secundi autem propositio, quæ dicit: Et ego sum vir fortis. Et vide p nec ordine propositionum, vt nos, vsus est: nec sic dixit terminos, sed nostrorum terminorum significationi similes. Iam hæc mouet opinio, non vniuersalis. Dubitat, nunquid opinio minoris mouet, & non vniuersalis propositio. Deinde soluens dicit, p ambæ. Alioqui, inquit, harum propositionum magis quiescit vniuersalis, vt diximus. Et in his est praxis octauadecima.

Nutritiuam ergo aiam necesse est habere quicquid uiuit, & habet aiam, à gñatione usque ad corruptionem. Necesse est enim q gignitur, habere auctionem, & summum incrementum & diminutionem. Hæc aũt haberi sine nutrimento nõ possunt. Necesse est ergo unum esse nutritiuam facultatem in oĩous, quæ natura producuntur, & corrumpuntur: sensum aũt non necesse est in omnibus uiuentibus, neq;. n. quorũlibet simplex corpus tactum contingit habere: nec sine eo fieri potest, ut sit nullum animal.

Qm animatorum alia quidem sunt immobilia, vt plantæ, alia autem mouentur, vt aialia, & eorum quæ mouentur, alia quidem seipsa in vniuersum mouent, vt ambulatoria: alia autem ex parte, & eorum alia quidem sunt sublunaria, vt plantanima: alia vero superlunaria, vt cœlestia: propterea ergo Pbs in præsentia in hac præsenti contemplatione discernit ambulatoria ab omnino immobilibus, & ab iis quidem, quæ mouentur, ex parte autem motum peragunt, esse necessario triplicem ambulatorij distinctionem: dico aũt ad plantas, & plantanima, & cœlestia. Incipit autem tradere plantarum, et ambulatoriorũ differentiam. Etsi. n. vtraque, inquit, habeant nutritiuam animam, sed tñ plantę, inquit non habent sensitiuam. Habent autem ambulatoria animalia sensitiuam. Et horum vtrunque duobus argumentis oñdit. Et primum, p plantæ non habent sensitiuam, iusta & probabili de causa: & ex rationibus, hæc quidem procedit a corpore plantarũ: illa vero ab aia. Et hæc est, quæ a corpore. Plantæ, inquit, simplex quid esse videntur. etsi. n. ex quatuor elementis constent: tantum tñ in eis dominatur terrestre, vt ex eo solo esse videantur. Est aũt terrestre insensile, vt testificantur, quæ sunt in nobis, terrestreis partes non sentientes: ossa, inquam, pili, & vngues. Qũo. n. sensum habeant. q̃ ex terrestri constant, & ei adhærent? siquidem eiusmodi nec tactum hĩe possunt. Ipse. n. plures oppõnes apprehendens, ex pluribus, & fortasse æquiualentibus, vult componi. Hoc est primum argumentum, p ex plantarum corpore desumptum est, p autem ab aia quodãmodo sic habet. Non habent, inquit, sensum plantæ: sensile. n. sic formas sine materia apprehenderẽt: tam vero non apprehendat. Frustra enim apprehendent, cum nec possint ad iucunda accedere, quod affixæ radicibus hæreant, & sint immobiles: nec molesta declinare. p autem ambu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

latoria iure & neceſſario ſenſum habent, duabus rõnibus demonſtrari põt. Quarum prima eſt eiuſmodi Si nõ habent, inquit, ſenſum ambulatoria, temere, & in ſuum exitium mouebuntur: partim quidẽ ꝙ ignorent vbi eſt finis motus: partim vero ꝙ p̃ prærupta in p̃cipitium ruant: quia ſenſu nõ diſcernit. Natura aũt nihil ad incõmodum, et perniciem aĩalium facit: ſed oĩa omnino alicuius gratia facit: vel facit euenta eorum q̃ ſunt alicuius gr̃a. Vtrunꝙ autem horum ex pilis adſtrui & confirmari põt. Qui.n. ſunt in capite, & ſuperciliis, & mento pili, alicuius gratia facti ſunt. Alij n. ſunt tegumenti gratia, vt q̃ ſunt in capite: alij cuſtodiæ, vt q̃ ſunt in ſuperciliis: alij p̃p ornatum, vt qui ſunt in mento, & genis, qui aũt ſunt ſub aliis, & in capite in ſenectute cani, alicuius quidem gratia non ſunt, ſed ſunt euenta eorum, quæ ſunt alicuius gr̃a. Illi n. propter abundantem in alis caliditatem, & humiditatem: Hi vero p̃p tunc abũdantem in corpore pituitam. Scdm argumentum eſt hmõi. ſenſum neceſſe eſt habeant ambulatoria. Cum.n. inter multa nutrimenta verſentur, eo qd̃ moueantur, cognitiua facultate opus hñt, quę poſsit prius nutrimentum ab alieno diſcernere. Plantæ ẏo ea non indigent: tum propterea ꝙ non mouentur, tum qd̃ iuxta ſe ſitum habeant alimentum, hoc eſt terrã. ſic poſtquam diſtinxit ambulatoria a plantis: diſcernit ipſa etiã a plantanimis. Plantanima, inquit, non habent perfectiores ſenſus: viſum, & auditum, & odoratum. Ambulatoria autem hos etiam nacta ſunt. Et talpa habet viſum: etiã ſi ſubtili tunica tegitur: propterea qd̃ terram frequenter ſubeat. Vermes.n. etiam ſi viſum non habent, dum mouentur, ſed tñ natura per mollitiem eius vſum ſuppleuit. Poſtq̃ a plãtanimis quoꝙ ſic ambulatoria diſcreuit tranſit etiam ad tradendam cœleſtium dr̃iam, & ea dicit ab ambulatoriis differre: ꝙ ambulatoria quidem habeant & naturalem, & ſenſitiuam aĩam: cœleſtia autem ſolam rationalem. Hæc cũ de cœleſtibus dixiſſet, infert dicens: Cur.n habent irrationalem? Hoc aũt exiguum dictum aliter quidem Alex. Aliter vero Plutar. expoſuit. Alexander.n. dicit, Cur.n. habebunt cœleſtia ſenſum? Neꝙ enim eorum corpori ſenſum habere melius eſt, neq; aĩæ. Corpori quidem, eo ꝙ affectionibus quidem, & paſſionibus obnoxiis corporibus conferat ſenſus, ab iis q̃ corrumpere poſsint, illa defendens: Cœleſtibus aũt, quæ ab omni affectione, & paſsione remota ſunt, nihil confert: nam quæ ſentiunt, patientia ſentiunt: Hæc aũt ſunt ab affectione & paſsione aliena, & immortalia. Sed nec eorũ animæ conferent Quæ.n. ſenſum habent, eum ad vſum reminiſcentiam habent, vt ex iis, quæ p̃ ſenſus in ſingulis inueniunt, ad vſes, quæ inſunt, rationes erigantur. Cœleſtia autem ſenſu non egent. Semper.n. intellectiue operantur, & nunꝙ ab vſibus receedunt. Senſus aũt eſt particularium apprehenſiuus, & circa ea agitatus & inuolutus, nõ ſinit intellectum immorari in vſibus: ſed nugaci vicino ſimilis eſt, qui multum loquitur, & legentem interturbat, Sic ergo Alex. & ſm eum non habet hoc dictum negationem, non, ſed ſic eſt. Cur.n habebit? & legit ipſum interrogatiue. Plutarchus autẽ iter contrarium ingrediens, addit negationem, non, & dicit: Cur.n. non habebũt ſenſum cœleſtia? neꝙ.n. corpori melius eſt non ſic habere. Melius eſt enim eſſe ſenſitiuum, q̃ nullo ſenſu præditum: eo quod id, quod ſentit, eo qd̃ non ſentit, eſt prætioſius. Si aũt dixeris, ergo patiuntur, ſi ſentiunt, & non vtique ſunt ab omni affectione aliena, & ĩmortalia. Dico, ꝙ nõ. In iis enim quæ ſunt ſub luna, verum eſt, ꝙ dr̃, patientia ſentire: illa aũt nihil patientia ſentiunt. Quare eorum corpori confert ſenſus. Sed & eorum aĩæ confert. Neꝙ.n. eſt illi impedimento ad vſium cognitionem: eo ꝙ p̃ ſenſus quidem particularia cognoſcimus. A particularibus autẽ ad vſia erigimur & ꝙ ſi vtiꝙ in nobis ratiocinatio a ſenſu, tanꝙ a nugaci vicino, excutitur, & interturbat, apud quos vitij quoꝙ equus eſt: in cœleſtibus certe inturbari nequeat, apud quæ vitij equus non eſt. (Deorum n. equi ſicut dicit in Phædro Socrates, & boni, & ex bonis) manifeſtante ratione concordiam aĩarum, quæ ſunt in cœleſtibus. Simul.n. operatur, & cum ſurſum erigitur, & cum deorſum deprimitur, & non impedit illic ſenſus. Quare confert aiꝙ ad cognitionem particularium, & vſium, ſenſus. Deinde Plutarchus non legit contextum, vt Alexan, ſed ſic. Cur.n. cœleſtia non habebunt ſenſum? An.n. eorum aĩæ melius eſt ſenſum non habere? Et hæc quidem de contextu, & quæ in ipſo eſt interpretum diſſenſione. Licet aũt ex iis, quæ dicit Ariſto. oſtendere cœleſtia ſenſu carere. Eſt autem & omnium argumentorum ex iis, quæ dicunt Platonici, confutationem affere. Age ergo, ſi vr̃, hoc agamus. Quod ergo rationalem habent aĩam cœleſtia, ex eorum motu oĩbus manifeſtum eſt. Circularis.n, in eodem motus non ab alio fiat q̃ a ratione: ſed de ſenſitiua diſſenſerunt. Ariſtotelici.n. dicunt non eſſe in iis ſenſum, ſiquidem ea ſunt ab affectione & paſsione aliena: patitur autem ſenſus ſubm. Sed dicent Platonici, O Ariſtoteles, in nobis patiente ſubiecto, iudicat affectionẽ, & paſsionem facultas: in cœleſtibus autem ſolum eſt formarũ iudicium ſine paſsione. Qũo.n. non fuerit abſurdum, aerem quidem, & aquam ſine paſsione ſenſilium formas ſubminiſtrare, & ſuſcipere: cœleſtia autem non poſſe ſine paſsione ſenſilia apprehendere? Sed ſi habent, inquiunt Ariſtotelici, ſenſum cœleſtia, & tactum quoꝙ oĩno habebunt. Præcedit.n. ipſe omnes ſenſus, vt quod eſt deterius. Vbi autem melius, illic & deterius. Qũo autem tactum habeant? ſiquidem tactus quidem pluribus elemẽtis indiget ad generationem, vt qui plura comprehẽdat: ex ſola autem quinta ſubſtantia ſunt cœleſtia. Si aũt eſſent ex elememẽtis cœleſtia: eſſent & corruptibilia. Ad quod dicunt Platonici: ꝙ non neceſſe, vt tactum habeant cœleſtia. Apud nos enim fortaſſe deteriora melioribus priora ſunt, & ſimul ſunt. In illis autem etiam ipſe Ariſt. rõnem reprobauit. Ait.n. habere rationalem, cum irrationalem non habeant. Quantum itaque ad rõnem attinet, etiam in luminoſo corpore oĩno erit & irrationalis, & vegetatiua: ſiquidem vbi meliora, illic & deteriora: ꝙ eſt abſurdum. Non eſt ergo omnino in oĩbus, vbi melius, illic & deterius. Rurſus dicunt Ariſtotelici. Si ſenſum habent cœleſtia: omnino habebunt & inſtr̃a. Omnis.n. ſenſus operatur per inſtr̃a. Sunt autem ſimilarium partium cœleſtia. Ad quod dicunt Platonici, ꝙ non oĩno per inſtrumenta fit ſenſilium apprehenſio: quandoquidem etiam in nobis communis ſenſus in vno ſpiritu exiſtens, quinque ſenſuũ ſenſilia nouit. Porro & irrationalis per vnum ſpiritum omnia ſenſilia comprehendit. Quamobrem & ipſe dicis, proprie ſenſus vnus eſt, & ſenſorium proprie vnum Sed rurſus dicunt Ariſtotelici, ꝙ exñtibus quidem vitalibus, non neceſſe eſt eſſe cognitiuas facultates: vt declarãt plantæ, quæ vitam habent, non cognitionem, ſed exñtibus cognitiuis, omnino ſunt & vitales. Si ergo habent cœleſtia cognitiuam facultatem, irrationalem. ſ. & eius aĩalem habebunt facultatem: iram dico, & cupiditatem. Abſurdum autem cœleſtia dicere vel cupere, vel iraſci: quia & corrumperentur. At ꝙ dicunt Platonici, ꝙ habent cupiditatem cœleſtia. Cupiunt.n. imitationem intellectus, ſiquidem hic vbiꝙ eſt: illa vero vbiꝙ fiunt, etſi non ſimul, ſed particulatim. Iram autem non hñt. Neꝙ.n. neceſſe eſt. Ecce.n. etiam plantanima cupiditatem habeutia, nam & moleſtia, & voluptate afficiuntur, non iraſcuntur, neque enim ſe vlciſci & defendere cernuntur. Porro & p̃ quintum argumentum Ariſtotelici adſtruunt, ꝙ ſenſum non habent cœleſtia. ſi.n. omnis ſenſus circa exteriora verſatur, cœleſtium autem nihil eſt exterius. Non ergo ſentiũt. Ad quod dici poteſt, ꝙ etiam in cœleſtibus eſt exterius. eſt.n. extra circũferentiam centrum. Quare ſentiunt Platonici autem ſic probant, ꝙ ſentiunt. ſi ſentire, etiam cognoſcere, cœleſtia quoꝙ, vt meliora, ſentiunt. Hæc cum dixiſſet, accedit & ad diſcernenda ambulatoria a plantanimis. Sed in his contẽplatio, Deo eſt gratia, finitur. Nutritiuam autem habeat neceſſe eſt quicquid viuit, & habet animam. Dicit differentiam aĩalis, & plantæ. ꝙ etiam ſi ambo nutritiuam habeant, tamen ambo ſenſitiuam. Nutritiuam enim habeat omne animal, neceſſe eſt. ſi enim non nutritur a principio generationis vſque ad corruptionem, celerius corrumpitur, & ad ſummum incremẽ-

tum

tum non peruenit, non neceſſe eſt autem, vt omnia, quæ viuunt, ſenſum habeant. Quæ enim ſimplex corpus habent, vt plantæ, nõ neceſſe eſt, vt ſenſum habeãt. ſimplex autem corpus plantæ dicuntur habere, quia ex ſolo terreſtri formam, & characterem ſuſcipiunt. ſed fieri nõ poteſt, vt ſine ſenſu ſit animal. ſenſum aũt non neceſſariũ in omnibus animalibus. Duplex eſt huius ſententiæ lectio. Quidam enim libri habent, ἐν ἅπασι τοῖς ζῴοις, i. in omnibus animalibus. Alij δὲ ἐν ἅπασι τοῖς ζῶσιν, i. omnibus viuentibus. ſed ſi ſit quidem τοῖς ζῴοις, hoc eſt animalibus, eſt pro eo, quod eſt ζῶσιν, ideſt viuẽtibus, vt plantas etiã comprehendat. Quid enim dicit? Quod non neceſſe eſt quicquid vitam habet, ſenſum quoq; habere. ſi autẽ ſcriptum eſt ἐν ἅπασι τοῖς ζῶσιν, ideſt, in omnibus viuẽtibus, recte habet. ſic enim magis cõfirmatur ſenſus. Neq; enim quorum ſimplex corpus eſt, ea ſenſum cõtingit habere. Hæc eſt, quæ fit a corpore, confirmatio, oſtendens non eſſe in plantis tactum.

Neq; uero quæ non ſunt formarum ſuſceptiua, ſine materia. Animal autem ſenſum habeat neceſſe eſt, ſi nihil fruſtra facit natura. Alicuius enim gratia ſunt omnia, quæ ſunt natura: uel erunt euenta eorum, quæ ſunt alicuius gratia. Si enim omne corpus ambulatorium non haberet ſenſum, corrumperetur, & non ad finem perueniret, quod eſt opus naturæ. Quomodo enim nutriuntur? ijs enim, quæ perpetuo manent, id adeſt eo in loco, unde natura producta ſunt.

De plantis dicit. eæ enim formam non ſuſcipiunt ſine materia, vt ſenſus, ſed cum materia. Quæcunq; ergo, inquit, formam per ſe non ſuſcipiunt, vt plantæ, nõ habẽt ſenſum. Animalia autem habent ſenſum. Fruſtra enim in eis eſſet motus. Si enim non ſentirent, ad ſuam perniciem mouerentur, & in foſſas inciderent. nihil autem fruſtra, vel ad malum, & incõmodum facit natura. Sed vel alicuius gratia, vel euenta erunt eorum, quæ ſunt alicuius gratia: dictum eſt aũt quænam ea ſint. Dubitãt autem dicentes nõ ſolas eſſe plantas, quæ formas ſine materia ſuſcipiunt, ſed & quoſdam ſenſus. Viſus enim & auditus re vera formas ſolũ apprehendit: ille quidem colores, hic vero ſonos, & non ſit nec viſus color, vtpote albus, vel niger: nec auditus ſonus, vt acutus, & grauis. Sed tactus quidem certe non ſolum formam apprehendit, ſed etiã materiam: frigidum enim non apprehendit, niſi frigidũ fiat corpus. Similiter et in calido, & huiuſmodi. Dicimus autem ad hoc, q̃ formam quidẽ anima apprehendit: materia aũt agit in corpus. Quare omnes ſenſus formam ſolam apprehendunt: ſed nequaquam materiam. Plantæ autem non ſolum formam non apprehendunt: ſed & ab ipſa materia arripiuntur, & ab ea patiuntur, & in eam vim ciſim agunt. Nunquid aũt etiam in his dici poteſt, q̃ ſicut in animalibus anima formam apprehendit, ſic & in plantis. Tactiua quidem facultas terræ formã apprehendit: corpus autem plantarum a tangibilibus patitur, vt colligatur etiam plantas habere ſenſitiuam facultatẽ. Sed quando hoc etiam dederimus, alia argumenta hoc ſubuertunt. Corrũperentur & ad ſummum incrementum nõ peruenirent, quod eſt opus naturæ. Quomodo enim nutrientur, ſi non habeant ſenſum, inquit, animalia? Nõ peruenit ad finem, hoc eſt ad ſummũ incrementum, ſed corrumpitur. Si enim per tactum cognoſcit ipſum nutrimentum, & ipſum eligit, auerſatur autem, quod moleſtia afficit: ſi non habeant ſenſum, nõ nutriuntur, & corrumpentur animalia, vt quæ non nutriantur. Plantæ autem, vt quæ perpetuo maneant, ſenſu non egent. Habẽt .n. prope ſitum nutrimentum in terra, in quo eſt & planta: quod dixit, Vnde natura productæ ſunt. Plantarũ ergo definitum eſt nutrimentum, & propterea plantæ ſenſu non egent. Animalium autem eſt indifferens, & indefinitum. Non ſemper enim eadem adhibet nutrimenta, & opus habent ſenſu, qui diſcernat propria ab alienis.

Fieri autem non poteſt, ut corpus quidem habeat animam, & intellectum iudicatiuum, ſenſum autem non habeat: ſi non perpetuo manens quidem, generabile autem ſit. Atqui nec ingenerabile quidem. Cur enim non habebit? An enim animæ melius, uel corpori? Nunc autem neutrum. Illa enim non magis intelliget. Hoc uero nihilo magis erit propter illud. Nullum ergo corpus, quod nõ perpetuo manet, habet aĩam ſine ſenſu.

Iure, inquit, habent animalia ſenſum, quia fieri nõ poteſt, vt quæ habent animam, & ſunt generabilia, & non perpetuo manentia, ſenſum non habeant. Perpetuo autẽ manentia dixit propter plantas. Hæc.n. & animam habent, & ſunt generabilia: ſed quia perpetuo manent, propterea ſenſum non habent. Dixit aũt intellectum iudicatiuum, & non ſimpliciter intellm: ne videatur diſcernere animalia a plantis: ſed rationalia animalia a plãtis. In his enim magis eſt neceſſarius, ſenſus, ſiquidẽ ea quoq; magis diſcernunt. Atqui nec ingenerabilia quidẽ, inquit, habent ſenſum, vt cœleſtia. Hoc enim etiam opinatur Ariſtoteles. Neq; enim animæ eorũ, nec corpori confert habere ſenſum, & dictũ eſt, quomodo, in contẽplatione: & q̃ aliter quidem Alexander, aliter vero Plutarchus hanc ſententiam accepit. Exiſtimat ergo Ariſt. cœleſtia & viuere, & eſſe ambulatoria: ea.n. dicit ſemper mobilia, ſed tamen non habere ſenſum, quia ſunt ingenerabilia ſm tempus. Nullum ergo corpus, quod eſt non perpetuo manens, habet animam ſine ſenſu. Hoc dictum magis oſtendit Ariſtotelem eſſe in ſententia Plutarchi. Hoc enim dicit, nullum eſſe corpus habens animam præter plantas, quod non habeat ſenſus: niſi quis dicat, q̃ hæc eſt cõcluſio ſuperiorum, & non ad proximum refertur. Si quis enim hoc dicat, nihil habet Plutarchus ex præſenti dicto, & in his finitur actio.

Atqui, ſi quidem ſenſum habeat, neceſſe eſt corpus eſſe ſimplex, uel mixtum. Simplex autem non poteſt. Tactum enim nõ habebit. Eum autem habeat neceſſe eſt. Hoc autem ex his manifeſtum eſt. Quia enim animal eſt corpus animatum: omne autem corpus tangibile: tangibile autem tactu ſenſile: neceſſe eſt & animalis corpus eſſe tactiuum, ſi ſit ſeruãdum animal. Alij enim ſenſus per alia ſentiunt, ut odoratus, uiſus, auditus. Quod tangit autem, ſi ſenſum non habent, non poterit hæc quidem fugere, illa uero capere. Si autem hoc eſt, fieri non poteſt, ut ſeruetur animal.

Poſtquã diſcreuit Ariſt. animalia a plantis & cœleſtibus: nunc diſcernit ambulatoria a plantanimis. Volens autem eorum vrgentem differentiam oſtendere, dicit primum in quibus conueniunt, & appellat & ambulatoria animalia, & plãtanima, cõiter animalia: quia animalis definitionem vtraq; ſuſcipiunt. Sunt.n. ſubſtantia animata ſenſitiua vtraq;. Eſt ergo cõe in omnibus animalibus, q̃ mixta ſint, & non ſimplicia: cõe autem ipſis, & q̃ tactũ habeant. Nã & plantanima, et ambulatoria mixta ſunt, & tactum habent. Hæc autem cõia nec plãtis inerat, nec cœleſtibus. Neq;.n. plantæ ſunt cõpoſitæ, ſed veluti ſimplices: a ſolo.n. terreſtri formam, & characterẽ ſuſcipiũt. Sed neq; tactum habent plantæ. Rurſus cœleſtia mixta non ſunt. Secundum Ariſto.n. non ſunt ex elementis, ſed ex quinta ſubſtantia. Simplicia ergo. Sed neq; tactum habent cœleſtia ſm Ariſtot. Hæc ſunt in quibus animalia inter ſe conueniunt. Deinde poſtq; hæc oſtẽdit, monſtrat q̃ animalia vere & mixta ſunt, & tactum habent. Hoc autem & ante traditam differentiam oſtendit, et poſt traditam, non ĩjſdem argumentis. Nos autem primum differentiam dicimus, & ſic deinde cõnectimus, quæ deducunt, argumenta. q̃ mixta ſunt animalia, & tactum hñt. Et quænam eſt differentia? Plantanima ergo, vel ſolũ tactum habent, vt in ſpongijs, vel tactum, & guſtũ quendã, quæcunque habent proportionem cũ ventre, et ore, vt teſtacea. Ambulatoria autem habent omnes ſenſus: aut ea, quæ cum ſenſu proportionem habeant. Vermis enim eo q̃ viſum non habet, eſt molli carne. Ambulatoria enim volunt habere & viſum, & auditum, vt & q̃ ſunt procul, mala declinent: & ideo dictum eſt,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Aſt aures ſonitus pernicum pulſat equorum. &,
Ad me vox circum patientis venit Vlyſsis.

In hoc ergo differunt ambulatoria a plantanimis. Et hæc eſt quidē differentia, In his ergo dicimus, quæ ſunt ante differentiam, argumenta: ex quibus eſt oſtendere, ꝙ & mixta ſunt animalia, & tactū habent. & primū oſtendemus, ꝙ mixta ſunt, ſic Oportet ergo ſcire, omne animal ſenſitiuum habere tactum. Neq; n. poſſunt, quæ tactum non habent, alium habere ſenſum. Oportet. n. ſubſtratū eſſe deteriorē. Quicquid aūt tactum habet, mixtū eſt. Et omne ergo animal mixtū eſt. Quod aūt quicquid habet tactū, mixtum eſt, clarum eſt. Ex quibus enim cōpoſitus eſt tactus, ea etiam apprehendit. Si aūt apprehendit calidum, & frigidū, & humidum, & ſiccum, & non ſolum vnum eſſtum: clarum eſt, ꝙ ex his cōſtituitur, & erit mixtum. Quoniam ergo ex hoc argumento oſtenſum eſt, & mixtum eſſe animal, & habere tactū: obiter aūt oſtendimus, etiā habere tactum: age oſtendamus primo, ꝙ tactum habet animal. Scire ergo oportet, ꝙ ex tangibilibus proprie nutrimur. Succi enim inſtar condimentorū obtinent in nutriendo. Alia autem, ne per accidens quidem nutriunt, vtpote odorabilia, vel audibilia, vel viſibilia. Si ergo ex tangibilibus nutrimur: neceſſe eſt autem apprehendere illa, ex quibus nutrimur: Tactu ergo eſt ea apprehendere: & eſt in nobis ex neceſsitate tactus, vt ea apprehendamus. Ipſe enim ſolus citra medium apprehendit, reliqui autem per mediū. Eſt ergo in animalibus tactus. hæc ante traditam differentiam oſtendunt, eſſe tactum in nobis, & mixta eſſe animalia. Poſt traditam autem differentiam, rurſus oſtēdit mixta eſſe animalia. Ait enim ꝙ ſi oſtenſum eſt omne animal eſſe ſenſitiuum, neceſſe eſt, vt habeat ſenſorium per quod ſentit. Senſorium autem mixtum eſſe neceſſe eſt. Neque enim poteſt ex ſolo igne eſſe. Ignis enim magis corrumpit, quam partem conſtituit. Sed neq; ex aere, vel aqua eſſe poteſt: ijs enim aliæ ſunt creditæ facultates, perſpicua, pſonatrix, & odorum tranſuectrix. Neq; vero ex ſola terra eſſe pōt. Sunt enim inſenſiles, quæ ſunt in nobis, terreneq; partes, vt pili, vngues, oſſa: & non ſolum oppoſitionem terræ apprehēdimus, vt ſicci, & humidi: ſed & calidi, et frigidi. Oportet ergo eē ex omnibus ſenſitiuum, vt cum ſit medium, omnia apprehendat. Eſt ergo mixtum. Quod autem tactum quoque habet animal, quinq; argumentis oſtēdit, quorum hoc eſt primum. Neceſſarius ē animali tactus. Si enim, qui ſunt viſu priuati, viuunt. Præterea autem & ſurdi viuūt, & qui ſunt olfactu priuati, vt ſi quis habeat in nare polypum. Accedit his, quod, & quibus lingua eſt amputata, viuunt. is autem, qui tactum amiſit, vt paralyticus, non poteſt viuere. eſt ergo omnibus magis neceſſarius tactus in nobis. Secundum argumentum. Si animalis definitiuus terminus eſt ſenſitiuum, & ad animal conuertitur: Senſitiuum autem ſecūdum tactū dicimus: Eſt ergo in nobis tactus Tertium argumentum. Tanto eſt cæteris ſenſibus magis neceſſarius tactus, ꝙ alii quidē ſenſus ſunt in vna parte: tactus autem in toto eſt corpore Quartum argumentum. Adeo eſt neceſſarius tactus, quod eius quidem ſubiecta, vt tangibilia, totum corpus corrumpunt, ſi modum exceſſerint: et iure, quia eſt in toto corpore tactus: Reliquorum autem ſenſiliū exceſſus illud ſolum ſenſorium corrumpunt, cuius eſt ſenſile. Si enim dicas, quod etiam guſtabilia totū corpus corrumpunt, dico, quod etiam guſtus eſt quidam tactus, & vt tactus, magis corrūpit totum corpus, quā, vt guſtus. Si quis autem dubitauerit, quid igitur? Odorabilia non totum corpus corrūpunt, vt peſtiferes ſpiritus: & dicimus quod per tactū ij quoq; corrūpūt. Eo enim quod faciūt putrefactionem, corrumpunt: putrefactio aūt tactu agit. Agit enim protruſione. Protruſio aūt tactus eſt. Rurſus dicunt, ꝙ etiam viſibilia totū corpus corrūpunt. Videntes. n. nonnunquam aliquid terribile, timore corrūpitur. Ad quod dici poteſt, ꝙ timore, eo ꝙ faciat frigiditatē, corrumpit: frigiditas autem eſt tactus. Hoc eſt quartum argumentum. Quintum argumentū. Neceſſarius eſt tactus, quia hic ſolus ad hoc, vt ſint, conſert, reliqui vero ad hoc vt bene ſint. Dicunt aūt, ꝙ etiam irrationalia & viſum habent, & auditū, & odorarum, & guſtum. Nunquid aūt ab illis poſſunt diſcere Muſicam, vel Aſtronomiam? Ad quod dicimus, quod odoratus quidē, & guſtus, quatenus perfectiora faciunt animalia, dicuntur ad hoc, vt bene ſint cōferre. Auditus autem, & viſus, & guſtus irrationalium confert ad hoc, vt bene ſint. Primum quidem, qm̄ fœtus ſuos audientia, & eos videntia, eorū curam gerunt. Fœtuum autem ſuorum curā gerere, eſt illis bene eſſe. Iā vero & alioqui audientia animalia manſueſcunt. Auditu ergo eis opus eſt, vt audientia manſuefiant. Manſueſcere autem bene eſſe eſt, quod habēt ex auditu, & viſu. Videntia enim, quæ a nobis in luce fiunt, manſueſcunt. Et hoc ex eo manifeſtum eſt, ꝙ quæ in tenebris agunt ferç, agreſtes ſunt & feroces. Poſtquā ergo hæc dicta ſunt, in his contēplatio, & præſens de anima tractatus, Deo eſt gratia, finitur. atqui ſi ſenſum habet, neceſſe eſt corpus eſſe vel ſimplex, vel mixtū. Dicit ea, quæ habent animalia, inter ſe cōia nō, vt dictum eſt in cōtemplatione, orationē deducens: ſed idem eſt ſenſus. Per tres aūt ſyll̄os deducit orationem. quorum hic eſt primus. Si neceſſe eſt ea, quæ ſenſum habent corpora, vt animalia, eſſe vel ſimplicia, vel cōpoſita: non ſunt autem ſimplicia: Sunt ergo compoſita. Hic eſt primus ſyll̄s. & vnde darū eſt ea eſſe compoſita? Hoc ſecundus oſtendit ſyll̄s. Si nō eſſent enim compoſita: nec tactum haberent. Vbi enim eſt tactus: & compoſitum: ſiquidē ex quibus eſt, ea etiā tangit. Multa autem tangit. Et vnde clarum fiet tactum habere animalia? Hoc per alium ſyll̄m oſtendit. Si. n. animal eſt corpus animatum: Omne aūt corpus eſt aliquid tangibile: Omne autem tangibile tactu apprehenditur: eſt ergo tactus in nobis, qui tangit. Hi ſunt tres ſyll̄i. Merito autem dicit, Eſt tactus, vt per ipſum ſeruet animal, Si enim ipſum non haberet, in foſſas incideret, & periret. Sed quouſq; eſt vnuſquiſq; ſyllogiſmus? & dicimus qđ primus quidem eſt huc uſq; ſic, Arqui ſi ſenſum habet corpus, neceſſe eſt corpus eſſe vel ſimplex, vel mixtum. Deinde eſt ſecundus hic ſyll̄s. Fieri aūt non poteſt vt ſimplex: tactum n. non haberet. Tertius autem eſt ſyll̄s, qui dicit. Eſt autem neceſſe eum habere. Quod autem neceſſe cōfirmat, & ait: Hoc autem ex hoc apertum. Et deinceps dicit, quæ dicta ſunt. Si omne corpus tangibile: Quicqđ autem tangibile, tactu apprehēditur: Tactus ergo ea apprehendit. Viſus autem, & auditus, & olfactus per id, quod intercedit. Si autem hoc ita eſt, fieri non poteſt vt ſeruetur animal, niſi tactum habeat. In prcipitium enim incidit, & corrumpitur.

Quapropter guſtus eſt ueluti quidam tactus. Eſt enim nutrimenti: nutrimentum autem corpus tangibile. Sonus uero, et color, & odor non nutrit, nec facit augmentum, nec diminutionem. Quare & guſtum eſſe tactum quendam neceſſe eſt, eo ꝙ ſit tangibilis, & nutritiui ſenſus.

Quia ſuperius dixit, ꝙ ſolus tactus tangens ſentit, ne quis dicat, Quid igit̄, nō guſtus tāgens apprehēdit? propter ea dixit, ꝙ etiam guſtus, vtpote qui ſit tactus, citra intermedium apprehēdit Quod aūt guſtus eſt quidā tactus, per tres ſyll̄os oſtendit: quorum hic eſt primus. Si tactus eſt animali neceſſarius: eſt etiam guſtus. per eum enim nutrimur Guſtus ergo tactus eſt. Hunc autem ſyllogiſmum denotauit dicendo: Quapropter & guſtus eſt veluti quidā tactus, ideſt, propterea ꝙ eſt neceſſarius, vt tactus. Tanq; enim ad ſuperiora coniunxit. Dicit & ſm ſyllogiſmum. Si guſtus nutrimenti eſt tactus. Hoc autē oſtendit & per tertium ſyllogiſmum, Si corpus tangibile eſt nutrimentum. ſuccus enim nutrit per accidens. Ipſa autem eſt ſubſtantia, quæ adiſcitur veluti tangibile corpus, quæ nutrit ſonus autem, vel color, vel odor nō nutrit, vel diminuit. Neceſſe eſt ergo et guſtum eſſe tactum, ſi quidem idem eſt tangibile, & nutriens. Hūc autem ſyllogiſmum innuit dicens, Nutrimentū autem eſt corpus tangibile: & hoc probat dum dicit: Hæc enim ſunt neceſſaria animali: Ex illo enim aliud quid dicit.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Hi ergo sunt animali necessarij. & manifestum, q̃ fieri non potest, ut sine tactu sit animal. Alij autem & ut bene sint: & generi animalium non iam cuilibet, sed quibusdam, ut ambulatorio, eos inesse necesse est. Si enim est seruandum, non solũ oportet tangens sentire, sed & eminus. Hoc autem ita erit, si per id, quod intercedit sensitiuum fuerit: eo quod illud quidem a sensili patiatur, & moueatur ipsum autem ab illo.

Postquã dixit, quid inter se cõe habeant animalia, & probauit per duo argumenta, quæ sunt ante traditã differentiam, q̃ & mixta sunt, & hñt tactum: ab hoc loco discernit aĩalia, & dicit, q̃ tactu: quidem, vt necessarius, ineſt cuius aĩal: alij autem sensus non insunt cuilibet aiali, sed solũ ambulatorio, et non plantanimo. si. n. inquit, ambulatorium etiam, quæ sunt eminus, mala vult effugere, non solũ tactu opus habet vt tangat; sed etiam alijs sensibus eget, vt quæ procul sunt apprehendat. Hoc aũt fuerit per id, quod intercedit. Quærunt, qũo dicimus quædam aprehendere per id, quod intercedit: quædam vero tangentia? Nam & ea quæ per id, quod est intermediũ, apprehendunt, nõ tangunt aerẽ, q̃ intercedit, & eum citra mediũ apprehẽdunt. Qũo ergo dicimus, per mediũ? Dic ad hoc, quod sensile per intermediũ apprehendit & vt ad sensile, dictũ est illud, Per mediũ, vel id quod intercedit. Id. n. quod intercedit, patitur a sensili, & mouetur. Ipsum autem sensoriũ patitur ab eo, quod intercedit.

Sicut enim, quod secundum locum mouet, quousque mutat agit. & quod trusit, alterum facit, ita ut trudat, & est per intermedium motus: atq; id quidem, quod primum mouet, trudit non trusum: ultimum autem solum truditur, cum non truserit: Quod autem est intermedium, utrunque (multa autem intermedia) sic in alterationem, præterquam q̃ in eodem loco manentia alterant.

Postq̃ dixit, q̃ per intermediũ quædam apprehẽdun tur, exẽplo probat ea, quæ per intermedium: & dicit, q̃ sicut in jis, quæ ſm locum mouentur, quædam solũ qui dem mouent, quædam autem & mouent, et mouentur: quædam solum mouentur. Quẽadmodũ, manus quidẽ mouet virgam: illa autem mouetur quidem a manu, mouet autem lapidem: Lapis aũt solum mouetur. & est primum quidem solũ trudens: nõ enim oportet dicere mouens: mouetur. n. & manus. Sicut ergo illic primum quidem solũ trudit: medium autem truditur, & trudit; posterius aũt solum truditur: Sic & in ijs, quæ alterãtur, sensile quidem solum trudit, siue mutat. Quod aũt intercedit, & mutatur a sensili, & mutat sensum. Sensus aũt solũ mutatur. Sed est differentia, q̃ in manu quidem, & virga post locũ erat motus: in alteratione aũt non moto sensili, facta est mutatio Et quod trusit, alterum facit, ita vt trudat. Pulchre hoc dixit. Manus enim, quæ trusit, alterum facit, ita vt virgã trudat. Hoc est ergo q̃ ipse dixit, Multa autem intermedia. Hoc recte dixit. Potest enim esse intermedium & virga, & lignũ, & ferrum: & ideo mouet, & in iis, quæ non mouentur, potest esse intermedium & aer, & aqua, & quædam alia. Dixit ergo, multa esse intermedia. Præterquam q̃ in eodem loco manentia alterãt. Facultas, inquit, quæ secundum locum mouet, non sinit in eodem loco id, quod mouetur: Sensile autem sensum alterans eum in eodem loco sinit.

Quemadmodum, si in ceram tinxerit quispiam, eousq; mouetur, donec tinxit: lapis autem nihil. Sed aqua quidem ualde longe. aer autem plurimum mouetur, & agit, & patitur, si maneat, & unus sit. Et ideo etiam de reuerberatione, melius quã uisum exeuntem reuerberari, aerem pati a colore, & figura, donec unus sit. In plano autem, & leui unus est: & ideo rursus ipse quoque uisum mouet: quemadmodum, si signum, quod est in cera, transmissum sit usq; ad finem.

Quia de intermediis agitur, quę formas transmittunt: Propterea etiam in iis, quæ imprimunt, intermediis differentiam dicit. Cera. n. inquit, aliquousq; imprimitur: sed non per totum: aqua aũt plusquã cera. per se enim ferme totã formas susc ipit. Aer autem per se totũ proprie formas su cipit. Est enim eiusmodi, qui facile imprimi possit. Quædam aũt omnino non imprimuntur, vt lapis. Aer autem imprimitur, si maneat vnus, & infractus. Si enim intercisus fuerit aer, non trãsmittit. Interciditur autem ab aspero sensili, in asperis in minutas partes dissectus. Aer autem in planis, et leuigatis in partes nõ scinditur. Et ideo reuerberatio fit proprie a planis & leuibus: eo q̃ aer non interciditur, qui intercedit. Si autem manet vnus aer, & a sensili patitur, potest reuerberari. Vnde & de reuerberatione melius quã visum exeuntẽ reuerberari aerẽ &c.

Desunt hic multa. Est autem contextus in hyperbato sic legendus. Melius est dicere aerem pati a colore vel figura, quam supponere visum exeuntem reuerberari.

Quod autem fieri non potest, ut sit simplex corpus animalis, apertum. Dico autem ut igneum, uel aereum: Sine tactu. n. nullum alium sensum contingit habere. Tactuum enim corpus animatum totum, ut dictum est, Alia autem extra terram sensoria quidem fuerint. Omnia autem, eo q̃ per alterum sentiãt, faciunt sensum, & per ea, quæ intercedunt: Tactus autem est, q̃ ipsa tangat & ideo hoc quoque nomen habet. Atqui & alia sensoria tactu sentiunt, sed per alia: Ipse aũt solus per se. Quare eiusmodi quidem elementorum nullum fuerit corpus animalis, Neq; uero terrenum. Omnium enim tactus, tangibilium est ut medietas. & susceptiuum est sensorium non solum earum, quotquot sunt, terræ differentiarum, sed & frigidi & calidi, & aliorum omnium tangibilium. et propterea nec ossibus nec pilis, nec eiusmodi partibus sentimus, q̃ ex terra sint. & plantæ nullum propterea habent sensum, q̃ ex terra sint. Sine tactu autem fieri non potest, ut ullus sit alius. Hoc autem sensorium nec ex terra, est, nec ex ullo alio elemento.

Communionem dicit post differentiam, q̃ mixta sunt animalia. n eq̃ enim ex igne possunt esse sensoria. corrumpit enim: neque ex aere, vel aqua, vel terra. & dicta est in contẽplatione omnium causa.

Manifestum ergo, q̃ necesse est hoc solo sensu priuata animalia mori: neque enim potest habere non animal.

Hic primum dicit argumentum, quod tactus est necessarius, eo quod hoc priuatum perit animal. Si autem alio priuetur, non perit.

Nec, quod est animal, alium necesse est hab. re præter hũc.

Secundum est argumentum, quod tactus ad animal conuertitur. Quare est necessarius.

Et propterea alia quidem sensilia excessibus non corrumpunt animal, ut color, & sonus, & odor: sed solum sensoria, ni si sit per accidens. Vt si una cum sono sit trusio, & ictus: & ab intuitu, & odore alia mouentur, quæ corrumpunt. Porro & succus, quatenus cõtingit esse tactiuum, ea ratione corrumpit. Tangibilium autem excessus, ut calidum, & frigidum, & durum, perimunt animal. Cuiusuis enim sensilis excessus perimit sensorium. Quare & tangibile tactum. Eo autem uiuere definitum est. Sine tactu enim ostensum est non posse esse animal. Quamobrem tangibilium excessus non solum sensorium corrumpit, sed & animal.

Tertium est argumentum, q̃ excessus tactus totũ animal corrumpit. Ex hoc autẽ & aliud nascitur argumentum, quod tactus est in toto corpore: alii autem sensus in vno sensorio, & ideo vnum sensorium lædunt in excessibus, & non totum corpus, nisi per accidens trusione: & dictum est in cõtemplatione, quomodo etiam per tactũ hæc corrumpunt.

Quia hunc solum necesse est habeant animalia. Alios autẽ sensus habet anima, ut dictum est, non ut sit, sed ut bene sit.

Quintum dicit argumentum, q̃ tactus ad id quod est esse, confert, quod est necessarium. Alii autẽ sensus ad id, quod est, bene esse, vt visus. per visum. n. nos quidẽ scie-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tias cognoscimus: ferae autem per visum circũagitur, mansuescunt, & docentur. Nõ solum aũt ad id, quod est, bene esse, cõferunt alij sensus, sèd & ad id, quod est esse simpliciter, eo ꝙ procul videns, vel audiens, vel olfaciẽs, ex grauibus, & formidandis aliquid, eorũ effugiat insidias & pericula. Quare cum aliqñ quidem dicit, ad hoc vt sit, aliquando vero, vt bene sint, alios sensus conferre, non aduersatur sibiipsi. Ad vtrunq; enim conferunt.

Vt uisum, nempe quia in aere, & aqua uidet, & omnino, quia in perspicuo.

Ad hoc vt sint, inquit, est visus. Est enim ad videndũ per perspicuum aerem & aquam. Si enim per ea non videret, frustra essent aer, & aqua perspicui.

Gustum autem propter iucundum, & molestum: ut sentiat id, quod est in nutrimento, & appetat, & moueatur.

Porro & gustus, inquit, ad hoc vt bene sint, cõfert vt sentiat, id quod est in nutrimento, iucundum, et molestũ & iucundum eligat.

Auditum autem, ut ei aliquid significet. Linguam autem, ut aliquid significet alteri.

Videtur in irrationalibus hoc non esse firmum. Quid enim possit eis significari? nisi dicas, ꝙ suos audientia fœtus eorũ curam gerant, & est aliqua signatio. Vel dic, ꝙ etiam ea, quæ apud nos significant, audientia irrõnalia mãtuescunt. Linguã aũt, vt aliquid alteri significet. Hoc non est irrationalibus. Neq; n. habent linguam ad aliqd significandum, sed ad gustandum omnino. Nõ tuto ergo dictum est. Et in his praxis, Deo est gratia, finitur.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N.

Omnes sunt quaterniones præter M qui est Ternio N vero Duernio.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.

M D LIIII

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours